This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





79

13841 f 22




TYPUS BASILICÆ S^{T.} STEPHANI AUTISSIODORENSIS.

BREVIARIUM
SANCTÆ
AUTISSIODORENSIS
ECCLESIÆ,

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini D. CAROLI DE CAYLUS Autiſſiodorenſium Epiſcopi autoritate, & ejuſdem Eccleſiæ Capituli conſenſu editum.

PARS HIEMALIS.



PARISIIS,

Apud BARTHOLOMÆUM ALIX, Bibliopolam, via San-*Jacobæa ſub ſigno* Gryphi.

M. DCC. XXXVI.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

CAROLUS

MISERATIONE DIVINA

AUTISSIODORENSIS

EPISCOPUS,

CLERO AUTISSIODORENSI

Salutem & Benedictionem in Chriſto Jeſu.

ANTIQUISSIMUM *Nobis fuit ſtatim ab initio noſtri regiminis; Fratres cariſſimi, ut quod de corrigendis Libris Eccleſiaſticis, Tridentina Synodo aliiſque pluribus Conciliis, in hac etiam Provincia celebratis, placuit, id quamprimùm initâ cum viris doctis ratione ſuſciperemus.*

Con. Provi. Senon. habit. Pariſ. 1528. 21.

Donec autem propoſitum iſtud ad optatum finem perduceretur, Breviarium Senonenſe jam à temporibus felicis memoriæ HARDUINI *Archiepiſcopi abſolutum, urgente in noſtra Diœceſi Librorum penuriâ, vobis utendum conceſſimus.*

In nod. 1717.

Novi interim Breviarii nova Senonis adornata eſt editio operâ & ſolicitudine Illuſtriſſimi Archipræſulis DIONYSII FRANCISCI, *qui exquiſito quo pollet judicio & eruditione ſummâ, opus nonniſi omni ex parte completum prodire voluit. Ad hanc elucubrationem viros ex Eccleſia ſua pietate & doctrinâ præſtantiſſimos elegit, quorum ſtudio & induſtriâ,*

poſtquam res ratione certa Nobiſque probatiſſimâ progredi cœpit, labores noſtros adjicere viſum eſt, ut cùm Nobis idem omnino conſilium eſſet, unumque propoſitum, collatâ utrinque diligentiâ providentiùs & expeditiùs procurari poſſet. In quo, quanta ſit vis in conſenſu bonorum, eventus planè docuit. Conſpirantibus enim in eundem ſcopum è Clero noſtro peritioribus, qui vel à Nobis delecti, vel à venerabili Eccleſiæ noſtræ Capitulo nominati ſunt, res eò demum perducta eſt, ut breviſſimo tempore, nec oneroſis impendiis, è Senonenſi Breviario formam divini Officii Eccleſiæ Autiſſiodorenſi propriam, ejuſque ritibus omnino accommodatam haberemus.

Jam ut hujus ratio vobis aliquatenus innoteſcat; qua via nobis trita, & quem ad finem collineatum ſit, decurſis breviter ſingulis partibus, non alienum erit exponere.

A Calendario, quaſi totius operis cardine auſpicati ſumus. In illo hæc prima conſtituta eſt regula, ut nulli inveherentur Sancti, præter eos qui vel Eccleſiæ totius, vel univerſæ Galliæ, vel certè Provinciæ noſtræ aut Diœceſis perpetuâ ſunt veneratione conſpicui, iique extraneis omnibus facilè præponerentur; prælucente nobis ad hanc proportionem & comparationem ipſâ
Radulf. *Romanâ Eccleſiâ, in qua, teſtante Radulfo Tungrenſi,* ſicut
e obſerv. ſervantur ſancti Romani Pontifices, & alii Sancti urbis loca-
anonum. les, ita *perſpicuum eſt*, in aliorum uſu *ſervandos pariter uni-*
rop. 22. *cuique Eccleſiæ* Sanctos ſuos locales.

Altera lex placuit circa feſtos feriatoſque dies, primum honorem Dominicis, qui ſolemni religione Deo ipſi conſecrati ſunt, reſtitui, quem ab aliquot ſeculis ultra modum multiplicata aut evecta Sanctorum celebritates obſcuraverant. Quod ut diligentiùs obſervetur, hoc ipſum Dominicæ diei Officium, non niſi Chriſti myſteriis, aut præcipuis quibuſdam Solemnitatibus, in tota Eccleſia, vel Diœceſi noſtra antiquitus receptis concedere voluimus. Ceterorum autem Feſtorum tranſlationem, ad diem Dominicam nuperrimis diebus attentatam omnino prohibemus; in hoc utique Majorum uſus & inſtituta renovan-
Can. 6. *tes, qui in Synodo Moguntina* Sanctorum ſolemnitates in diem
Dominicam incidentes *cenſuerunt* ſubmovendas, & in Feriam aliquam..... transferendas, quò Sanctorum omnium domino ſua conſervetur ſolemnitas.

Tolet. *Cùm etiam* antiquitate regulari, *præſertimque Conciliis To-*
o. c. 1. *letano, Laodiceno, Bracarenſi & aliis cautum ſit, ne inter*
n. 51. *luctuoſos Quadrageſimalis pœnitentiæ dies Sanctorum ſolemnia*
. 48. *celebrentur; quæcunque per illud tempus occurrunt, in aliud*

tranſferri curavimus iis tantùm exceptis quæ feſtivantur à populo.

Denique de ritu modove qui ſingulis Officiis congrueret, & olim ex numero Lectionum æſtimabatur, ex antiquis item & ſolemnibus inſtitutis id viſum eſt, ut optima quæ ſimul ferè vetuſtiſſima ſunt tenerentur. Hinc aliquantò rariora quàm modernis temporibus fuerant, facta ſunt novem Lectionum Officia, quia ſic ab initio fuiſſe comperimus; ita tamen ut nullum Sancti cujuſquam Officium, etiam Simplex, ſuâ [illegible] *careret. Ceterùm in illis novem Lectionum Officiis, quintuplicem, ut pluribus abhinc ſeculis factum eſt, gradum retinentes, duplicem quoque in iis quæ trium Lectionum vulgò dicuntur ordinem ſervavimus; ſicque rei nomine mutato, rem ipſam illibatam cuſtodimus.*

His ita ordinatis, ipſum Breviarii corpus quod ex tota Eccleſiaſticorum Officiorum ſerie coaleſcit, aggreſſi ſumus, in quibus cùm tripartita Veterum diviſio, quædam Laudi, alia Doctrinæ, cetera Precationi addixerit, ad ſingula ſigillatim animum, ut decebat, appulimus.

Pars Laudans, quæ prior occurrit, Pſalmis & Hymnis abſolvitur. In Pſalmodia id præ ceteris attentum eſt, ut brevis eſſet & æquabilis. Nimirum illa in parte hæc duo nobis conſideratè circunſpectèque propoſita ſunt, ut Pſalterium ſingulis Hebdomadis, ſecundùm priſcum Eccleſiæ morem, perpetuamque Patrum & Conciliorum mentem totum recitaretur, nec tamen certis diebus longiùs protraheretur Pſalmodia. Id ut commodiùs fieret, per majores Pſalmos, prout prolixiùs ſe habent, *ex preſcripto veteris Concilii Narbonenſis,* pauſationes *inſti-* *An.*
tuimus, & per quamcunque pauſam, gloriam Trinitati decantandam *adjunximus. Neque enim tam vel unum vel prolixum in pſallendo tenorem quærit Deus, quàm ardentem & ſincerum affectum. Nec hujuſmodi compendio demptum aliquid ſolemni Precum aſſuetarum penſo putabimus, ſi quod breviùs canitur ampliùs meditantes, tantò ferventiùs, ut ait*
Apoſtolus, pſallitis Deo in cordibus veſtris, *& fatiſcentis vo-* *Col. 3*
cis imbecillitatem, interno minimèque ceſſante ſpiritûs præconio ſuſtentatis. Quam in rem plurimùm valere frequentiorem hanc Pſalmi cantûſque mutationem, probatâ familiarique experien-
tiâ confirmat in Regulis fuſioribus S. Baſilius: In perpetua *Reg.*
enim, *inquit,* ſimilitudine & æqualitate rerum, animo, *diſp.*
neſcio quo modo, *torpedo* quædam plerumque oboritur *iter.*
atque tædium, eâque re aliud agens ad futiles & vagas cogi- *3.*

tationes aberrat; in crebra autem viciſſitudine varietateque Pſalmodiæ, & ſtudium ipſum renovatur, & attentio inſtaurâtur.

Non minor Nobis cura fuit de Hymnis, qui perinde ac Pſalmi, ad recinendas Deo laudes, aut celebranda Sanctorum geſta accommodati videntur. Horum plerique cùm rudiores eſſent, proviſum eſt ut in eorum locum alii meliùs elaborati ſubſtituerentur, in quibus ſic omnia pietatem ſpirarent, ut rerum majeſtat[illegible]*rè ſtyli nitor & venuſtas accederet. Hi per varia Sanctorum præſertìm Officia diſperſi, tum ut eorum celebritatibus honos dignior haberetur, tum ut omnis metri cantus, tædii ſublevandi causâ, Fidelium ore perſonaret.*

Alteram, ab Hymnis & Pſalmis, Officii divini partem, quæ Doctrinæ tota ſubſervit, conſtituunt Lectiones, ſive longiores illæ quæ in Nocturnis, ſive breviores quæ in Horis ceteris adhibentur, & Capitula dicuntur. Illæ cùm vel ex Scriptura ſacra, vel ex Scriptis Patrum, vel ex Hiſtoriarum monumentis petendæ eſſent, explorata ſatis principia poſita ſunt, quibus, cùm totam qualis ab initio fuit antiquitatis effigiem retinere non liceret, ſuggeſtum eſt tandem temperamentum, quo roboratos jam mores, cum priorum reliquiis componentes, novos ex veteribus inſtaurare, & veteres ex novis illuſtrare poſſemus.

Nec enim quantùm ad Lectiones ſumptas ex Bibliis attinet, propter longam conſuetudinem jam licet, quod tamen primùm
6. à ſanctiſſimis Patribus inſtitutum *in prima Colonienſi Synodo traditur*, ut ſolæ Scripturæ ſacræ in Eccleſia recitentur; *ſed quod minimè juſtum erat, nec niſi per abuſum recentiorem inoleverat, ut quæ alia fortè legenda poſteriùs inducta ſunt, Veteris ac Novi Teſtamenti lectionem ſæpiùs interturbarent, ſalubri ordinatione ſublatum eſt, in poſterumque proſpectum, tum ne qua dies ſacra Paginæ lectione fraudaretur, tum ne ulla Lectio ex Scriptura deprompta, pauciſſimis exceptis, unquam omitteretur; tum denique ne in Lectionibus illis minutiora ſæpe nimiùm perſequendo, illuſtriora loca negligerentur, aut ſilentio premerentur.*

In hiſtoricis Lectionibus emendatione & paulò ſeveriore cenſurâ opus fuit. Cùm enim integræ Sanctorum Paſſiones ab Orthodoxis titulatæ ex ipſis Actorum fontibus, proximo poſt Scripturas loco legi cœpiſſent, mos bonus & priſcus, gliſcente ſenſim longæ Lectionis tædio, & quâdam aviditate rerum mirabilium, in hanc corruptelam degeneraverat, ut ex quacunque Hiſtoria, una jam aut altera periodus, modò quidpiam miri

haberet ad ſingulas Lectiones decantata ſufficeret. Quâ occaſione, quot fabulæ & portentoſa de Sanctis narrationes in multos Eccleſiarum libros irrepſerint, nullus ignorat. His ut occurreretur malis, & ſimul ipſa Breviarii ratio, quæ ſpeciatim huic operi ex ipſo nomine competit, ſervaretur, compendiariæ narrationes de vita & geſtis Sanctorum, longioribus antiquis, & juſtò brevioribus modernis Lectionibus ſuffecta ſunt. Ut autem nihil jam falſum & apocryphum ſupereſſet, & nec incertis aut dubiis locus eſſet, omnes aut ad primigeniorum Actorum fidem, aut ad Scriptorum coætaneorum vel ſuppariùm autoritatem, aut certè ad puriores Traditionis fontes exacta ſunt; ſicque antiquis regulis & Canonibus duplici in capite ſatisfactum quibus ſicut præcipitur ut è probatis Martyrum Paſſionibus Miſſæ, *vel Lectiones*, in ipſorum feſtivitatibus fiant, *ita diſtricte vetatur*, ne falſa nomina Martyrum, & incertas Sanctorum memorias Fideles venerentur.

Jam è ſanctorum Patrum ſinceris & indubitatis operibus, ubi vel hiſtorica narratio defuit, vel conſuetudo poſtulavit, tertii generis Lectiones deprompta ſunt, iiſque potiſſimùm ex locis, quæ vel lectis antea Scripturæ capitulis illuſtrandis, vel dogmatibus fidei ſtabiliendis, vel denique aut ad amorem Dei, aut ad Sanctorum imitationem inflammandis animis conducere magìs viſa ſunt, quod in tali opere, in quo brevitas ex profeſſo primas tenet, ſummum deſiderari, & certè præſtari potuit unicum.

Caſ... in r... ad l... num... item reli... Arc... reg. 40. pit. (... mag... lib. xl. Conc... Afr... can.

Quia verò ad faciendam Religionis noſtræ fidem, informandoſque mores, non minùs momenti habent Conciliorum Canones, quàm ipſa Scriptura, Patrumque monumenta; nec ulli Sacerdotum, *juxta Siricium papam*, eoſdem ignorare permittitur, *ex illis quoque brevis Lectio ad Primam quotidie, ex conſuetudine quæ olim in Eccleſia noſtra viguit, & in pleriſque Regni Cathedralibus adhuc obtinet, aſſignata eſt; tum ut hæc priora, quæ duo veluti virtutis & ſcientiæ primarii fontes habentur, non ſine illo tertio legum Eccleſiaſticarum fonte & capite in Officia noſtra dimanarent, tum ut homini Deo dicato nihil omnino deſit, quominus ad omnia vitæ Chriſtianæ munia conſummatus ſit, cumulatèque inſtructus.*

Epiſ... num...

Reſtabat ut Reſponſoria quæ Lectionibus per unum decantatis, & Antiphonæ quæ Pſalmis alterno cantu decurſis, ab omnibus accini ſolent, eâdem diligentiâ tractarentur. Hæc ad partem Officii docentem ſuo quoque jure referri poſſunt. Sunt enim *in his omnia nata & aptata, ut quod in Pſalmis &* Lectioni-

bus pravis præcipuum eminet, in animum traducant & altiùs infigant : ideoque pertinent ad omnem Canentium cœtum. Quare partes illæ Officii neceſſariò pendent ab aliis ad quas referuntur. Cùm autem ad illarum materiem, multa præclara imò & egregia prior Breviarii Senonenſis ſuppeditaret editio, ita tamen ut inter illas non ſcrupuloſior ſervatus ſit ordo vel œconomia ; certum Officii intentum oportuit aſſequi, ad quod tum Officia integra, tum ſingula eorum partes dirigerentur ; ut tam in toto quàm in partibus prima extremis, extrema primis quaſi demenſa & paria reſponderent, nec quidpiam occurreret, quod non appoſitè, ſuoque loco & ordine eſſet collocatum. Id certè ſingulari cautela obſervatum, ut ultima Nocturnorum Lectio, ſi quando peculiaris eſſet, peculiare quoque haberet Reſponſorium.

Ceterùm ut in hujuſmodi Reſponſoriis, Verſibus & Antiphonis, nihil poneretur quod non ex Scriptura ſacra deſcriptum eſſet, attentiùs etiam retineri viſum eſt. Hoc namque, *ut ante annos nongintos ſcripſit Lugdunenſis Eccleſiæ ſpectatiſſimus Præſul Agobardus*, & fidei cautela, & ſinceriſſimæ obſervantiæ poſcit diſciplina, ut in templo Dei, & coram divino altari, divinorum tantùm melodia celebretur. *In adhibendis autem ad hæc omnia ſacræ Scripturæ teſtimoniis, ſimplex & unius modi, quantùm fieri potuit, methodus ſervata eſt, & vitata omnis curioſior affectatio. Quare illa etiam cautio adhibita eſt, ut non plura ſimul Scripturæ loca texta vel ſuta operoſiùs permiſcerentur, nec leviori quidem vel generis, vel casûs, vel etiam temporis mutatione delibarentur, ſed ſeparatim ipſa cujuſque ſententiæ verba, ut in ſuis locis ſunt, exſcriberentur ; omnia verò non contorta aut violentâ interpretatione, ſed vel nativo ſenſu, vel eo ſaltem qui à ſanctis Patribus communiter receptus eſſet, ad propoſitum in unoquoque Officio ſcopum adducerentur. Excipi tamen aliquatenus ab hac regula longiora Nocturnorum Reſponſoria opus fuit. In iis quippe id primariò attendendum duximus, ut Vetus cum Novo Teſtamento componeretur, veritas conſonaret figuræ, prophetiam comprobaret eventus, & quæ in antiqua lege adumbrata tantùm ac veluti delineata ſunt, in nova tandem completa ac perfecta demonſtrarentur. Sic autem temperata eſt ea conjunctio, ut cùm Reſponſoriorum una pars ex Veteri, altera ex Novo Teſtamento conflata ſit, non interrupta tamen aut pendula in alterutra parte hiet ſententia, ſed unaquæque primùm in ſe, ac deinde cum altera comparata pleno ſenſu ſubſiſtat ; unde vario ex aſpectu, multiplex quoque commiſſura nexus*

apparet, & ex toto melior & perfectior conſurgit harmonia.

Tertia & poſtrema pars Officii Precationi tota dedita, Litaniâ ſive ſupplicatione compleri ſolet. Hæc ad majores Horas, in jejuniis ſaltem, alternis Verſibus longiuſculis protrahitur, qui ſubmoti Dominicis Feſtiſque diebus, ſtatim Collectæ ſive Orationi dant locum. Quæ quidem Orationes pro diverſitate Officiorum variantur, pauciſſimiſque exceptis, depromuntur aut ex Romanis, aut ex Gallicanis antiquis Sacramentariis. Breves illæ quidem, ſed variis tum Eccleſiæ univerſæ, tum Fidelium ſingulorum neceſſitatibus, tum myſteriis ipſis, tum Sanctis accommodatæ.

Breviarium igitur hoc noſtrum Autiſſiodorenſe ita emendatum, de conſilio & conſenſu venerabilis Eccleſiæ noſtræ Capituli publicamus.

QUOCIRCA omnibus & ſingulis noſtræ Diœceſeos Eccleſiis, Capitulis, Paſtoribus, Monaſteriis, Collegiis, Communitatibus, Sodalitatibus, & aliis Clericis Nobis ſubditis, ad divinum ſive publicè ſive privatim aſtrictis Officium, Mandamus & Præcipimus, ut in poſterum hoc Breviario noſtrâ autoritate edito utantur; prohibemuſque ne aliud quodvis Breviarium, ſive publicè in Choro, ſive privatim extra Chorum recitare præſumant.

Unum ſupereſt quod etiam in Officio noſtro præcipuum ducimus, hortari videlicet vos, Fratres cariſſimi, ut quantò Breviarium hoc rerum pondere gravius, ſermone eruditius, ordine accuratius, uſu facilius & expeditius eſt, tantò impenſius ipſi adhibeatis in recitatione pietatem, in attentione fervorem, in affectu caritatem, quam decet eos quos Domino non pſallere ſæpiùs tantùm, ſed pſallere ſapienter, Pſalmiſta jubet: quæ duo, Auguſtino teſte, tum demum implentur, cùm lumen cordis continuato deſiderio quæritur. Continuum enim deſiderium, continua vox eſt. Tacebis ſi amare deſtiteris. Frigus caritatis, ſilentium cordis eſt; flagrantia caritatis, clamor cordis eſt... Ad Deum cùm oramus, corde clamandum eſt. *Nos ut eum ametis perpetuò, ac laudetis, à Deo Patre, & Domino noſtro Jeſu Chriſto, in Spiritu-ſancto ardenter poſtulamus. Datum Autiſſiodori in Palatio noſtro Epiſcopali, die vigeſimâ quintâ Novembris, anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto.*

S. ... *Enar Pſ.* ... *num* / *Ide Pſ.* ... *Serm*

† CAROLUS, Epiſcopus Autiſſiodorenſis.

De Mandato,
LE TELLIER.

TABULA TEMPORARIA

Anni Domini	*Aureus Nu.*	*Epacta.*	*Indictio.*	*Lit. Domin.*	*Lit. M.*	*Ordo dierum.*	*Dom. poſt Epip.*	*Septuageſima.*	*Dies Cinerum.*
1736	8	xvij	14	A g	ſ	11	3	29. Jan.	15. Febr.
1737	9	xxviij	15	f	M	31	5 †	17.Feb.	6. Mart.
1738	10	ix	1	e	i	16	3 †	2.Feb.	19. Febr.
1739	11	xx	2	d	A	8	2 †	25. Jan.	11. Febr.
1740	12	j	3	c b	a	27	5 †	14.Feb.	2. Mart.
1741	13	xij	4	A	m	12	3	29. Jan.	15. Febr.
1742	14	xxiij	5	g	D	4	2	21. Jan.	7. Febr.
1743	15	iv	6	f	d	24	4 †	10.Feb.	27. Febr.
1744	16	xv	7	e d	q	15	3 †	2.Feb.	19. Febr.
1745	17	xxvj	8	c	G	28	5 †	14.Feb.	3. Mart.
1746	18	vij	9	b	g	20	4 †	6.Feb.	23. Febr.
1747	19	xviij	10	A	t	12	3	29. Jan.	15. Febr.
1748	1	xxx	11	g f	P	24	5	11.Feb.	28. Febr.
1749	2	xj	12	e	l	16	3 †	2.Feb.	19. Febr.
1750	3	xxij	13	d	C	8	2 †	25. Jan.	11. Febr.
1751	4	iij	14	c	c	21	4 †	[illegible]Feb.	24. Febr.
1752	5	xiv	15	b A	p	12	3	30. Jan.	16. Febr.
1753	6	xxv	1	g	F	32	6	18.Feb.	7. Mart.
1754	7	vj	2	f	f	24	4 †	10.Feb.	27. Febr.
1755	8	xvij	3	e	ſ	9	2 †	26. Jan.	12. Febr.
1756	9	xxviij	4	d c	M	28	5 †	15.Feb.	3. Mart.
1757	10	ix	5	b	i	20	4 †	6.Feb.	23. Febr.
1758	11	xx	6	A	A	5	2	22. Jan.	8. Febr.
1759	12	j	7	g	a	25	5	11.Feb.	28. Febr.
1760	13	xij	8	f e	m	16	3 †	3.Feb.	20. Febr.
1761	14	xxiij	9	d	D	8	2 †	25. Jan.	11. Febr.
1762	15	iv	10	c	d	21	4 †	7.Feb.	24. Febr.
1763	16	xv	11	b	q	13	3 †	30. Jan.	16. Febr.
1764	17	xxvj	12	A g	G	32	6	19.Feb.	7. Mart.
1765	18	vij	13	f	g	17	3 †	3.Feb.	20. Febr.
1766	19	xviij	14	e	t	9	2 †	26. Jan.	12. Febr.
1767	1	xxx	15	d	P	29	5 †	15.Feb.	4. Mart.
1768	2	xj	1	c b	l	13	3 †	31. Jan.	17. Febr.
1769	3	xxij	2	A	C	5	2	22. Jan.	8. Febr.
1770	4	iij	3	g	c	25	5	11.Feb.	28. Febr.

MULTORUM ANNORUM.

Anni Domini.	*PASCHA.*	*Aſcenſio Domini.*	*Pentecoſte.*	*Solemnit. SS. Euchariſtiæ.*	*Dom. poſt Pent.*	*Domin. prima Advent.*
1736	1. April.	10. Maii.	20. Maii.	31. Maii.	27	2. Dec.
1737	21. April.	30. Maii.	9. Junii.	20. Junii.	24	1. Dec.
1738	6. April.	15. Maii.	25. Maii.	5. Junii.	26	30. Nov.
1739	29. Mart.	7. Maii.	17. Maii.	28. Maii.	27	29. Nov.
1740	17. April.	26. Maii.	5. Junii.	16. Junii.	24	27. Nov.
1741	2. April.	11. Maii.	21. Maii.	1. Junii.	27	3. Dec.
1742	25. Mart.	3. Maii.	13. Maii.	24. Maii.	28	2. Dec.
1743	14. April.	23. Maii.	2. Junii.	13. Junii.	25	1. Dec.
1744	5. April.	14. Maii.	24. Maii.	4. Junii.	26	29. Nov.
1745	18. April.	27. Maii.	6. Junii.	17. Junii.	24	28. Nov.
1746	10. April.	19. Maii.	29. Maii.	9. Junii.	25	27. Nov.
1747	2. April.	11. Maii.	21. Maii.	1. Junii.	27	3. Dec.
1748	14. April.	23. Maii.	2. Junii.	13. Junii.	25	1. Dec.
1749	6. April.	15. Maii.	25. Maii.	5. Junii.	26	30. Nov.
1750	29. Mart.	7. Maii.	17. Maii.	28. Maii.	27	29. Nov.
1751	11. April.	20. Maii.	30. Maii.	10. Junii.	25	28. Nov.
1752	2. April.	11. Maii.	21. Maii.	1. Junii.	27	3. Dec.
1753	22. April.	31. Maii.	10. Junii.	21. Junii.	24	2. Dec.
1754	14. April.	23. Maii.	2. Junii.	13. Junii.	25	1. Dec.
1755	30. Mart.	8. Maii.	18. Maii.	29. Maii.	27	30. Nov.
1756	18. April.	27. Maii.	6. Junii.	17. Junii.	24	28. Nov.
1757	10. April.	19. Maii.	29. Maii	9. Junii.	25	27. Nov.
1758	26. Mart.	4. Maii.	14. Maii.	25. Maii.	28	3. Dec.
1759	15. April.	24. Maii.	3. Junii.	14. Junii.	25	2. Dec.
1760	6. April.	15. Maii.	25. Maii.	5. Junii.	26	30. Nov.
1761	29. Mart.	7. Maii.	17. Maii.	28. Maii.	27	29. Nov.
1762	11. April	20. Maii.	30. Maii.	10. Junii.	25	28. Nov.
1763	3. April.	12. Maii.	22. Maii.	2. Junii.	26	27. Nov.
1764	22. April.	31. Maii.	10. Junii.	21. Junii.	24	2. Dec.
1765	7. April.	16. Maii.	26. Maii.	6. Junii.	26	1. Dec.
1766	30. Mart.	8. Maii.	18. Maii	29. Maii.	27	30. Nov.
1767	19. April.	28. Maii.	7. Junii.	18. Junii.	24	29. Nov.
1768	3. April.	12. Maii.	22. Maii	2. Junii.	26	27. Nov.
1769	*26. Mart.*	*4. Maii.*	14. Maii.	25. Maii.	28	3. Dec.
1770	*15. April*	*24. Maii.*	3. Junii.	14. Junii.	25	2. Dec.

In ſequenti Calendario appoſitum eſt tempus quo quiſque Sanctus obiit : an. *ſignificat anno ;* c. an. *circa annum ;* ſ. *ſeculo ;* c. init. ſ. *circa initium ſeculi ;* c. med. ſ. *circa medium ſeculi ;* c. fin. ſ. *circa finem ſeculi.*

Feſta quæ majuſculis notantur characteribus, feriantur apud populum.

JANUARIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xxx	A	Cal.	1	*CIRCUNCISIO DOMINI*, Impoſitio Nominis Jeſu, & Octava Nativitatis ejus, *Semiſolemne. Commemoratio* Octavæ S. Stephani.
xxix	b	iv	2	Octava S. Stephani protomartyris, *Duplex-majus.*
xxviij	c	iij	3	Genovefæ virginis Pariſienſis, *Duplex-minus : c. an.* 512.
xxvij	d	Prid.	4	Titi, Cretenſis epiſcopi, *Semiduplex : I. ſ.*
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ Domini, *ſine jejunio : commem.* S. Simeonis Stylitæ anachoretæ prope Antiochiam : *c. an.* 460.
25. xxv	f	viij	6	EPIPHANIA DOMINI, *Solemne.*
xxiv	g	vij	7	De Octava Epiphaniæ.
xxiij	A	vj	8	Joſeph, ſponſi B. M. V. *Duplex-minus : I. ſ. commem.* Octavæ Epiphaniæ.
xxij	b	v	9	De Octava Epiphaniæ.
xxj	c	iv	10	De Octava Epiph. *commem.* S. Pauli, primi eremitæ Thebaïdis : *c. an.* 341.
xx	d	iij	11	De Octava Epiphaniæ.
xix	e	Prid.	12	De Octava Epiphaniæ.
xviij	f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ, & Baptiſmus Domini, *Duplex-majus.*
xvij	g	xix	14	Hilarii, Pictavienſis epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris, (è die 13.) *Duplex-minus : c. an.* 367. *commem.* S. Felicis preſbyteri Nolani, & confeſſoris Chriſti : *c. an.* 265.
xvj	A	xviij	15	Guillelmi, Bituricenſis epiſcopi, *Semiduplex : an.* 1208. *commem.* S. Mauri, Glannofolienſis abbatis : *c. fin. VI. ſ.*
xv	b	xvij	16	
xiv	c	xvj	17	Antonii Ægyptii, abbatis, *Semiduplex :*

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
				an. 356. *commem.* SS. Speuſippi, Eleoſippi, & Melaſippi, fratrum; ac S. Leonillæ eorum aviæ, Cappadocum martyrum: *c. III. ſ.*
xiij	d	xv	18	Pontificatus, ſeu Cathedra S. Petri apoſtoli, quâ Antiochiæ primùm ſedit, deinde Romæ, *Duplex-minus.* *Prima Septuageſima.*
xij	e	xiv	19	
xj	f	xiij	20	Sebaſtiani, Romæ martyris, *Duplex-minus: c. an.* 288. *commem.* S. Fabiani papæ & martyris: *an.* 250.
x	g	xij	21	Agnetis, Romæ virginis & martyris, *Semiduplex: c. an.* 304.
ix	A	xj	22	Vincentii, Cæſarauguſtani diaconi, Valentiæ in Hiſpania martyris, *Duplex-minus: an.* 304.
viij	b	x	23	
vij	c	ix	24	Timothei, Epheſini epiſcopi & martyris, *Semiduplex: c. an.* 97.
vj	d	viij	25	Converſio S. Pauli apoſtoli, *an.* 34. *vel* 35. *Dupl. min. commem.* S. Præjecti, Claromontani epiſc. & mart. *an.* 674.
v	e	vij	26	Polycarpi, Smyrnenſis epiſcopi & martyris, *Semiduplex: c. med. II. ſ.*
iv	f	vj	27	
iij	g	v	28	
ij	A	iv	29	Franciſci Saleſii, Genevenſis epiſcopi, (è 28. Dec.) *Semiduplex: an.* 1622.
i	b	iij	30	Bathildis reginæ Francorum, viduæ, *Simplex: c. an.* 680. *commem.* S. Aldegundis virginis, abbatiſſæ Malbodienſis: *c. an.* 684.
xxx	c	Prid.	31	

FEBRUARIUS.

xxix	d	Cal.	1	Ignatii Antiocheni epiſcopi & martyris, (è 20. Dec.) *Semiduplex: an.* 107.
xxviij	e	iv	2	PRÆSENTATIO DOMINI, & PURIFICATIO B. MARIÆ VIRGINIS, *Solemne.*

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xxvij	f	iij	3	Blaſii, Sebaſteni epiſcopi & martyris; *Simplex : c. an. 316.*
25. xxvj	g	Prid.	4	Alexandri, primi ſubdiaconi Eccleſiæ Autiſſiodorenſis, & ſocii S. Peregrini, *Semiduplex c. init. IV. ſ.* *Prima dies Cinerum.*
xxv.xxiv	A	Non.	5	Agathæ, Catanenſis virginis & martyris, *Simplex : c. an. 251.*
xxiij	b	viij	6	Vedaſti, Atrebatenſis epiſcopi, *c. an.* 540. & Amandi, Trajectenſis epiſcopi, *c. an. 684. Simplex.*
xxij	c	vij	7	
xxj	d	vj	8	
xx	e	v	9	
xix	f	iv	10	Scholaſticæ, Caſſinenſis virginis, *Commemoratio : c. an. 543.*
xviij	g	iij	11	
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	
xiv	d	xv	15	
xiij	e	xiv	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viij	c	ix	21	*Ultima Septuageſima.*
vij	d	viij	22	
vj	e	vij	23	
*	*	*	*	*Dies intercalaris addendus in anno biſſextili.*
v	f	vj	24	Matthiæ apoſtoli, *Duplex-majus : I. ſ.*
iv	g	v	25	
iij	A	iv	26	Agricolæ, Nivernenſis epiſcopi, *Commemoratio : c. an. 594.*
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	

In anno biſſextili Februarius eſt dierum 29. & Feſtum S. Matthiæ celebratur 25. die Februarii, & bis dicitur, *ſexto Calendas*, id eſt, 24. & 25. Littera

autem Dominicalis, quæ aſſumpta fuit menſe Januario, mutatur in præcedentem; ut, ſi in Januario Littera Dominicalis fuit A, mutatur in præcedentem, quæ eſt g; & ſic de aliis.

MARTIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xxx	d	Cal.	1	Albini, Andegavenſis epiſcopi, *Commemoratio: an.* 550.
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	Camillæ virg. in territorio Autiſſiodorenſi, *Commemoratio: V. ſ.*
xxvij	g	iv	4	
xxvj	A	iij	5	
25. xxv	b	Prid.	6	
xxiv	c	Non.	7	Perpetuæ & Felicitatis, Carthaginenſium martyrum, *Commemoratio: c. an.* 203.
xxiij	d	viij	8	*Primum Novilunium Paſchale.*
xxij	e	vij	9	
xxj	f	vj	10	*Ultima dies Cinerum.*
xx	g	v	11	
xix	A	iv	12	
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiv	f	xvj	17	Patricii, Hibernorum apoſtoli, ac diſcipuli SS. Amatoris & Germani, *Commem. c. an.* 460.
xiij	g	xv	18	
xij	A	xiv	19	
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	
ix	d	xj	22	*Primum Paſcha.*
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	ANNUNTIATIO & INCARNATIO DOMINI, *Solemne.*
v	A	vij	26	
iv	b	vj	27	Romuli abbatis Saxiaci in Diœceſi

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
				Autiſſiod. *Commem. V. vel VI. ſ.*
iij	c	v	28	
ij	d	iv	29	
j	e	iij	30	
xxx	f	Prid.	31	

APRILIS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xxix	g	Cal.	1	Mariæ Ægyptiæ, pœnitentis, *Commemoratio : c. an.* 421. *vel* 432.
xxviij	A	iv	2	
xxvij	b	iij	3	
25. xxvj	c	Prid.	4	Ambroſii, Mediolanenſis epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris, *Dupl. maj. an.* 397.
xxv.xxiv	d	Non.	5	*Ultimum Novilunium Paſchale.*
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviij	c	iij	11	
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	
xv	f	xviij	14	
xiv	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	Mariani, Autiſſiodorenſis monachi, *Semiduplex : c. fin. V. ſ.*
viij	f	xj	21	Mamertini, Autiſſiodorenſis abbatis, *Semiduplex : poſt med. V. ſ.*
vij	g	x	22	
vj	A	ix	23	Georgii martyris in Oriente, *Commemoratio : III. vel IV. ſ.*
v	b	viij	24	
iv	c	vij	25	Marci Evangeliſtæ, *Dupl. maj. c. an.* 68. *Ultimum Paſcha.*
iij	d	vj	26	Cleti papæ & martyris, *Commemoratio : c. an.* 90.
ij	e	v	27	

Tranſlatio

ycl. pact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
j	f	iv	28	
xxx	g	iij	29	
xxix	A	Prid.	30	Tranſlatio capitis S. Peregrini, Autiſſiodorenſium apoſtoli, primi epiſcopi, & martyris, (è 1. Maii) *Semiduplex : an.* 1715. *commem.* S. Eutropii, Santonenſis epiſcopi & martyris. *III. ſ.*

MAIUS.

xxviij	b	Cal.	1	PHILIPPI & JACOBI (Alphæi) APOSTOLORUM, *Duplex-majus : I. ſ.*
xxvij	c	vj	2	Amatoris, Autiſſiodorenſis epiſcopi, (è 1.) *Duplex-majus : an.* 418. *commem.* Tranſlationis SS. Memorii & Sanctini, Autiſſiodorenſium preſbyterorum : *VI. vel VII. ſ.*
xxvj	d	v	3	Inventio S. Crucis, *c. an.* 326. *Duplex-majus : commem.* S. Alexandri papæ & martyris : *c. an.* 119. ac Tranſlationis SS. Euſebii, Autiſſiodorenſis preſbyteri, & Aviti, Autiſſiodorenſis diaconi : *VII. vel VIII. ſ.*
25. xxv	e	iv	4	Athanaſii, Alexandrini epiſc. & Eccleſiæ doctoris, (è 2.) *Duplex-minus : an.* 373.
xxiv	f	iij	5	Joviniani, primi lectoris Eccleſiæ Autiſſiodorenſis, & martyris, *Semiduplex : c. an.* 304.
xxiij	g	Prid.	6	Joannis apoſtoli & evangeliſtæ, ante portam Latinam, *Semidupl. c. an.* 95.
xxij	A	Non.	7	Valeriani, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Semiduplex : c. an.* 360.
xxj	b	viij	8	Eladii, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Semiduplex : c. an.* 385.
xx	c	vij	9	Gregorii Nazianzeni, Conſtantinopolitani epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris, *Semiduplex : an.* 391.
xix	d	vj	10	Hilarii, Arelatenſis epiſcopi (è 5.) *Semiduplex : an.* 449.
xviij	e	v	11	
xvij	f	iv	12	Pancratii martyris, *Commemoratio : c. an.* 304.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xvj	g	iij	13	Marcelliani, Autiſſiodorenſis ep *Semiduplex : c. an.* 330.
xv	A	Prid.	14	
xiv	b	Idib.	15	
xiij	c	xvij	16	PEREGRINI, AUTISSIODO SIUM APOSTOLI & PRIMI COPI, ac MARTYRIS, *Sol c. an.* 304.
xij	d	xvj	17	De Octava S. Peregrini.
xj	e	xv	18	Corcodomi, primi diaconi Eccleſ tiſſiodorenſis, & ſocii S. Pere *Semiduplex : poſt init. IV. ſ. com* Octavæ S. Peregrini, ac S. E virginis & martyris, (è 25. *obiit c. an.* 259. *tranſlat.* X. *ſ.*
x	f	xiv	19	De Octava S. Peregrini.
ix	g	xiij	20	De Octava S. Peregrini. *comm.* S delii, Nemauſenſis martyris, *I IV. ſ.* & S. Auſtregiſili, Bitur epiſcopi, *an.* 624.
viij	A	xij	21	De Octava S. Peregrini, *comm.* S lis, Autiſſiod. preſbyteri : *V. ve*
vij	b	xj	22	Romani ſolitarii in territorio Auti renſi, *Semiduplex : c. VI. ſ. com* Octavæ S. Peregrini, & S. He Autiſſiodorenſis virginis, *c. ini*
vj	c	x	23	Octava S. Peregrini, *Duplex-minus mem.* S. Deſiderii, Lingonenſi copi & martyris, *c. IV. ſ.*
v	d	ix	24	Donatiani & Rogatiani, N tenſium martyrum, *Com ratio : c. fin. III. ſ.*
iv	e	viij	25	Urbani papæ & martyris, *C moratio : c. an.* 230.
iij	f	vij	26	Priſci, & ſociorum ejus, martyr territorio Autiſſiodorenſi, *D majus : c. an.* 274.
ij	g	vj	27	
j	A	v	28	
xxx	b	iv	29	
xxix	c	iij	30	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xxviij	d	Prid.	31	¶ *Dominicâ I. poſt Pentecoſten, ſit Feſtum* SS. TRINITATIS, *Semiſolemne.*

JUNIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xxvij	e	Cal.	1	
25. xxvj	f	iv	2	Pothini, Lugdunenſis epiſcopi, Blandinæ virginis, & ſociorum martyrum Lugdunenſium, *Semiduplex : anno* 177. *commem.* SS. Marcellini preſbyteri, & Petri exorciſtæ, Romanorum martyrum : *c. an.* 304.
xxv. xxiv	g	iij	3	Clotildis reginæ Francorum, viduæ, *Semiduplex : c. an.* 540.
xxiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non.	5	
xxj	c	viij	6	Claudii, Veſuntini epiſc. *Semid. an.* 581.
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	Medardi, Noviomenſis epiſcopi, *c. an.* 545. & Gildardi, Rotomagenſis epiſcopi, *c. an.* 529. *Simplex.*
xviij	f	v	9	
xvij	g	iv	10	Cenſurii, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Semiduplex, c. an.* 502.
xvj	A	iij	11	Barnabæ, Gentium apoſtoli, *Duplex minus : l. ſ.*
xv	b	Prid.	12	
xiv	c	Idib.	13	
xiij	d	xviij	14	Baſilii magni, Cæſarienſis in Cappadocia epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris, *Semiduplex : ordinat. hâc die, an.* 370. *obiit* 1. *Januar. an.* 379.
xij	e	xvij	15	
xj	f	xvj	16	Cyrici & Julittæ matris ejus, Tarſi in Cilicia martyrum, *Semiduplex : c. an.* 305. *comm.* S. Felicis pueri, martyris in territorio Autiſſiodorenſi : *V. ſ.*
x	g	xv	17	
ix	A	xiv	18	
viij	b	xiij	19	*Gervaſii & Protaſii*, Mediolanenſium martyrum, *Semiduplex :* l. *ſ.*

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
vij	c	xij	20	
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Albani, in Britannia majori martyris, *Simplex: c. an.* 287. *commem.* S. Paulini, Nolani epiſcopi, *an.* 431.
iv	f	ix	23	Vigilia *cum jejunio.*
iij	g	viij	24	*NATIVITAS S. JOANNIS-BAPTISTÆ, Semiſolemne.*
ij	A	vij	25	Eligii, Noviomenſis epiſcopi, *Semiduplex: tranſlat. hâc die, an.* 1066. *obiit* 30. *Nov. an.* 659. *commem.* Octavæ Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ.
j	b	vj	26	De Octava Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ: *commem.* SS. Joannis & Pauli, Romæ martyrum: *an.* 362. *vel* 363.
xxx	c	v	27	De Octava Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ.
xxix	d	iv	28	Irenæi, Lugdunenſis epiſcopi, & ſociorum ejus, martyrum, *Semiduplex: c. an.* 202. *commem.* Octavæ Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ; ac Vigiliæ SS. Petri & Pauli apoſtolorum, *cum jejunio.*
xxviij	e	iij	29	*PETRI & PAULI APOSTOLORUM, Semiſolemne: c. an. 66. commem.* Octavæ Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ.
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli apoſtoli, *Duplex-majus: commem.* S. Petri apoſtoli; Octavæ Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ; ac S. Martialis, Lemovicenſis epiſcopi, *III. ſ.*

JULIUS.

xxvj	g	Cal.	1	Octava Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ, *Semiduplex: commem.* Octavæ SS. Petri & Pauli; ac S. Moderati pueri, martyris in territorio Autiſſiodorenſi, *V. ſ.*
25. xxv	A	vj	2	Viſitatio B. Mariæ virginis, *Duplex-majus: commem.* Octavæ SS. Petri & Pauli.
xxiv	b	v	3	De Octava SS. Petri & Pauli.

Cycl. pact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xxiiij	c	iv	4	Tranſlatio corporis S. Martini, Turonenſis epiſcopi, *Semiduplex*: *Turonis an. 472. Autiſſiodori poſt med. IX. ſ. commem.* Octavæ SS. Petri & Pauli.
xxiij	d	iij	5	De Octava SS. Petri & Pauli.
xxj	e	Prid.	6	Octava SS. Petri & Pauli apoſtolorum, *Semiduplex*. ¶ *Dominicâ proximâ poſt Octavam SS. Petri & Pauli, celebratur in tota Diœceſi Autiſſiodorenſi* ANNIVERSARIUS DIES DEDICATIONIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS: *in ipſa Eccleſia Cathedrali, & in aliis quæ propriam vel certam Dedicationem non habent,* Solemne *cum Octava: ubi verò fuerit alia Dedicatio propria,* Solemne *ſine Octava: an.* 1334.
xx	f	Non.	7	
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septem Fratrum, ac S. Felicitatis eorum matris, Romæ martyrum, *Commem. c. an.* 164.
xvj	c	v	11	Benedicti, Caſſinenſis abbatis, *Duplex-minus: tranſlat. hâc die c. an. 660. obiit. 21. Mart. an.* 543.
xv	d	iv	12	Suſceptio Reliquiarum S. Amatoris, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Semiduplex: XI. vel XII. ſ.*
xiv	e	iij	13	
xiij	f	Prid.	14	
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Theodoſii, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Semiduplex: c. an.* 515.
ix	c	xv	18	Thomæ Aquinatis, doctoris, *Duplex-minus: canonizat. hâc die an.* 1323. *obiit. 7. Mart. an.* 1274.
viij	d	xiv	19	Arſenii diaconi Romani, Scetis ſolitarii, *Commem. c. an.* 445.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
vij	e	xiij	20	Marini, Autiſſiodorenſis pre ri, *Commemoratio : VII. j*
vj	f	xij	21	Victoris, Maſſilienſis martyris, *Sin e. an.* 290. *vel* 303.
v	g	xj	22	Mariæ Magdalenes, *Duplex-minus*
iv	A	x	23	Apollinaris, Ravennatum e pi, & confeſſoris Chriſti *memoratio : I. vel II. ſ.*
iij	b	ix	24	
ij	c	viij	25	Jacobi (Zebedæi) apoſtoli, *Duple jus : c.* 30. *Mart. an.* 44. *comm* Chriſtophori martyris, *III. ſ.*
j	d	vij	26	Annæ matris B. Mariæ virginis, *D minus.*
xxx	e	vj	27	Etherii, Autiſſiodorenſis epiſcopi *plex : c. an.* 571.
xxix	f	v	28	Nazarii & Celſi, Mediolane martyrum, *Commem. I. ve*
xxviij	g	iv	29	Lupi, Trecenſis, epiſcopi, *Semid an.* 478. *commem.* SS. Mariæ & thæ Chriſti hoſpitarum : *I. ſ.*
xxvij	A	iij	30	Urſi, Autiſſiod. epiſc. *c. an.* 508. & ladii; Autiſſiod. epiſc. *tranſlat. k an.* 945. *obiit* 10. *April. an.* 657. S
xxvj	b	Prid.	31	TRANSITUS S. GERMANI, AU SIODORENSIS EPISCOPI *lemne : an.* 448.

AUGUSTUS.

xxiv	c	Cal.	1	Petri ad vincula, *Duplex-minus : Aprili, c. an.* 44. *commem.* Octa Germani, ac SS. Septem Fratru chabæorum, & eorum matris, r rum : *c. an.* 167. *ante Chriſtum n*
xxiij	d	iv	2	De Octava S. Germani : *commem.* S phani I. papæ & martyris, *an.* 2
xxij	e	iij	3	REVELATIO ſeu INVENTIO (PORIS S. STEPHANI DIACO PROTOMARTYRIS, JEROS MIS, *Annuale* in Urbe & Subu in aliis Eccleſiis *Semiſolemnie* : 15

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
				an. 415. [*Extra Urbem & Suburbia non eſt de præcepto quoad ceſſationem operis.*] *commem.* Octavæ S. Germani.
xxj	f	Prid.	4	Xyſti II. papæ & martyris, (è 6.) *Semiduplex : an.* 258. *commem.* Octavarum S. Stephani, & S. Germani.
xx	g	Non.	5	Euſebii, Vercellenſis epiſcopi, & confeſſoris Chriſti, (è 1.) *Semiduplex : c. an.* 370. *commem.* Octavarum S. Stephani, & S. Germani ; ac S. Caſſiani, Auguſtodunenſis epiſcopi : *IV. ſ.*
xix	A	viij	6	Transfiguratio Domini, *Duplex-majus : c. an.* 32. *commem.* Octavarum S. Stephani, & S. Germani.
xviij	b	vij	7	Octava Tranſitûs S. Germani, *Duplex-minus : commem.* Octavæ S. Stephani.
xvij	c	vj	8	De Octava S. Stephani.
xvj	d	v	9	Octava S. Stephani protomartyris : in Urbe & Suburbiis *Duplex-majus* ; in aliis Eccleſiis *Semiduplex : commem.* Vigiliæ S. Laurentii *ſine jejunio* ; ac S. Romani, Romæ martyris ; *an.* 258.
xv	e	iv	10	Laurentii, Romani Diaconi & martyris, *Duplex-majus : an.* 258.
xiv	f	iij	11	
xiij	g	Prid.	12	
xij	A	Idib.	13	Radegundis, reginæ Francorum ; viduæ, *Commemoratio : an.* 587.
xj	b	xix	14	Vigilia *cum jejunio.*
x	c	xviij	15	ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS, *Annuale*, *I. ſ.*
ix	d	xvij	16	De Octava Aſſumptionis : *comm.* S. Rochi apud montem Peſſulanum : *XIV. ſ.*
viij	e	xvj	17	De Octava Aſſumptionis : *commem.* S. Mamantis, Cæſareæ in Cappadocia martyris : *c. an.* 274.
vij	f	xv	18	De Octava Aſſumptionis.
vj	g	xiv	19	De Octava Aſſumptionis.
v	A	xiij	20	Bernardi, primi abbatis Claravallenſis ; & Eccleſiæ doctoris, *Duplex-majus : an.* 1153. *commem.* Octavæ Aſſumptionis ;

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xxvij	d	v	27	Coſmæ & Damiani fratrum, martyrum; *Simplex : III. vel IV. ſ.*
25. xxvj	e	iv	28	Alodii, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Semiduplex : c. an.* 472.
xxv.xxiv	f	iij	29	Michaëlis archangeli, & omnium Angelorum; *Duplex-majus : commem.* S. Fraterni, Autiſſiodorenſis epiſcopi & martyris, *poſt med. V. ſ.*
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi, Stridonienſis preſbyteri, & Eccl. doctoris, *Duplex-majus : an.* 420.

OCTOBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xxij	A	Cal.	1	Depoſitio S. Germani, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Duplex-majus*, [in Cathedrali, *Semiſolemne*,] *an.* 448. *commem.* S. Remigii, Remenſis epiſcopi: *tranſlat. hâc die, an.* 852. *obiit.* 13. *Januarii. c. an.* 533.
xxj	b	vj	2	Leodegarii, Æduenſis epiſcopi & martyris, *Semiduplex : an.* 678.
xx	c	v	3	Dionyſii Areopagitæ, primi Athenarum epiſcopi, & martyris, *Commemoratio : c. an.* 95.
xix	d	iv	4	Franciſci Aſſiſinatis in Umbria, inſtitutoris Ordinis Minorum, *Semiduplex : an.* 1226.
xviij	e	iij	5	Marſi, primi preſbyteri Eccleſiæ Autiſſiodorenſis, (è 4.) *Semiduplex : poſt init. IV. ſ. commem.* S. Firmati, Autiſſiod. diaconi: *V. vel VI. ſ.* S. Flaviæ Autiſſiod. virginis : *V. vel VI. ſ.* & Tranſlationis S. Feliculæ virginis in Diœceſi Autiſſiodorenſi: *obiit* 1. *Aug. ante X. ſ.*
xvij	f	Prid.	6	Romani, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *c. an.* 564. & Tetrici, Autiſſiodorenſis epiſcopi, (è 18. Mart.) *c. an.* 707. *Semiduplex. commem.* S. Brunonis monachi, inſtitutoris Ordinis Cartuſianorum : *an.* 1101.
xvj	g	Non.	7	
xv	A	*viij*	8	Palladiæ & Porcariæ virginum in

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis		
				territorio Autiſſiodorenſi, *Commemoratio : c. V. ſ.*
xiv	b	vij	9	Dionyſii, Pariſienſis epiſcopi, & ſociorum, martyrum, *Simplex : III. ſ.*
xiij	c	vj	10	
xij	d	v	11	
xj	e	iv	12	
x	f	iij	13	
ix	g	Prid.	14	
viij	A	Idib.	15	Leonardi abbatis in pago Cenomanenſi, *Commem. c. an.* 568.
vij	b	xvij	16	
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ evangeliſtæ, *Duplex-majus : I ſ.*
iv	e	xiv	19	Juſti Autiſſiodorenſis pueri, martyris, (è 18.) *Duplex-majus : c. init. V. ſ. commem.* Tranſlationis S. Verani, Cavellicenſis epiſcopi, *obiit* 11. *Nov. c. fin. VI. ſ.*
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	
j	A	xj	22	
xxx	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	Criſpini & Criſpiniani fratrum, Sueſſionenſium martyrum, *Commemoratio : c. fin. III. ſ.*
xxvij	e	vij	26	
xxvj	f	vj	27	Deſiderii, Autiſſiodorenſis epiſcopi, *Semiduplex : c. an.* 621. *commem.* Vigiliæ *cum jejunio.*
25. xxv	g	v	28	SIMONIS & JUDÆ APOSTOLORUM, *Duplex-majus : I. ſ.*
xxiv	A	iv	29	
xxiij	b	iij	30	Leonis I. papæ, & Eccleſiæ doctoris, *Semiduplex : an.* 461.
xxij	c	Prid.	31	Vigilia *cum jejunio : commem.* S. Quintini, apud Auguſtam Veromanduorum martyris : *c. an.* 287.

NOVEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xxj	d	Cal.	1	OMNIUM SANCTORUM, *Solemne: inſtitutum c. an.* 835.
xx	e	iv	2	Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, *Semiſolemne: inſtituta an.* 998.
xix	f	iij	3	De Octava Omnium Sanctorum.
xviij	g	Prid.	4	Caroli, Mediolanenſis epiſcopi, (è 3.) *Duplex-majus: an.* 1584. *commem.* Octavæ Omnium Sanctorum.
xvij	A	Non.	5	De Octava Omnium Sanctorum.
xvj	b	viij	6	De Octava Omnium Sanctorum.
xv	c	vij	7	De Octava Omnium Sanctorum.
xiv	d	vj	8	Octava Omnium Sanctorum, *Duplex-minus.*
xiij	e	v	9	
xij	f	iv	10	Martini papæ & martyris, (è 16. Sept.) *Simplex: an.* 655.
xj	g	iij	11	Martini, Turonenſis epiſcopi, *Duplex-majus: an.* 397. *vel* 400.
x	A	Prid.	12	
ix	b	Idib.	13	Suſceptio Reliquiarum SS. Alexandri & Chryſanthi, Romanorum martyrum, *Simplex: c. an.* 834. *commem.* S. Brictii, Turonenſis epiſcopi, *c. an.* 444.
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	Edmundi, Cantuarienſis epiſcopi, *Semiduplex: an.* 1241.
v	f	xv	17	Aniani, Aurelianenſis epiſcopi, *Semiduplex: c. an.* 453.
iv	g	xiv	18	Veneratio SS. Reliquiarum totius Diœceſis Autiſſiodorenſis, *Semiſolemne.*
iij	A	xiij	19	
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Præſentatio B. Mariæ virginis, *Duplex-majus.*
xxx	d	x	22	Cæciliæ virginis & martyris, *Simplex: c. III. ſ.*
xxix	e	ix	23	Clementis papæ & martyris, *Semiduplex: an.* 100.
xxviij	*f*	*viij*	*24*	Chryſogoni, Romani martyris,

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		
				Commemoratio : circa an. 304.
xxvij	g	vij	25	
25. xxvj	A	vj	26	Lini papæ & martyris, *Commemoratio : c. an.* 78.
xxv. xxiv	b	v	27	*Prima ſedes Adventûs.*
xxiij	c	iv	28	Vigilii, Autiſſiodorenſis epiſcopi & martyris, *Duplex-minus : tranſlat. hâc die : obiit c. an.* 683.
xxij	d	iij	29	Vigilia *cum jejunio : commem.* S. Saturnini, Toloſani epiſcopi & martyris : *III. ſ.*
xxj	e	Prid.	30	ANDREÆ APOSTOLI, *Duplex-majus : I. ſ.*

DECEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		
xx	f	Cal.	1	
xix	g	iv	2	Petri Chryſologi, Ravennatum epiſcopi, *Commem. c. an.* 457.
xviij	A	iij	3	*Ultima ſedes Adventûs.*
xvij	b	Prid.	4	
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viij	6	Nicolaï epiſcopi Myrenſis in Lycia, *Semiduplex : c. IV. ſ.*
xiv	e	vij	7	
xiij	f	vj	8	*CONCEPTIO B. MARIÆ VIRGINIS, Solemne.*
xij	g	v	9	
xj	A	iv	10	
x	b	iij	11	
ix	c	Prid.	12	
viij	d	Idib.	13	Luciæ, Syracuſanæ virginis & martyris, *Commemoratio : an.* 304. *vel* 305.
vij	e	xix	14	Nicaſii, Remenſis epiſcopi, & ſociorum ejus, martyrum, *Commemoratio : c. an.* 407. *vel* 451.
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iv	A	xvj	17	Lazari Bethanitæ, à Chriſto ſuſcitati, *Commemoratio* : I. ſ.
iij	b	xv	18	

Cycl. Epaċt.	Litt. Dom.	Dies Menſis		
ij	c	xiv	19	Gregorii, Autiſſiodorenſis e pi, *Commemoratio: c. an.*
j	d	xiij	20	
xxx	e	xij	21	THOMÆ APOSTOLI, *Duplex jus: I. ſ.*
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia *cum jejunio.*
xxvj	b	viij	25	NATIVITAS DOMINI, *Annua*
25. xxv	c	vij	26	STEPHANI, DIACONI & PR(MARTYRIS, Eccleſiæ Cathe Autiſſiodorenſis patroni, *Ann c. an.* 33. *commem.* Octavæ Nat tis Domini.
xxiv	d	vj	27	JOANNIS APOSTOLI & EVANGELI *Duplex-majus: c. an.* 100. *com* Octavarum Nativitatis Domini S. Stephani.
xxiij	e	v	28	Innocentium martyrum, *Duplex-m commem.* Octavarum Nativitatis mini ac S. Stephani.
xxij	f	iv	29	Thomæ, Cantuarienſis epiſcopi & tyris, *Duplex-minus: an.* 1170. *mem.* Octavarum Nativitatis Do ac S. Stephani.
xxj	g	iij	30	Officium Dominicæ intrà Octavam tivitatis Domini: *commem.* O S. Stephani.
*19. xx.	A	Prid.	31	Saviniani & Potentiani, ſociorum martyrum Senonenſium: *II. vel* ac Columbæ virginis & martyris Senonas, *c. an.* 273. *Duplex-m commem.* Octavarum Nativitatis mini, ac S. Stephani; & S. Sil papæ, *an.* 335.

* Hæc Epacta 19. nunquam eſt in uſu, niſi quand dem anno concurrit cum aureo numero xix.

TABULA

Continens Officiorum gradus & diverſitatem.

ANNUALE. SOLEMNE. *SEMISOLEMNE.*	}	DUPLEX-MAJUS. Duplex-minus. Semiduplex.	}	Simplex.

ANNUALIA.

Nativitas Domini.

Natalis S. Stephani Eccleſiæ Cathedralis patroni.

Paſcha.

Pentecoſtes.

Feſtum SS. Euchariſtiæ.

In Urbe Autiſſ. & ſuburbiis tantùm. { Revelatio corporis S. Stephani.

Aſſumptio B. Mariæ virginis.

¶ *In unaquaque Eccleſia Feſtum principale Patroni primarii.*

Si contingat conſecrari Eccleſiam, ipſa dies Conſecrationis ſeu Dedicationis erit Feſtum Annuale; Anniverſarius verò dies Dedicat. Solemne.

SOLEMNIA.

Epiphania Domini.

Præſentatio Domini, quæ & Purificatio B. Mariæ virg.

Annuntiatio & Incarnatio Domini.

Aſcenſio Dõmini.

Natalis S. Peregrini Autiſſiodorenſium apoſtoli.

Anniverſarius dies Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis.

Tranſitus S. Germani, Autiſſiodorenſis epiſcopi.

Nativitas B. Mariæ virginis.

Feſtum Omnium Sanctorum.

Conceptio B. Mariæ virginis.

SEMISOLEMNIA.

Circuncifio Domini.

Feſtum SS. Trinitatis.

Dies Octava SS. Euchariſtiæ.

Nativitas S. Joannis-Baptiſtæ.

Natalis SS. Petri & Pauli.

Extra Urbem & Suburbia. { Revelatio corporis S. Stephani.

In Cathed. tantùm. { Depoſitio S. Germani Autiſſiod. epiſcopi.

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum.

Veneratio SS. Reliquiarum Diœceſis Autiſſiodorenſis.

FESTA DUPLICIA-MAJORA quæ præferuntur Dominicis non privilegiatis.

Dies Octava Feſtorum Annualium Domini.

Feſta Duplicia-majora quæ occurrunt à Nativitate Domini ad Epiphaniam ejuſdem.

Dies Octava Epiphaniæ Domini.

Inventio S. Crucis.

Transfiguratio Domini.

Exaltatio S. Crucis.

DOMINICÆ PRIVILEGIATÆ primæ claſſis, quæ nunquam omittuntur.

Prima Adventûs.

Prima Quadrageſimæ.

Paſſionis.
Palmarum.
Paſchæ.
In Albis depoſitis.
Pentecoſtes.
Prima poſt Pentecoſten, quæ & Feſtum SS. Trinitatis.
Dominica ante Adventum, ſeu ultima poſt Pentecoſten.

DOMINICÆ PRIVILEGIATÆ ſecunda claſſis, quæ non omittuntur niſi occurrente Feſto Annuali.

Secunda, Tertia, Quarta — Adventûs.

Dominicæ — In Septuageſima, In Sexageſima, In Quinquageſima.

Secunda, Tertia, Quarta — Quadrageſimæ.

DOMINICÆ TERTIÆ CLASSIS, quæ non omittuntur niſi occurrente Feſto Semiſolemni aut ſuprà, vel aliquo ex prædictis Duplicibus-majoribus.

Reliquæ Dominicæ, quæ Communes vocantur.

FERIÆ MAJORES PRIVILEGIATÆ, quæ nunquam omittuntur.

Vigilia Nativitatis Domini.
Feria IV. Cinerum.
Feriæ majoris Hebdomadæ.
Feriæ intrà Hebdomadam Paſchæ.
Vigilia Pentecoſtes.
Feriæ intrà Hebdomadam Pentecoſtes.

FERIÆ MAJORES NON PRIVILEGIATÆ, quæ excludunt Feſta Simplicia, ac Officium de B. Maria in Sabbato, & de quibus fit Commemoratio, ſi occurrat Feſtum Semiduplex, aut ſuprà.

Feriæ Adventûs.
Feriæ Quadrageſimæ. *Excludunt etiam Semiduplicia.*
Feriæ Rogationum.
Feria VI. poſt Octavam Aſcenſionis Domini.
Feriæ IV. Temporum.
Omnes Vigiliæ.

FERIÆ MINORES PRIVILEGIATÆ, de quibus non fit Commemoratio, ſi occurrat Feſtum Semiduplex, ſed quæ excludunt Feſta Simplicia.

Feriæ à Dominica in Septuageſima ad Feriam IV. Cinerum. *Excludunt etiam Officium de B. Maria in Sabbato.*
Feriæ Temporis Paſchalis. *Non excludunt Officium de B. Maria in Sabbato.*

FERIÆ MINORES NON PRIVILEGIATÆ, quæ admittunt quodlibet Officium de Feſto, aut de B. Maria in Sabbato.

Reliquæ omnes Feriæ per annum.

Ex Typographia JACOBI VINCENT.

PSALTERIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM.
Pars Hiemalis.
DOMINICA
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ante Officium Nocturnum dicitur ſecretò.

PAter noſter qui es in cœlis; ſanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, ſicut in cœlo & in terra: panem noſtrum quotidiánum da nobis hódie: & dimítte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris: & ne nos indúcas in tentatiónem; ſed líbera nos à malo. Amen. *Matth.* 6. 9. *ad* 13.

AVe María grátiâ plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui, Jeſus. *Luc.* 1. 28. 42.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

CRedo in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cœli & terræ. Et in Jeſum Chriſtum, fílium ejus únicum, Dóminum noſtrum; qui concéptus eſt de Spíritu-ſancto; natus ex María vírgine; paſſus ſub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, & ſepúltus: deſcéndit ad ínferos; tértiâ die reſurréxit à mórtuis: aſcéndit ad cœlos; ſedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum-ſanctum, ſanctam Eccléſiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Deinde clarâ ſed demiſſâ voce dicitur,

DOmine lábia mea apéries, ℞. Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50. 16.

DEus in adjutórium meum inténde, ℞. Dómine ad adjuvándum me feſtina. *Pſ.* 69. 2.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui-ſancto; ſicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Allelúia.

[*A Septuageſima ad Paſcha locò* Allelúia, *dicitur*, Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.]

In Adventu Invitatorium, Hymnus, Antiphona, Verſiculi, & Reſponſoria habentur in Proprio de Tempore.

A Dominica ſecunda poſt Epiphaniam ad Quadrageſimam dicitur Invitatorium,

Jubilémus Deo ſalutári noſtro: * Præoccupémus fáciem ejus in confeſſione. *Pſ.* 94. 1.

Repetitur, Jubilémus.

Pſalmus 94.

VEníte, exultémus Dómino; jubilémus Deo ſalutári noſtro: præoccupémus fáciem ejus in confeſſióne, & in pſalmis jubilémus ei.

Invitatorium, Jubilémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & Rex magnus ſuper omnes deos; quóniam non repéllet Dóminus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipſe cónſpicit.

Diviſio, * Præoccupémus.

Quóniam ipsíus eſt mare, & ipſe fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum, plorémus coram Dómino qui fecit nos; quia ipſe eſt Dóminus Deus noſter: nos autem pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus.

Invitatorium, Jubilémus.

Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra; ſicut in exacerbatióne ſecúndùm diem tentatiónis in deſérto, ubi tentavérunt me patres veſtri, probavérunt, & vidérunt ópera mea.

Diviſio, * Præoccupémus.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic; & dixi: Semper hi errant corde; ipſi verò non cognovérunt vias meas; quibus jurávi in ira mea; Si introíbunt in réquiem meam.

Invitatorium, Jubilémus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui-ſancto; ſicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen.

Diviſio, * Præoccupémus.

Deinde repetitur Invitatorium, Jubilémus.

Sic ſemper in omni Officio dicitur Invitatorium, niſi aliter notetur.

Hymnus.

PRIMO die mundum Deus
Verbo creat, primo die
Chriſtus resúrgens pérditos
Nos, morte victâ, líberat.

QUID déſides tenet ſopor?
Surgámus omnes ócyus,
Et nocte quærámus Deum,
David ut exémplo docet.

NOSTRAS preces exaúdiat,
Suíſque donis múneret;
Et expiátos crímine
Reddat beátis ſédibus.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Poſt Epiphaniam, Antiphona 1. *toni.* a. Novit Dóminus.

*Aſteriſcus hic * notat mediationem & pauſam.*

Pſalmus 1.

BEátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatorum non ſtetit, * & in cáthedra peſtiléntiæ non ſedit:

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantátum eſt ſecus decúrſus aquárum, * quod fructum ſuum dabit in témpore ſuo:

Et fólium ejus non défluet;* & ómnia quæcúnque fáciet, proſperabúntur.

Non ſic ímpii, non ſic; * ſed tanquam pulvis quem prójicit ventus à fácie terræ.

Ideò non resúrgent ímpii in judício, * neque peccatóres in concílio juſtórum.

Quóniam novit Dóminus viam juſtórum, * & iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui-ſancto;

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, * & in ſécula ſeculórum. Amen.

Hi ℣℣. Glória *&* Sicut erat, *dicuntur in fine Pſalmorum & Canticorum, niſi aliter notetur.*

Poſt. Epiph. Ant. Novit Dóminus viam juſtórum, & iter impiórum *períbit. v. 7.*

Ant. 2. *D. Servíte Dómino.*

Pſalmus 2.

QUare fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti ſunt inánia?

Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsùs Dóminum, & advérsùs Chriſtum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à nobis jugum ipſórum.

Qui hábitat in cœlis irridébit eos; * & Dóminus ſubſannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira ſua, * & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póſtula à me, & dabo tibi gentes hereditátem tuam, * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tanquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite; * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite diſciplínam, * ne quándo iraſcátur Dóminus, & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Poſt Epiph. Ant. Servíte Dómino in timóre, & exultáte ei cum tremóre. *v.* 11.

Ant. 3. *g.* Exúrge.

Pſalmus 3.

DOmine, quid multiplicáti ſunt qui tríbulant me? * multi inſúrgunt advérsùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ; * non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, ſuſcéptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, * & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi, & ſoporátus ſum; * & exurréxi, quia Dóminus ſuſcépit me.

Non timébo míllia pópuli circundántis me: * exúrge Dómine, ſalvum me fac Deus meus;

Quóniam tu percuſsíſti omnes adversántes mihi ſine cauſa; * dentes peccatórum contrivíſti.

Dómini eſt ſalus; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Poſt Epiph. Ant. Exúrge Dómine, ſalvum me fac Deus meus. *v.* 6.

℣. Memor fui nocte nóminis tui Dómine: *In Choro reſpondetur tantùm ſecretò, dum protrahitur neuma*, ℟. Et cuſtodívi legem tuam. *Pſ.* 118. 55.

Poſt Verſiculum cujuſlibet Nocturni dicitur ſecretò, Pater noſter, &c. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem: ℟. Sed líbera nos à malo.

Poſtea Lector petit benedictionem, dicens, Jube Dómine bene dícere.

Benedictiones habentur poſt Pſalterium.

Lectiones cum Reſponſoriis habentur vel in proprio de Tempore, vel in proprio de Sanctis.

Hæc omnia obſervantur in ſingulis Nocturnis, niſi aliter notetur.

IN II. NOCTURNO.

Poſt Epiph. Ant. 4. *E.* Inténde.

Pſalmus 5.

VErba mea aúribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo; * Dómine manè exaúdies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus, * neque permanébunt injúſti ante óculos tuos.

Odíſti omnes qui operántur iniquitátem; * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum, * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ introíbo in

domum tuam; * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in juſtítia tua, propter inimícos meos: * dírige in conſpéctu tuo viam meam.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas; * cor eórum vanum eſt.

Sepúlcrum patens eſt guttur eórum, linguis ſuis dolósè agébant: * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis, * ſecúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos, quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes qui ſperant in te; * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronáſti nos.

Poſt. Epiph. Ant. Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus, & Deus meus. *v.* 2.

Ant. 5. a. Convértere Dómine.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me; * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére mei Dómine, quóniam infirmus ſum; * ſana me Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: * ſed tu Dómine úſquequò?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo; * lavábo per ſíngulas noctes lectum meum; lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus; * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam; * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubéſcant, & conturbéntur vehementer omnes inimíci mei: * convertántur, & erubéſcant valde velóciter.

Poſt. Epiph. Ant. Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam. *v.* 4.

Ant. 6. F. Juſtum.

Pſalmus 7.

DOmine Deus meus, in te ſperávi; * ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus, ſi feci iſtud, * ſi eſt iníquitas in mánibus meis;

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inánis;

Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehéndat, & concúlcet in terra vitam meam,* & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua;* & exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandáſti; * & ſynagóga populórum circúndabit te:

Et propter hanc in altum regrédere, * Dóminus júdicat pópulos:

Júdica me Dómine ſecúndùm juſtítiam meam, * & ſecúndùm innocentiam meam ſuper me.

Conſumétur nequítia peccatórum, & diriges juſtum; * ſcrutans corda & renes Deus.

Juſtum adjutórium meum à Dómino, * qui ſalvos facit rectos corde.

Deus judex juſtus, fortis, & pátiens;* nunquid iráſcitur per síngulos dies?

Niſi convérſi fuéritis, gládium ſuum vibrábit: * arcum ſuum teténdit, & parávit illum:

Et in eo parávit vaſa mortis; * ſagíttas ſuas ardéntibus effécit.

*Ecce partúriit injuſtítiam;** concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus, * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus deſcéndet.

Confitébor Dómino ſecundùm juſtítiam ejus; * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Poſt. Epiph. Ant. Juſtum adjutórium meum à Dómino, qui ſalvos facit rectos corde, *v.* 11.

℣. Médiâ nocte ſurgébam ad confitendum tibi. ℟. Super judícia juſtificatiónis tuæ. *Pſ.* 118. 62.

Pater, *ſecretò.* ℣. Et ne nos, *ut ſuprà*

IN III. NOCTURNO.

Poſt. Epiph. Ant. 7. d. Dómine.

Pſalmus 8.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra!

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfeciſti laudem propter inimícos tuos, * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & ſtellas quæ tu fundáſti.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs

ab Angelis, * glóriâ & honóre coronáſti eum, & conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjecíſti ſub pédibus ejus, * oves & boves univérſas, inſuper & pécora campi;

Vólucres cœli, & piſces maris, * qui perámbulant ſémitas maris.

Dómine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra!

Poſt Epiph. Ant. Dómine Dóminus noſter, quàm admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra! *v.* 1.

Ant. 8. G. Lætábor.

Pſalmus 9.

CONfitébor tibi Dómine in toto corde meo;* narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exultábo in te,* pſallam nómini tuo Altíſſime;

In convertèndo inimícum meum retrórsùm: * infirmabúntur, & períbunt à fácie tua.

Quóniam fecíſti judícium meum & cauſam meam: * ſediſti ſuper thronum, qui júdicas juſtítiam.

Increpáſti gentes, & périit ímpius: * nomen eórum deléſti in ætérnum, & in ſéculum ſéculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem;* & civitátes eórum deſtruxíſti.

Périit memória eórum cum ſónitu; * & Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in judício thronum ſuum; * & ipſe judicábit orbem terræ in æquitáte, judicábit pópulos in juſtítia.

Et factus eſt Dóminus refúgium páuperi; * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et ſperent in te qui novérunt nomen tuum; * quóniam non dereliquíſti quæréntes te, Dómine.

Pſállite Dómino qui hábitat in Sion;* annuntiáte inter gentes ſtúdia ejus.

Quóniam requírens ſánguinem eórum recordátus eſt;* non eſt oblítus clamórem páuperum.

Miſerére meî, Dómine; * vide humilitátem meam de inimícis meis,

Qui exáltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exultábo in ſalutári tuo: * infixæ ſunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo iſto quem abſcondérunt, * comprehénſus eſt pes eórum.

Cognoſcétur Dóminus judícia fáciens: * in opéribus mánuum ſuárum comprehénſus eſt peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum,* omnes gentes quæ obliviſcúntur Deum.

Quóniam non in finem obli-

vio erit paúperis ; * patiéntia paúperum non períbit in finem.

Exúrge Dómine, non confortétur homo : * judicéntur gentes in conſpéctu tuo.

Conſtítue Dómine legiſlatórem ſuper eos ; * ut ſciant gentes quóniam hómines ſunt.

Poſt Epiph. Ant. Lætábor & exultábo in te, pſallam nómini tuo Altíſſime. *v.* 2.

Ant. 7. a. Dóminus regnábit.

Diviſio Pſalmi 9.

UT quid Dómine receſſíſti longè, * déſpicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum ſupérbit ímpius, incénditur pauper : * comprehendúntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in deſidériis ánimæ ſuæ ; * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor, * ſecúndùm multitúdinem iræ ſuæ non quæret.

Non eſt Deus in conſpéctu ejus :* inquinátæ ſunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur judícia tua à fácie ejus : * ómnium inimicórum ſuórum dominábitur.

Dixit enim in corde ſuo : Non movébor ; * à generatióne in generatiónem ſine malo.

Cujus maledictióne os plenum eſt, & amaritudine, & dolo : * ſub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divitibus in occúltis, * ut interfíciat innocéntem.

Oculi ejus in paúperem reſpíciunt :* inſidiátur in abſcóndito, quaſi leo in ſpelúnca ſua.

Inſidiátur ut rápiat paúperem ; * rápere paúperem dum áttrahit eum.

In láqueo ſuo humiliábit eum, * inclinábit ſe, & cadet cùm dominátus fúerit paúperũ.

Dixit enim in corde ſuo : Oblítus eſt Deus,* avértit fáciem ſuam ne vídeat in finem.

Exúrge Dómine Deus, exaltétur manus tua ; * ne oblivíſcáris paúperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum? * dixit enim in corde ſuo : Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas,* ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus eſt pauper: * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & malígni : * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum, & in ſéculum ſéculi : * períbitis gentes de terra illíus.

Deſidérium paúperum exaudívit Dóminus : * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupíllo & húmili,* ut non appónat ultrà magnificare ſe homo ſuper terram.

Poſt Epiph. Ant. Dóminus regnábit in ætérnum, & in ſéculum ſeculi. *v.* 40.

℣. In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, ℟. Et benedícite Dóminum. *Pſ.* 133.3.

Pater, *ſecretò*. Et ne nos.

Poſt ultimum Reſponſorium dicitur, Te Deum, *ſi dicendum ſit.*

TE Deum laudámus: te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem omnis terra venerátur,

Tibi omnes Angeli, tibi cœli & univérſæ poteſtátes,

Tibi Chérubim & Séraphim inceſsábili voce proclámant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus,

Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni ſunt cœli & terra majeſtátis glóriæ tuæ.

Te glorióſus Apoſtólorum chorus,

Te Prophetárum laudábilis númerus,

Te Mártyrum candidátus laudat exércitus.

Te per orbem terrárum ſancta confitétur Eccléſia,

Patrem imménſæ majeſtátis;

Venerándum tuum verum & únicum Fílium;

Sanctum quoque paraclétum Spíritum.

Tu Rex glóriæ Chriſte.

Tu Patris ſempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum ſuſceptúrus hóminem, non horruíſti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo, aperuíſti credéntibus regna cœlórum.

Tu ad déxteram Dei ſedes in glória Patris.

Judex créderis eſſe ventúrus.

Te ergo quæſumus, fámulis tuis ſúbveni, quos pretióſo ſánguine redemíſti.

Ætérna fac cum ſanctis tuis in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hereditáti tuæ;

Et rege eos, & extólle illos uſque in ætérnum.

Per ſíngulos dies benedícimus te,

Et laudámus nomen tuum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Dignáre Dómine die iſto ſine peccáto nos cuſtodíre.

Miſerére noſtrî Dómine, miſerére noſtrî.

Fiat miſericórdia tua Dómine ſuper nos, quemádmodum ſperávimus in te.

In te Dómine ſperávi, non confúndar in ætérnum.

[*Si Laudes non ſequantur continuò, hìc dicitur*, Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus. *Deinde Oratio propria cum integra concluſione; ac poſtea iterum*, Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.]

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis ni-

mis; ℟. Et magnitúdinis ejus non eſt finis. *Pſ.* 144. 3.

Deus in adjutórium, &c.

[*A Septuageſima ad Paſcha, locò* Allelúia, *dicitur*, Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.]

In Adventu, Antiphona ut in Proprio.

Poſt. Epiph. Ant. 3. *a.* Dóminus regnávit.

Pſalmus 92.

DOminus regnávit, decórem indútus eſt; * indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta ſedes tua ex tunc; * à ſéculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine, * elevavérunt flúmina vócem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris; * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis: * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Poſt. Epiph. Ant. Dóminus regnávit, decórem indútus eſt; indútus eſt Dóminus fortitúdinem. *v.* 1.

Ant. 2. *D.* Laudáte.

Pſalmus 99.

JUbiláte Deo omnis terra, * *ſervíte* Dómino in lætítia.

Introíte in conſpéctu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus; ipſe fecit nos, & non ipſi nos: * pópulus ejus & oves páſcuæ ejus.

Introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis, * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus, * in ætérnum miſericórdia ejus, & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Poſt. Epiph. Ant. Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus, in ætérnum miſericórdia ejus. *v.* 5.

Ant. 8. *G.* Deus.

Pſalmus 62.

DEus, Deus meus; * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea; * quàm multiplíciter tibi caro mea!

In terra deſérta, & ínvia, & inaquóſa, ſic in ſancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas; * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis

meditábor in te; * quia fuíſti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæſit ánima mea poſt te; * me ſuſcépit déxtera tua.

Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam; * introíbunt in inferióra terræ, tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo; * quia obſtrúctum eſt os loquéntium iníqua.

Poſt Epiph. Ant. Deus, Deus meus; ad te de luce vígilo. Sitívit in te ánima mea. *℣.* 1. 2.

Ant. 3. g. Benedícite.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3. 57. *ad* 88.

BEnedícite ómnia ópera Dómini Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſǽcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino: * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite ſol & luna Dómino: * benedícite ſtellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber & ros Dómino: * benedícite omnes ſpíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æſtus Dómino: * benedícite frigus & æſtus Dómino.

Benedícite rores & pruína Dómino: * benedícite gelu & frigus Dómino.

Benedícite glácies & nives Dómino: * benedícite noctes & dies Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómino: * benedícite fúlgura & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum; * laudet & ſuperexáltet eum in ſǽcula.

Benedícite montes & colles Dómino: * benedícite univérſa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete, & ómnia quæ movéntur in aquis Dómino: * benedícite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedícite omnes béſtiæ & pécora Dómino: * benedícite fílii hóminum Dómino.

Benedícat Iſraël Dóminum; * laudet & ſuperexáltet eum in ſǽcula.

Benedícite ſacerdótes Dómini Dómino: * benedícite ſervi Dómini Dómino.

Benedícite ſpíritus & ánimæ juſtórum Dómino: * benedícite ſancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Anánia, Azaría, Míſaël Dómino; * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſǽcula.

Hic, locò Glória Patri, *dicitur,*

Benedicámus Patrem, & *Fílium* * cum ſancto Spíritu;

Laudémus & ſuperexaltémus eum * in ſécula ſeculórum. Amen.

Poſt. Epiph. Ant. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula. *Dan.* 3. 57.

Ant. 1. *a.* Laudáte Dóminum.

Pſalmus Laudum 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus; * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ;* laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro; * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Poſt Epiph. Ant. Laudáte Dóminum in ſanctis ejus; laudáte eum in firmaménto virtútis ejus. *v.* 1.

Sequens Capitulum, Hymnus, & ℣. dicuntur quando propria non aſſignantur.

Capitulum. Apoc. 7. 12.

BEnedíctio, & cláritas, & ſapiéntia, & gratiárum áctio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo noſtro in ſécula ſeculórum. Amen.

℟. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

Hymnus.

ÆTERNE rerum Cónditor,
Noctem diémque tu regis,
Et témporum mutans vices,
Vitæ levas faſtídium.

SURGAMUS, ecce lúcifer
Cœli fugat calíginem,
Lucíſque præco cántibus
Nobis diem prænúntiat.

GALLO canénte ſpes redit,
Lapſis fides revértitur;
Gállo canénte flet Petrus,
Fletúque culpam díluit.

JESU labántes réſpice,
Noſtris refúlge ſénſibus:
Si réſpicis nos, ſúrgimus,
Bonúſque vota ſúſcipis.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Prævenérunt óculi mei ad te dilúculò, ℟. Ut meditárer elóquia tua. *Pſ.* 118. 148.

Ad Benedíctus, *Antiphona habetur in Proprio.*

Canticum Zachariæ.

Luc. 1. 68 *ad* 79.

BEnedíctus Dóminus Deus Iſraël; * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ;

Et eréxit cornu ſalútis nobis, * in domo David púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos;

Ad faciéndam miſericór-

diam cum pátribus noſtris ,* & memorári teſtaménti ſui ſancti :

Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum,* datúrum ſe nobis ;

Ut ſine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti , * ſerviámus illi ,

In ſanctitáte & juſtítia coram ipſo , * ómnibus diébus noſtris.

Et tu puer , Prophéta Altíſſimi vocáberis ; * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus ;

Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus,* in remiſſiónem peccatórum eórum.

Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri , * in quibus viſitávit nos óriens ex alto ,

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent , * ad dirigéndos pedes noſtros in viam pacis.

Glória Patri.

Poſt Canticum dicitur Antiphona. Deinde , Dóminus vobíſcum ; ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus. *Tum Oratio propria cum integra concluſione; & poſt Orationem* , Dóminus vobíſcum ; ℟. Et cum ſpíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Si qua occurrat commemoratio , hoc loco fit per Antiphonam , Verſiculum , & Orationem; quæ ſumuntur vel ex Proprio vel ex Communi , ut ſuis locis notatur.

Poſt ultimam commemorationem repetitur , Dóminus vobíſcum ; ℟. Et cum ſpíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Poſt quamlibet Horam , ſi aliud Officium non ſequatur, dicitur ſecretò , Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde, Pater noſter, *ſecretò.*

AD PRIMAM.

Hymnus. Jam lucis , &c. *Infrà poſt Veſperas Sabbati , & ſic aliis diebus.*

In Adventu , Antiphona ex Laudibus Dominicæ in Proprio.

Poſt. Epiph. Ant. 1. a. Benedíctus es Dómine.

Pſalmus. 117.

CONfitémini Dómino quóniam bonus,* quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc Iſraël quóniam bonus , * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aáron,* quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum , * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum , * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor ; * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor; * & ego deſpíciam inimícos meos.

Bonum eſt confídere in Dó-

mino, * quàm confidere in hómine.

Bonum eſt ſperáre in Dómino, * quàm ſperáre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus ſum in eos.

Circundántes circundedérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus ſum in eos.

Circundedérunt me ſicut apes, & exarſérunt ſicut ignis in ſpinis; * & in nómine Dómini quia ultus ſum in eos.

Impúlſus evérſus ſum ut cáderem, * & Dóminus ſuſcépit me.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Vox exultatiónis & ſalútis * in tabernáculis juſtórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, ſed vivam; * & narrábo ópera Dómini.

Caſtígans caſtigávit me Dóminus, * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas juſtítiæ, ingréſſus in eas confitebor Dómino: * hæc porta Dómini, juſti intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudíſti me, * & factus es *mihi in ſalútem.*

Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, * hic factus eſt in caput ánguli.

A Dómino factum eſt iſtud, * & eſt mirábile in óculis noſtris.

Hæc eſt dies quam fecit Dóminus; * exultémus & lætémur in ea.

O Dómine ſalvum me fac, ô Dómine bene proſperáre: * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Conſtitúite diem ſolémnem in condénſis, * uſque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi; * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudíſti me, * & factus es mihi in ſalútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Glória Patri.

Pſalmus 118.

BEáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutántur teſtimónia ejus, * in toto corde exquírunt eum;

Non enim qui operántur iniquitátem * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandáſti * mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ *

ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas!

Tunc non confúndar,* cùm perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis, * in eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ.

Juſtificatiónes tuas cuſtódiam; * non me derelínquas uſquequáque.

IN quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam? * in cuſtodiéndo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquiſívi te; * ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcóndi elóquia tua, * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine, * doce me juſtificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum, * ſicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor,* & conſiderábo vias tuas.

In juſtificatiónibus tuis meditábor, * non obliviſcar ſermónes tuos. Gloria Patri.

REtríbue ſervo tuo; * vivífica me, & cuſtódiam ſermónes tuos.

Revéla óculos meos, * & conſiderábo mirabília de lege tua.

Incola ego ſum in terra;* non abſcóndas à me mandáta tua.

*Concupívit ánima mea de*ſideráre juſtificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpáſti ſuperbos; * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium & contémptum; * quia teſtimónia tua exquisívi.

Etenim ſedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur; * ſervus autem tuus exercebátur in juſtificatiónibus tuis;

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt, & consílium meum juſtificatiónes tuæ.

ADhæſit paviménto ánima mea, * vivífica me ſecúndùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudíſti me; * doce me juſtificatiónes tuas.

Viam juſtificatiónum tuárum ínſtrue me, * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio, * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * & de lege tua miſerére meî.

Viam veritátis elégi,* judícia tua non ſum oblítus.

Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine; * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cùm dilatáſti cor meum. Glória Patri.

Symbolum.

Dicitur quando ſit Officium de Dominica, & in feſtis SS. *Trinitatis.Omittitur autem* in Do-

minicis intra octavas quaſcunque occurentibus.

QUicúnque vult ſalvus eſſe, * ante ómnia opus eſt ut téneat cathólicam fidem:

Quam niſi quiſque íntegram inviolatámque ſerváverit, * abſque dúbio in ætérnum períbit.

Fides autem cathólica hæc eſt, * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in unitáte venerémur.

Neque confundéntes perſónas, * neque ſubſtántiam ſeparántes:

Alia eſt enim perſóna Patris, ália Fílii, * alia Spíritûs-ſancti.

Sed Patris, & Fílii, & Spíritûs-ſancti una eſt divínitas, * æquális glória, coætérna majéſtas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus-ſanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus-ſanctus.

Imménſus Pater, imménſus Fílius, * imménſus Spíritus-ſanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, * ætérnus Spíritus-ſanctus:

Et tamen non tres ætérni, * ſed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménſi, * ſed unus increátus, & unus imménſus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus-ſanctus:

Et tamen non tres omnipoténtes, * ſed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus-ſanctus.

Et tamen non tres Dii; * ſed unus eſt Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus-ſanctus:

Et tamen non tres Dómini; * ſed unus eſt Dóminus.

Quia ſicut ſingillátim unamquámque perſónam, Deum ac Dóminum confitéri chriſtiánâ veritáte compéllimur; * ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullo eſt factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre ſolo eſt; * non factus, nec creátus, ſed génitus.

Spíritus-ſanctus à Patre & Fílio; * non factus, nec creátus, nec génitus, ſed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Fílius, non tres Fílii; * unus Spíritus-ſanctus, non tres Spíritus-ſancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut poſtérius, nihil majus aut minus; * ſed totæ tres perſónæ coætérnæ ſibi ſunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, ſicut jam ſuprà dictum eſt, * & únitas in Trinitáte, & Trínitas in unitáte veneránda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, * ita de Trinitáte ſéntiat.

Sed neceſsárium eſt ad ætérnam ſalútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini noſtri Jeſu Chriſti fidéliter credat.

E

Eſt ergo fides recta, ut credámus & confiteámur, * quia Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Dei fílius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtántia Patris ante ſécula génitus; * & homo eſt ex ſubſtántia matris in ſéculo natus.

Perféctus Deus, perféctus homo; * ex ánima rationáli & humána carne ſubsíſtens.

Æquális Patri ſecúndùm divinitátem; * minor Patre ſecúndùm humanitátem.

Qui licèt Deus ſit & homo; * non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

Unus autem non converſióne divinitátis in carnem; * ſed aſſumptióne humanitátis in Deum.

Unus omníno non confuſióne ſubſtantiæ, * ſed unitáte perſónæ.

Nam ſicut ánima rationális & caro unus eſt homo, * ita Deus & homo unus eſt Chriſtus:

Qui paſſus eſt pro ſalúte noſtra, deſcéndit ad ínferos, * tértiâ die reſurréxit à mórtuis;

Aſcéndit ad cœlos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis, * inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos:

Ad cujus advéntum omnes hómines reſúrgere habent cum corpóribus ſuis, * & reddituri ſunt de factis própriis ratiónem;

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam; * qui verò mala, in ignem ætérnum.

Hæc eſt fides cathólica, * quam niſi quiſque fidéliter firmitérque credíderit, ſalvus eſſe non póterit. Glória Patri.

Poſt Epiph. Ant. Benedíctus es Dómine, doce me juſtificatiónes tuas. *Pſ.* 118. 12.

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 17.

Regi ſeculórum, &c. *Ut infrà poſt Veſperas Sabbati.*

AD TERTIAM.

Hymnus. Nunc ſancte, &c. *Ut infrà poſt Veſperas Sabbati; & ſic aliis diebus.*

In Adventu, Antiphona ex Laudibus Dominicæ in Proprio.

Poſt Epiph. Ant. 2. D. Véniant mihi.

Ex Pſalmo 118.

Legem pone mihi Dómine viam juſtificatiónum tuárum, * & exquíram eam ſemper.

Da mihi intelléctum, & ſcrutábor legem tuam, * & cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum, * quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua, * & non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem; * in via tua vivífica me.

Státue ſervo tuo elóquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum

quod ſuſpicátus ſum ; * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua ; * in æquitáte tua vivífica me.

ET véniat ſuper me miſericórdia tua Dómine, * ſalutáre tuum ſecúndùm elóquium tuum.

Et reſpondébo exprobrántibus mihi verbum ;* quia ſperávi in ſermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis uſquequáque ; * quia in judíciis tuis ſuperſperávi.

Et cuſtódiam legem tuam ſemper, * in ſéculum & in ſéculum ſéculi.

Et ambulábam in latitúdine ; * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de teſtimóniis tuis in conſpéctu regum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ diléxi, * & exercébar in juſtificatiónibus tuis.

Glória Patri.

MEmor eſto verbi tui ſervo tuo, * in quo mihi ſpem dedíſti.

Hæc me conſoláta eſt in humilitáte mea ; * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant uſquequáque, * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à ſéculo Dómine ; * & conſolátus ſum.

Defécțio ténuit me * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine, * & cuſtodívi legem tuam.

Hæc facta eſt mihi ; * quia juſtificatiónes tuas exquisívi.

POrtio mea Dómine, * dixi cuſtodíre legem tuam.

Deprecátus ſum fáciem tuam in toto corde meo, * miſerére meî ſecúndùm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas, * & convérti pedes meos in teſtimónia tua.

Parátus ſum, & non ſum turbátus ; * ut cuſtódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi ſunt me ; * & legem tuam non ſum oblítus.

Médiâ nocte ſurgébam ad confiténdum tibi * ſuper judícia juſtificatiónis tuæ.

Párticeps ego ſum ómnium timéntium te, * & cuſtodiéntium mandáta tua.

Miſericórdiâ tuâ Dómine plena eſt terra ; * juſtificatiónes tuas doce me. Glória Patri.

BOnitátem fecíſti cum ſervo tuo Dómine, * ſecúndùm verbum tuum.

Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me ; * quia mandátis tuis crédidi.

n humiliárer, ego
roptérea elóquium
dívi.
tu, * & in boni-
:e me juſtificatió-

áta eſt ſuper me
verbórum; * ego
o corde meo ſcru-
ita tua.
um eſt ſicut lac cor
verò legem tuam
am.
uihi quia humiliáſti
cam juſtificatiónes

uihi lex oris tui, *
auri & argénti.
uæ fecérunt me,
uavérunt me; * da
ctum, & diſcam
a.
ut te, vidébunt me,
ur; * quia in verba
rávi.
Dómine quia æqui-
ia, * & in veritáte
ſti me.
icórdia tua ut con-
, * ſecúndùm eló-
n ſervo tuo.
mihi miſeratiónes
am; * quia lex tua
nea eſt.
ántur ſupérbi, quia
uitátem fecérunt in
autem exercébor
tuis.
ntur mihi timén-
qui novérunt teſti-

vam immaculátum

in juſtificatiónibus tuis, * ut non confúndar. Glória Patri.

Poſt Epiph. Ant. Véniant mihi miſeratiónes tuæ, & vivam. *v.* 77.

Capitulum. 1. *Joan.* 4. 16.

DEus cáritas eſt: & qui manet in caritáte, in Deó manet, & Deus in eo.

℟. *breve.* Da mihi intelléctum, Dómine, * Et ſcrutábor legem tuam, ℟. Da mihi. ℣. Et cuſtódiam illam in totó corde meo. * Et ſcrutábor. Glória. ℟. Da mihi. *Pſ.* 118. 34.

℣. Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum, ℟. Quia ipſam vólui. *Pſ.* 118. 35.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

Hymnus. Rector potens, &c. *Ut infrà poſt Veſperas Sabbati, & ſic aliis diebus.*

In Adventu, Antiphona ex Laudibus Dominica in Proprio.

Poſt Epiph. Ant. 7. d. Jurávi, & ſtátui.

Ex Pſalmo 118.

DEfécit in ſalutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes: quando conſoláberis me?

Quia factus ſum ſicut uter in pruína; * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Quot ſunt dies ſervi tui? * quando fácies de perſequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * ſed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas : * iníquè perſecúti ſunt me, ádjuva me.

Paulò minùs conſummavérunt me in terra; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndùm miſericórdiam tuam vivífica me, * & cuſtódiam teſtimónia oris tui.

IN ætérnum Dómine * verbum tuum pérmanet in cœlo;

In generatiónem & generatiónem véritas tua : * fundáſti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ perſevérat dies ; * quóniam ómnia ſérviunt tibi.

Niſi quòd lex tua meditátio mea eſt, * tunc fortè periíſſem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíſcar juſtificatiónes tuas ; * quia in ipſis vivificáſti me.

Tuus ſum ego, * ſalvum me fac, quóniam juſtificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me ; * teſtimónia tua intelléxi.

Omnis conſummatiónis vidi finem ; * latum mandátum tuum nimis. Glória Patri.

QUómodo diléxi legem tuam Dómine ! * totâ die meditátio mea eſt.

Super inimícos meos prudéntem me feciſti mandáto tuo, * quia in ætérnum mihi eſt.

Super omnes docéntes me intelléxi ; * quia teſtimónia *tua meditátio* mea eſt.

Super ſenes intelléxi ; * qu mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohib pedes meos, * ut cuſtódia verba tua.

A judíciis tuis non dec návi ; * quia tu legem poſu mihi.

Quàm dúlcia faúcibus m elóquia tua ! * ſuper mel meo.

A mandátis tuis intelléxi proptérea odívi omnem vi iniquitátis.

LUcérna pédibus meis v bum tuum, * & lumen mitis meis.

Jurávi, & ſtátui * cuſtod judícia juſtítiæ tuæ.

Humiliátus ſum uſqueq que Dómine ; * vivífica ſecúndùm verbum tuum.

Voluntária oris mei be plácita fac Dómine ; * & dícia tua doce me.

Anima mea in mánibus m ſemper, * & legem tuam n ſum oblítus.

Poſuérunt peccatóres queum mihi, * & de man tis tuis non errávi.

Hereditáte acquisívi te mónia tua in ætérnum ; * q exultátio cordis mei ſunt.

Inclinávi cor meum ad ciéndas juſtificatiónes tuas ætérnum, * propter retri tiónem.

Glória Patri.

INíquos ódio hábui, * & gem tuam diléxi.

Adjútor & ſuſcéptor m

& in verbum tuum
:rávi.
ináte à me malígni,*
tábor mandáta Dei

e me ſecúndùm eló-
tuum, & vivam; * &
ıfúndas me ab expectá-
nea.
va me, & ſalvus ero; *
tábor in juſtificatióni-
ſemper.
íſti omnes diſcedéntes
is tuis; * quia injúſta
o eórum.
aricántes reputávi om-
catóres terræ; * ídeo
eſtimónia tua.
fige timóre tuo carnes
* à judíciis enim tuis

ıdícium & juſtítiam; *
:radas me calumniánti-
.
pe ſervum tuum in bo-
* non calumniéntur me
.
li mei defecérunt in ſa-
uum,* & in elóquium
tuæ.
um ſervo tuo ſecúndùm
órdiam tuam; * & juſti-
ıes tuas doce me.
us tuus ſum ego; * da
ıtelléctum, ut ſciam te-
ia tua.
npus faciéndi Dómi-
· diſſipavérunt legem

› diléxi mandáta tua, *
urum & topázion.
œtérea ad ómnia man-

dáta tua dirigébar; * omnem viam iníquam ódio hábui.

Glória Patri.

Poſt Epiph. Ant. Jurávi, & ſtátui cuſtodíre judícia juſtítiæ tuæ. *Pſ.* 118. 106.

Capitulum. 1. *Theſſ.* 5. 21. 22.

OMnia probáte: quod bonum eſt tenéte: ab omni ſpécie mala abſtinéte vos.

℟. *breve.* Fac cum ſervo tuo. * Secúndùm miſericórdiam tuam; ℟. Fac. ℣. Et juſtificatiónes tuas doce me. * Secúndùm miſericórdiam tuam. Glória. ℟. Fac. *Pſal.* 118. 124.

℣. Servus tuus ſum ego; da mihi intelléctum, ℟. Ut ſciam teſtimónia tua. *Pſ.* 118. 125.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

Hymnus. Rerum Deus, &c. *Ut infrà poſt Veſperas Sabbati, & ſic aliis diebus.*

In Adventu, Antiphona ex Laudibus Dominicæ in Proprio.

Poſt Epiph. Ant. 8. c. Aſpice in me.

Ex Pſalmo 118.

MIrabília teſtimónia tua; * ídeo ſcrutáta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat; * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi ſpíritum; * quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére meî * ſecúndùm judícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuum ;* & non dominétur meî omnis injuſtítia.

Rédime me à calúmniis hóminum , * ut cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum , * & doce me juſtificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei ; * quia non cuſtodiérunt legem tuam.

JUſtus es Dómine , * & rectum judícium tuum.

Mandáſti juſtítiam teſtimónia tua , * & veritátem tuam nimis.

Tabéſcere me fecit zelus meus ; * quia oblíti ſunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter , * & ſervus tuus diléxit illud.

Adoleſcéntulus ſum ego & contémptus ; * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Juſtítia tua , juſtítia in ætérnum ; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angúſtia invenérunt me ;* mandáta tua meditátio mea eſt.

Æquitas teſtimónia tua in ætérnum ; * intelléctum da mihi , & vivam. Glória Patri.

CLamávi in toto corde meo, exaúdi me Dómine ; * juſtificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te , ſalvum me fac , * ut cuſtódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte , & clamávi ; * quia in verba ſuperſperávi.

Prævenérunt óculi me[i] te dilúculò , * ut medi[tarer] elóquia tua.

Vocem meam audi ſe[cún]dùm miſericórdiam tuam [Dó]mine , * & ſecúndùm judíc[ium] tuum vivífica me.

Appropinquavérunt p[erſe]quéntes me iniquitáti ; * à [lege] autem tua longè facti ſun[t].

Propè es tu Dómine , [* &] omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de teſti[mó]niis tuis ; * quia in ætér[num] fundáſti ea.

VIde humilitátem mea[m , &] éripe me ; * quia le[gem] tuam non ſum oblítus.

Júdica judícium meu[m , &] rédime me ; * propter [eló]quium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribu[s ſa]lus ; * quia juſtificatiónes [tuas] non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ mult[æ Dó]mine ; * ſecúndùm judíc[ium] tuum vivífica me.

Multi qui perſequúntur [me] & tríbulant me ; * à teſti[mó]niis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes , & [ta]beſcébam ; * quia elóquia [tua] non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta [tua] diléxi Dómine ; * in mi[ſeri]córdia tua vivífica me.

Princípium verbórum t[uo]rum véritas :* in ætérnum [om]nia judícia juſtítiæ tuæ.

Glória Patri.

PRíncipes perſecúti ſunt me gratìs; * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego ſupér elóquia tua, * ſicut qui ínvenit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum; * legem autem tuam diléxi.

Séptiès in die laudem dixi tibi, * ſuper judícia juſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam, * & non eſt illis ſcándalum.

Expectábam ſalutáre tuum Dómine; * & mandáta tua diléxi.

Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua, * & diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua & teſtimónia tua; * quia omnes viæ meæ in conſpéctu tuo.

APpropínquet deprecátio mea in conſpéctu tuo Dómine: * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret poſtulátio mea in conſpéctu tuo; * ſecúndùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me juſtificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum; * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut ſalvet me; * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi ſalutáre tuum Dómine; * *& lex tua meditátio mea eſt.*

Vivet ánima mea, & laudábit te; * & judícia tua adjuvábunt me,

Errávi ſicut ovis quæ périit, * quære ſervum tuum, quia mandáta tua non ſum oblítus. Glória Patri.

Poſt Epiph. Ant. Aſpice in me, & miſerére meî. *Pſ.* 118. 132.

Capitulum. 1. *Cor.* 6. 20.

EMpti eſtis prétio magno: glorificáte, & portáte Deum in córpore veſtro.

℟. *breve.* Clamávi in toto corde meo: * Exaúdi me Dómine.; ℟. Clamávi. ℣. Juſtificatiónes tuas requíram. * Exaúdi me Dómine. Glória. ℟. Clamávi. *Pſ.* 118. 145.

℣. Clamávi ad te: ſalvum me fac, ℟. Ut cuſtódiam mandáta tua. *Pſ.* 118. 146.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

In Adventu, Antiphona Propria.

Poſt Epiph. Ant. 7. d. Dixit Dóminus.

Pſalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo; * Sede à dextris meis,

Donec ponam inimícos tuos * ſcabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ, in ſplendóribus ſanctórum: * ex útero ante luciferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum; * Tu es Sacérdos in ætérnum ſecúndùm órdinem Melchíſedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquaſsábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet, * proptérea exaltábit caput.

Ant. Dixit Dóminus Dómino meo; Sede à dextris meis. *v.* 1.

Ant. 4. a. Fidélia.

Pſalmus 110.

CONfitébor tibi Dómine in toto corde meo, * in consílio juſtórum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini, * exquiſíta in omnes voluntátes ejus.

Conféſſio & magnificéntia opus ejus; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum miſéricors & miſerátor Dóminus : * eſcam dedit timéntibus ſe.

Memor erit in ſéculum teſtaménti ſui: * virtútem óperum ſuórum annuntiábit pópulo ſuo,

Ut det illis hereditátem géntium : * ópera mánuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem miſit pópulo ſuo, * mandávit in ætérnum teſtaméntum ſuum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium ſapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in ſéculum ſéculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi. *v.* 7.

Ant. 4. E. Qui timet Dóminum.

Pſalmus 111.

BEátus vir qui timet Dóminum, * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Exórtum eſt in ténebris lumen rectis, * miſéricors, & miserátor, & juſtus.

Jucúndus homo qui miſerétur, & cómmodat; diſpónet ſermónes ſuos in judício; * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit juſtus, * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus ſperáre in Dómino, * confirmátum eſt cor ejus, non commovébitur donec deſpíciat inimícos ſuos.

Diſpérſit, dedit paupéribus; * juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi, cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & iraſcé-tur; déntibus ſuis fremet, & tabéſcet: * deſidérium peccatórum períbit.

Ant. Qui timet Dóminum, in mandátis ejus volet nimis. *v.* 1.

Ant. 7. c. Sit nomen Dómini.

Pſalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum,* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum * laudábile nomen Dómini.

Excélſus ſuper omnes gentes Dóminus,* & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter,* qui in altis hábitat, & humília réſpicit in cœlo, & in terra?

Súſcitans à terra ínopem,* & de ſtércore érigens paúperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui;

Qui habitáre facit ſtérilem in domo,* matrem filiórum lætántem.

Ant. Sit nomen Dómini benedíctum ex hoc nunc & uſque in ſéculum. *v.* 2.

Ant. 1. D. * Nos qui vívimus.

Pſalmus 113.

IN éxitu Iſraël de Ægypto,* domus *Jacob de pópulo bárbaro,*

Facta eſt Judæa ſanctificátio ejus,* Iſraël potéſtas ejus.

Mare vidit, & fugit; * Jordánis convérſus eſt retrórsùm.

Montes exultavérunt ut aríetes,* & colles ſicut agni óvium.

Quid eſt tibi mare, quod fugíſti? * & tu Jordánis, quia convérſus es retrórsùm?

Montes exultáſtis ſicut aríetes? * & colles ſicut agni óvium?

A fácie Dómini mota eſt terra,* à fácie Dei Jacob,

Qui convértit petram in ſtagna aquárum,* & rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis,* ſed nómini tuo da glóriam,

Super miſericórdia tua, & veritáte tua;* nequándo dicant gentes: Ubi eſt Deus eórum?

Deus autem noſter in cœlo; * ómnia quæcúnque vóluit, fecit.

Simulácra géntium, argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquéntur;* óculos habent, & non vidébunt;

Aures habent, & non aúdient;* nares habent, & non odorábunt;

Manus habent, & non palpábunt; * pedes habent, & non ambulábunt; non clamábunt in gútture ſuo.

Símiles illis fiant qui fáciunt

ea ; * & omnes qui confidunt in eis.

Domus Iſraël ſperávit in Dómino, * adjútor eórum & protéctor eórum eſt.

Domus Aáron ſperávit in Dómino, adjútor eórum & protéctor eórum eſt.

Qui timent Dóminum ſperavérunt in Dómino, * adjútor eórum & protéctor eórum eſt.

Dóminus memor fuit noſtrî, * & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Iſraël, * benedíxit dómui Aáron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus ſuper vos, * ſuper vos, & ſuper fílios veſtros.

Benedícti vos à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino, * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine, * neque omnes qui deſcéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino. *v.* 27.

Sequens Capitulum, Hymnus, & ℣. dicuntur, quando propria non aſſignantur.

Capitulum. 2. *Cor.* 1. 3. 4.

Benedíctus Deus, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, *Pater miſericordiárum*, *& Deus totíus* conſolatiónis, qui conſolátur nos in omni tribulatióne noſtra.

Hymnus.

Lucis Creátor óptime,
Mentes ſubi, ſenſus rege;
Nobis tuæ ſol grátiæ
Lucére nunquam déſinat.

En nox diúrno sídeti
Succédit; ætérnus dies,
Calígo nulla quem tegit,
Erróris umbras díſcute.

Abſterge quidquid nóxium
Letháles afflávit lues:
Inténta cœlo mens nihil
Te præter unum cógitet.

Dum ſorte mortáles gravi
Inter cadúca vólvimur,
Sanctus ſupérnam júgiter
Suſpíret ardor pátriam.

In te ſalútis anchoram
Spes fundet; ut poſt férvidos
Vitæ tumúltus, in tuo
Detur ſinu quiéſcere.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus.
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Dirigátur orátio mea ſicut incénſum in conſpéctu tuo:
℟. Elevátio mánuum meárum, ſacrifícium veſpertínum. *Pſ.* 140. 2.

Ad Magníficat, *Antiphona ut in Proprio.*

Canticum B. Mariæ Virginis.
Luc. 1. 46. *ad* 55.

Magníficat * ánima mea Dóminum;

Et exultávit ſpíritus meus * in Deo ſalutári meo;

Quia reſpéxit humilitátem ancíllæ ſuæ; * ecce enim ex

›eátam me dicent omnes
rationes;
ıia fecit mihi magna qui
ıs eſt, * & ſanctum no-
ejus:
miſericórdia ejus à pro-
in progénies * timénti-
um.
:it poténtiam in bráchio
· diſpérſit ſupérbos mente
s ſui.
póſuit poténtes de ſede; *
ıltávit húmiles.
ıriéntes implévit bonis; *
rites dimíſit inánes.
uſcépit Iſraël púerum
, * recordátus miſericór-
ıæ,
:ut locútus eſt ad patres
os, * Abraham, & sémini
, in sécula.
inde dicitur Antiphona
ratio conveniens.
tea, ſi occurrat aliqua
nemoratio de Sancto, fit
o; & ſic in ſequentibus
.

RIA SECUNDA.

ꝊFFICIUM NOCTURNUM.

itatorium. Veníte, * Exul-
s Dómino. *Pſ.* 94. 1.
ntinuatur Pſalmus, Jubi-
s Deo, &c. *ut ſuprà*, 2.

Hymnus.

J Chriſte ſopítos vocas;
ſpreto cubíli ſúrgimus:
s decet nos cánticis
is quiétem rúmpere.
lingua primùm cóncinat,
ıentis ardor ámbiat,
ígiter nox prædicet,
t dies te júgiter.

Totos tibi nos víndica,
Tibíque ſic fac vívere,
Ut áctuum ſis ómnium
Et finis & primórdium.
Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

In Feriis & aliis Officiis trium Lectionum, novem Pſalmi poſiti ad ſingulas Ferias dicuntur pro unico Nocturno.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 1. *a.* Réſpice.

Pſalmus 10.

IN Dómino confído: * quómodo dícitis ánimæ meæ, Tranſmígra in montem ſicut paſſer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt ſagíttas ſuas in pháretra, * ut ſagíttent in obſcúro rectos corde.

Quóniam quæ perfeciſti, deſtruxérunt: * juſtus autem quid fecit?

Dóminus in templo ſancto ſuo, * Dóminus in cœlo ſedes ejus:

Oculi ejus in paúperem reſpíciunt; * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat juſtum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos: * ignis, & ſulfur, & ſpíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam juſtus Dóminus,

& juſtítias diléxit :* æquitátem vidit vultus ejus.

Pſalmus 11.

SAlvum me fac Dómine, quóniam defécit ſanctus ;* quóniam diminútæ ſunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti ſunt unuſquiſque ad próximum ſuum ;* lábia dolóſa, in corde & corde locúti ſunt.

Diſpérdat Dóminus univérſa lábia dolóſa,* & linguam magníloquam,

Qui dixérunt : Linguam noſtram magnificábimus, lábia noſtra à nobis ſunt :* quis noſter Dóminus eſt?

Propter miſériam ínopum & gémitum paúperum,* nunc exúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári ;* fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia caſta ;* argéntum igne examinátum, probátum terræ, purgátum ſéptuplùm.

Tu Dómine ſervábis nos :* & cuſtódies nos à generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant :* ſecúndùm altitúdinem tuam multiplicáſti fílios hóminum.

Pſalmus 12.

USquequo Dómine oblivíſcéris me in finem?* úſquequo avértis fáciem tuam à me?

Quándiu ponam consília in ánima mea,* dolórem in corde meo per diem?

*Uſquequo exaltábitur inimícus meus ſuper me?** réſpice, & exaúdi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos ne unquam obdórmiam in morte :* nequándo dicat inimícus meus : præválui advérsùs eum.

Qui tribulant me, exultábunt ſi motus fúero ;* ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo,* cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Réſpice, & exaúdi me Dómine Deus meus. *Pſ.* 12.3.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Conſérva me.

Pſalmus 13.

DIxit insípiens in corde ſuo :* Non eſt Deus.

Corrúpti ſunt, & abominábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis :* non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Dóminus de cœlo proſpéxit ſuper fílios hóminum,* ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt :* non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Sepúlcrum patens eſt guttur eórum ; linguis ſuis dolósè agébant ;* venénum áſpidum ſub lábiis eórum,

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum eſt :* velóces pedes eórum ad effundéndum ſánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eorum, & viam pacis non cognovérunt: * non eſt timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóſcent omnes qui operántur iniquitátem,* qui dévorant plebem meam ſicut eſcam panis?

Dóminum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne juſta eſt: * consílium ínopis confudíſtis, quóniam Dóminus ſpes ejus eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraël? * cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſraël.

Pſalmus 14.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingréditur ſine mácula, * & operátur juſtítiam:

Qui lóquitur veritátem in corde ſuo; * qui non egit dolum in lingua ſua:

Nec fecit próximo ſuo malum, * & oppróbrium non accépit advérsùs próximos ſuos.

Ad níhilum dedúctus eſt in conſpéctu ejus malígnus; * timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo ſuo, & non décipit; * qui pecúniam ſuam non dedit ad uſúram, & múnera ſuper innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Pſalmus 15.

COnſérva me Dómine; quóniam ſperávi in te: * dixi Dómino, Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum; * póſtea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus; * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditátis meæ, & cálicis mei: * tu es qui reſtítues hereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris; * étenim heréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum; * ínſuper & uſque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conſpéctu meo ſemper; * quóniam à dextris eſt mihi ne commóvear.

Propter hoc lætátum eſt cor meum, & exultávit lingua mea: * ínſuper & caro mea requiéſcet in ſpe:

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno; * nec dabis ſanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecíſti vias vitæ,

adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo : * delectatiónes in dextera tua uſque in finem.

Ant. Conſérva me Dómine, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 15. 1.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Pérfice greſſus meos.

Pſalmus 16.

EXaúdi Dómine juſtítiam meam : * inténde deprecatiónem meam.

Aúribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolóſis.

De vultu tuo judícium meum pródeat : * óculi tui vídeant æquitátes.

Probáſti cor meum, & viſitáſti nocte : * igne me examináſti, & non eſt invénta in me iníquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum : * propter verba labiórum tuórum ego cuſtodívi vias duras.

Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, * ut non moveántur veſtígia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudíſti me Deus : * inclína aurem tuam mihi, & exaúdi verba mea.

Mirífica miſericórdias tuas, * qui ſalvos facis ſperántes in te.

A reſiſténtibus déxteræ tuæ cuſtódi me, * ut pupíllam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me, * à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, ádipem ſuum concluſérunt : * os eórum locútum eſt ſupérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me : * óculos ſuos ſtatuérunt declináre in terram.

Suſcepérunt me ſicut leo parátus ad prædam, * & ſicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exúrge Dómine, præveni eum, & ſupplánta eum : * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manûs tuæ.

Dómine à paucis de terra dívide eos in vita eórum : * de abſcónditis tuis adimplétus eſt venter eórum.

Saturáti ſunt fíliis : * & dimiſérunt relíquias ſuas párvulis ſuis.

Ego autem in juſtítia apparébo conſpéctui tuo : * ſatiábor cùm apparúerit glória tua.

Pſalmus 17.

DIligam te Dómine fortitúdo mea : * Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus adjútor meus, * & ſperábo in eum.

Protéctor meus, & cornu ſalútis meæ, * & ſuſcéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum ; * & ab inimícis meis ſalvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circundedérunt me: * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi:

Et exaudívit de templo ſancto ſuo vocem meam; * & clamor meus in conſpéctu ejus introívit in aures ejus.

Commóta eſt & contrémuit terra: fundaménta móntium conturbáta ſunt, & commóta ſunt; * quóniam irátus eſt eis.

Aſcéndit fumus in ira ejus, & ignis à fácie ejus exárſit: * carbónes ſuccénſi ſunt ab eo.

Inclinávit cœlos, & deſcéndit: * & calígo ſub pédibus ejus.

Et aſcéndit ſuper Chérubim, & volávit: * volávit ſuper pennas ventórum.

Et póſuit tenebras latíbulum ſuum, in circúitu ejus tabernáculum ejus: * tenebróſa aqua in núbibus áëris.

Præ fulgóre in conſpéctu ejus nubes tranſiérunt, * grando, & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, & Altíſſimus dedit vocem ſuam: * grando, & carbónes ignis.

Et miſit ſagíttas ſuas, & diſſipávit eos; * fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * & reveláta ſunt fundaménta orbis terrárum,

Ab increpatióne tua Dómine, * ab inſpiratióne ſpíritûs iræ tuæ.

Miſit de ſummo, & accépit me; * & aſſúmpſit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíſſimis, & ab his qui odérunt me; * quóniam confortáti ſunt ſuper me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * & factus eſt Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem: * ſalvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retribuet mihi Dóminus ſecúndùm juſtítiam meam, * & ſecúndùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi:

Quia cuſtodívi vias Dómini, * nec ímpiè geſſi à Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conſpéctu meo, * & juſtítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecúndùm juſtítiam meam, * & ſecúndùm puritátem mánuum meárum in conſpéctu oculórum ejus.

Cum ſancto ſanctus eris, * & cum viro innocénte innocens eris.

Et cum elécto eléctus eris, * & cum pervérſo pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem ſalvum fácies, * & óculos ſuperbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucer-

nam meam Dómine : * Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne,* & in Deo meo tranſgrédiar murum.

Diviſio Pſalmi 17.

DEus meus, impollúta via ejus : elóquia Dómini igne examináta :* protéctor eſt ómnium ſperántium in ſe.

Quóniam quis Deus præter Dóminum ? * aut quis Deus præter Deum noſtrum ?

Deus qui præcínxit me virtúte,* & póſuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tanquam cervórum ; * & ſuper excélſa ſtátuens me :

Qui docet manus meas ad prælium : * & poſuíſti ut arcum æreum bráchia mea ;

Et dedíſti mihi protectiónem ſalútis tuæ, * & déxtera tua ſuſcépit me ;

Et diſciplína tua corréxit me in finem ;* & diſciplína tua ipſa me docébit.

Dilatáſti greſſus meos ſubtus me,* & non ſunt infirmáta veſtígia mea.

Pérſequar inimícos meos, & comprehéndam illos ; * & non convértar donec defíciant.

Confríngam illos, nec póterunt ſtare ; * cadent ſubtus pedes meos.

Et præcinxíſti me virtúte ad bellum, * & ſupplantáſti inſurgéntes in me ſubtus me.

Et inimícos meos dedíſti mihi dorſum,* & odiéntes me diſperdidíſti.

Clamavérunt, nec erat qui ſalvos faceret : * ad Dóminum ; nec exaudívit eos.

Et comminuam eos ut púlverem ante faciem venti ; * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli ; * conſtítues me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi, ſervívit mihi ; * in audítu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti ſunt mihi ; * fílii aliéni inveteráti ſunt, & claudicavérunt à ſémitis ſuis.

Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus ; * & exaltétur Deus ſalútis meæ.

Deus qui das vindíctas mihi, & ſubdis pópulos ſub me :* liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab inſurgéntibus in me exaltábis me ; * à viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus Dómine ; * & nómini tuo pſalmum dicam.

Magníficans ſalútes Regis ejus, & fáciens miſericórdiam chriſto ſuo David,* & ſémini ejus uſque in ſéculum.

Ant. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, ut non moveántur veſtígia mea. *Pſ.* 16. 6.

In Adventu, ℣. *&* ℟. *habentur in proprio poſt Dominicam primam Adventus ; & ſic in Feriis ſequentibus.*

Poſt

ph. ℣. Illúmina ócu-
, ℟. Ne unquam ob-
n morte. *Pſ.* 12. 4.
ſecretò. ℣. Et ne nos.
tiones, ut ordinantur
rium, & ſic per to-
madam.
s cùm ℟℟℟. *ut in*
Tempore.
citur Te Deum *in*

L A U D E S
T U T I N A S.

entu, ℣. *Sacerdotalis*
Proprio.
ph. ℣. *Sacerdotalis*,
Dómino qui bona
hi, ℟. Et pſallam
ómini altíſſimi. *Pſ.*

c. Cœli enárrant.
Pſalmus 18.
eli enárrant glóriam
ei, * & ópera ma-
um ejus annúntiat
tum.
ei erúctat verbum, *
cti índicat ſciéntiam.
nt loquélæ, neque
, * quorum non au-
oces eórum.
em terram exívit ſo-
n, * & in fines orbis
ba eórum.
: poſuit tabernácu-
n; * & ipſe tanquam
rocédens de thálamo

rit ut gigas ad cur-
iam: * à ſummo cœ-
o ejus,
úrſus ejus uſque ad
emalis.

ſummum ejus; * nec eſt qui ſe abſcóndat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetípſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multùm; * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea; * in cuſtodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? * ab occúltis meis munda me, & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei; * & meditátio cordis mei in conſpéctu tuo ſemper.

Dómine adjútor meus, * & redémptor meus.

Ant. Cœli enárrant glóriam Dei, & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. *v.* 1.

Ant. 8. G. In nómine.

Pſalmus 19.

EXaúdiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de ſancto, * & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrificii tui, * & holocaúſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecúndùm cor tuum, * & omne consílium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo,* & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exaúdiet illum de cœlo ſancto ſuo: * in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis: * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt, & cecidérunt: * nos autem ſurréximus, & erécti ſumus.

Dómine ſalvum fac regem;* & exaúdi nos in die quâ invocavérimus te.

Ant. In nómine Dei noſtri magnificábimur. *v.* 5.

Ant. 7. a. Exaltáre Dómine.

Pſalmus 20.

DOmine in virtúte tua lætábitur rex; * & ſuper ſalutáre tuum exultábit veheménter.

Deſidérium cordis ejus tribuíſti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudáſti eum.

Quóniam prævenísti eum in *benedictiónibus* dulcédinis: * poſuíſti in cápite ejus corónam de lápide pretióſo.

Vitam pétiit à te, & tribuíſti ei; * longitúdinem diérum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magna eſt glória ejus in ſalutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in ſéculum ſéculi: * lætificábis eum in gaúdio cum vultu tuo:

Quóniam rex ſperat in Dómino, * & in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultûs tui: * Dóminus in ira ſua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * & ſemen eórum à fíliis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala; * cogitavérunt consília quæ non potuérunt ſtabilíre.

Quóniam pones eos dorſum; * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: * cantábimus & pſallémus virtútes tuas.

Ant. Exaltáre Dómine in virtúte tua: cantábimus & pſallémus virtútes tuas. *v.* 1.

Ant. 1. a. Confitemini.

Iſaia. c. 12. 1. *ad fin.*
:ébor tibi Dómine,
iiam irátus es mihi; *
; eſt furor tuus, &
s es me.
Deus ſálvátor meus; *
r agam, & non ti-

ortitúdo mea, & laus
ninus, * & factus eſt
álútem.
:tis aquas in gaúdio
bus ſalvatóris; * &
ı illa die: Confité-
mino, & invocáte
jus:
ácite in pópulis ad-
ies ejus: * memen-
niam excélſum eſt
jus.
e Dómino, quóniam
fecit; * annuntiáte
ivérſa terra.
, & lauda habitátio
juia magnus in mé-
nctus Iſraël.
Confitémini Dómino,
te nomen ejus. *v.* 4.
is, locò ſuperioris Can-
tur ſequens
Canticum.
. 39. 19. *ad* 25.
udáte cánticum, &
dícite Dóminum *
us ſuis.
ómini ejus magnifi-
& confitémini illi * in
órum veſtrórum, & in
labiórum, & cítharis,
dicétis in confeſſió-
era Dómini univérſa
da.

In verbo ejus ſtetit aqua ſi-
cut congéries: * & in ſermó-
ne oris illíus ſicut exceptória
aquárum:

Quóniam in præcépto ipſius
placor fit, * & non eſt mino-
rátio in ſalúte ipſius.

Opera omnis carnis coram
illo, * & non eſt quidquam
abſcónditum ab óculis ejus.

A ſǽculo uſque in ſǽculum
réſpiçit, * & nihil eſt mirábile
in conſpéctu ejus.]

Ant. 1. à. Senes.

Pſalmus Laudum 148.

Laudáte Dóminum de cœ-
lis; * laudáte eum in ex-
célſis:

Laudáte eum omnes Angeli
ejus; * laudáte eum omnes
virtútes ejus:

Laudáte eum ſol & luna; *
laudáte eum omnes ſtellæ &
lumen:

Laudáte eum cœli cœló-
rum; * & aquæ omnes quæ
ſuper cœlos ſunt, laudent no-
men Dómini,

Quia ipſe dixit, & facta
ſunt; * ipſe mandávit, & creá-
ta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in
ſǽculum ſǽculi: * præcéptum
póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de ter-
ra, * dracónes & omnes
abyſſi;

Ignis, grando, nix, glá-
cies, ſpíritus procellárum, *
quæ fáciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles, *
ligna fructífera, & omnes cedri;

Béſtiæ & univérſa pécora,* ſerpéntes & vólucres pennátæ.

Reges terræ & omnes pópuli,* príncipes & omnes júdices terræ,

Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus laudent nomen Dómini; * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Confésſio ejus ſuper cœlum & terram; * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus, * fíliis Iſraël, pópulo appropinquánti ſibi.

Ant. Senes cum junióribus laudent nomen Dómini. *v.* 12.

In Adventu, Capitulum, Hymnus, ℣. *& Antiphona ad* Benedíctus, *habentur in Proprio; & ſic in ſequentibus Feriis.*

Capitulum. *Rom.* 13. 12. 13.

NOx præcésſit, dies autem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis; ſicut in die honéſtè ambulémus.

Hymnus.

SPLENDOR patérnæ glóriæ,
Lux lucis, & fons lúminis,
Sol verùs affúlge; tui
Emítte lumen Spíritûs.

AFFLANTE cujus númine,
Oblíta prorſus ſéculum
Mens, & ſuî jam nil memor,
Suſpíret ætérnas domos.

VOTIS vocémus & Patrem,
Qui nos trahens ad Fílium,
Quod velle dat pius bonum,
Hoc & potens det éxequi.

INSIDAT altis méntibus
Intamináta cáſtitas:
Expers doli, plenum fide
Cor caritáte férveat.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Ad te orábo Dómine;
℟. Manè exaúdies vocem meam. *Pſ.* 5. 3.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. *F.* Benedíctus Dóminus Deus Iſraël. *Luc.* 1. 68.

Preces, quando dicuntur, & Suffragia, habentur infrà poſt Veſperas Sabbati.

In Adventu, ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam, omnia ut ordinantur in Proprio poſt Dominicam primam Adventûs; & ſic in Feriis ſequentibus.

AD PRIMAM.

Poſt Epiph. Ant. 4. E. Dómine.

Pſalmus 21.

DEus Deus meus, réſpice in me, quare me dereliquíſti? * longè à ſalúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus clamábo per diem, & non exaúdies; * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas, * laus Iſraël.

In te ſperavérunt patres noſtri; * ſperavérunt, & liberáſti eos.

Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt: * in te ſperavérunt, & non ſunt confúſi.

ıtem ſum vermis, &
ıo;* oppróbrium hó-
& abjéctio plebis.
:s vidéntes me, deri-
e:* locúti ſunt lábiis,
runt caput.
rit in Dómino, erí-
;* ſalvum fáciat eum,
vult eum.
iam tu es qui extra-
de ventre,* ſpes mea
ous matris meæ:
rojéctus ſum ex úte-
e ventre matris meæ
eus es tu;
:éſſeris à me; * quó-
bulátio próxima eſt,
. non eſt qui ádju-

ndedérunt me vítuli
tauri pingues obſe-
ıe.
ıérunt ſuper me os
ſicut leo rápiens &

ıqua effúſus ſum;* &
ſunt ómnia oſſa mea.
n eſt cor meum tan-
ra liquéſcens* in mé-
ris mei.
tanquam teſta virtus
: lingua mea adhæſit
meis: * & in púlve-
rtis deduxíſti me.
ıiam circundedérunt
s multi: * concílium
ıtium obſédit me.
unt manus meas &
:os;* dinumeravérunt
ſſa mea.
:rò conſideravérunt &
unt me: * diviſérunt

ſibi veſtiménta mea, & ſuper
veſtem meam miſérunt ſortem.

Tu autem Dómine ne elongáveris auxílium tuum à me;* ad defenſiónem meam cónſpice.

Erue à frámea Deus ánimam meam, * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis,* & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis; * in médio eccléſiæ laudábo te.

Diviſio Pſalmi 21.

QUi timétis Dóminum, laudáte eum; * univérſum ſemen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne ſemen Iſraël;* quóniam non ſprevit, neque deſpéxit deprecatiónem paúperis:

Nec avértit fáciem ſuam à me; * & cùm clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in eccléſia magna: * vota mea reddam in conſpéctu timèntium eum.

Edent paúperes, & ſaturabúntur: & laudábunt Dóminum qui requirunt eum:* vivent corda eórum in ſéculum ſéculi.

Reminiſcéntur & converténtur ad Dóminum * univerſi fines terræ.

Et adorábunt in conſpéctu ejus * univérſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt

gnum, * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conſpéctu ejus cadent omnes qui deſcéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet; * & ſemen meum ſérviet ipſi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * & annuntiábunt cœli juſtítiam ejus pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me; * ánimam meam convértit.

Dedúxit me ſuper ſémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam, & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paráſti in conſpéctu meo menſam, * advérsùs eos qui tríbulant me.

Impinguáſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Poſt Epiph. Ant. Dómine ne elongáveris auxílium tuum à me; ad defenſiónem meam cónſpice. *Pſ.* 21. 20.

Capitulum, ℟. *breve, & Preces habentur infrà poſt Veſperas Sabbati, & ſic ad omnes horas quando ſit de Feriâ.*

AD TERTIAM.

Poſt Epiph. Ant. 8. G. Delícta.

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitúdo ejus; * orbis terrárum, & univérſi qui hábitant in eo.

Quia ipſe ſuper mária fundávit eum, * & ſuper flúmina præparávit eum.

Quis aſcéndet in montem Dómini? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens mánibus, & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino, * & miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes veſtras, & elevámini portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes veſtras, & elevámini portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? *

Dóminus virtútum ipſe eſt Rex glóriæ.

Pſalmus 24.

AD te Dómine levávi ánimam meam:* Deus meus in te confído, non erubéſcam.

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérſi qui ſúſtinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * ſupervácuè.

Vias tuas Dómine demónſtra mihi; * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum Dómine, * & miſericordiárum tuárum, quæ à ſéculo ſunt.

Delícta juventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm miſericórdiam tuam meménto meî tu,* propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus:* propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício: * docébit mites vias ſuas.

Univérſæ viæ Dómini, miſericórdia & véritas, * requiréntibus teſtaméntum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo: * multum eſt enim.

Diviſio Pſalmi 24.

QUis eſt homo qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur; * & ſemen ejus hereditábit terram.

Firmaméntum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtaméntum ipsíus ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum; * quóniam ipſe evéllet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî: * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt: * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum; * & dimítte univérſa delícta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt; * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me: * non erubéſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocéntes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera Deus Iſraël * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Poſt Epiph. Ant. Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris. *v.* 7.

AD SEXTAM.

Poſt Epiph. Ant. 1. â. Dóminus.

Pſalmus 25.

JUdica me Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingréſſus ſum; & i

Dómino ſperans non infirmábor.

Proba me Dómine, & tenta me : * ure renes meos, & cor meum.

Quóniam miſericórdia tua ante óculos meos eſt ; * & complácui in veritáte tua.

Non ſedi cum concílio vanitátis ; * & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odívi eccléſiam malignántium ; * & cum ímpiis non ſedébo.

Lavábo inter innocéntes manus meas ; * & circúndabo altáre tuum Dómine,

Ut aúdiam vocem laudis, * & enárrem univérſa mirabília tua.

Dómine diléxi decórem domûs tuæ, * & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam ; * & cum viris ſánguinum vitam meam,

In quorum mánibus iniquitátes ſunt ; * déxtera eórum repléta eſt munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréſſus ſum : * rédime me, & miſerére meî.

Pes meus ſtetit in diréćto : * in eccléſiis benedícam te Dómine.

Pſalmus 26.

DOminus illuminátio mea, & ſalus mea ; * quem timébo ?

Dóminus protéćtor vitæ meæ : * à quo trepidábo ?

Dum appropíant ſuper me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt.

Si consíſtant advérsùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prælium, * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ :

Ut vídeam voluptátem Dómini : * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcóndit me in tabernáculo ſuo : * in die malórum protéxit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me : * & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis : * cantábo, & pſalmum dicam Dómino.

Diviſio Pſalmi 26.

EXaúdi Dómine vocem meam, quâ clamávi ad te : * miſerére meî, & exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſívit te fácies mea : * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me ; * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelínquas me ; * neque deſpícias me Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me : *

s autem aſſúmpſit me.
a pone mihi Dómine
a; * & dírige me in ſé-
ectam propter inimí-
s.
ıdíderis me in ánimas
ium me: * quóniam
:runt in me teſtes iní-
mentíta eſt iníquitas

vidére bona Dómini *
viventium.
ta Dóminum, viríliter
onfortétur cor tuum, *
: Dóminum.
Epiph. *Ant.* Dóminus
tio mea, & ſalus mea:
nébo? *v.* 1.

N O N A M.

Epiph. *Ant.* 1. f. Dó-
eus meus.

Pſalmus 27.

D te Dómine clamá-
bo, Deus meus ne ſí-
leas à me; * ne, quando
. me, & aſſimilábor
éntibus in lacum.
li Dómine vocem de-
nis meæ, dum oro ad
m extóllo manus meas
lum ſanctum tuum.
imul trahas me cum
ibus; * & cum ope-
iniquitátem ne per-

oquúntur pacem cum
ſuo, * mala autem in
s eórum.
llis ſecúndùm ópera
* & ſecúndùm nequí-
nventiónum ipſórum.
dùm ópera mánuum

eórum tríbue illis, * redde re-
tributiónem eórum ipſis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus, * déſtrues illos, & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus; * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, & protéctor meus; * in ipſo ſperávit cor meum, & adjútus ſum.

Et reflóruit caro mea; * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis ſuæ; * & protéctor ſalvatiónum chriſti ſui eſt.

Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hereditáti tuæ; * & rege eos, & extólle illos uſque in ætérnum.

Pſalmus 28.

AFférte Dómino fílii Dei, * afférte Dómino fílios aríetum.

Afférte Dómino glóriam & honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus; * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Vox Dómini ſuper aquas, Deus majeſtátis intónuit; * Dóminus ſuper aquas multas.

Vox Dómini in virtúte, * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros; * & confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et comminúet eas tanquam

vítulum Líbani: * & diléctus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: vox Dómini concutiéntis deſértum; * & commovébit Dóminus deſértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, & revelábit condénſa; * & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit; * & ſedébit Dóminus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit; * Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace.

Pſalmus 29.

EXaltábo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me; * nec delectáſti inimícos meos ſuper me.

Dómine Deus meus clamávi ad te; * & ſanáſti me.

Dómine, eduxíſti ab inférno ánimam meam: * ſalváſti me à deſcendéntibus in lacum.

Psállite Dómino ſancti ejus; * & confitémini memóriæ ſanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus; * & vita in voluntáte ejus.

Ad véſperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea; * Non movébor in ætérnum.

*Dómine in voluntáte tua ** præſtitíſti decóri meo virtútem.

Avertíſti fáciem tuam à me,* & factus ſum conturbátus.

Ad te Dómine clamábo; * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in ſánguine meo, * dum deſcéndo in corruptiónem?

Nunquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & miſértus eſt meî; * Dóminus factus eſt adjútor meus.

Convertíſti planctum meum in gáudium mihi; * conſcidíſti ſaccum meum, & circumdedíſti me lætítiâ,

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar: * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Poſt Epiph. Ant. Dómine Deus meus clamávi ad te, & ſanáſti me. *Pſ.* 29. 2.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. Cuſtódiens.

Pſalmus 114.

DIléxi, quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ;

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam ; * miſéricors Dóminus, & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus, * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam, * quia Dóminus beneféeit tibi ;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Ant. Cuſtódiens párvulos Dóminus, humiliátus ſum, & liberávit me. *v.* 6.

Ant. 7. a. Dirupíſti.

Pſalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus ſum ; * ego autem humiliátus ſum nimis :

Ego dixi in excéſſu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino * pro ómnibus quæ retríbuit mihi ?

Cálicem ſalutáris accípiam, * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretióſa in conſpéctu Dómini mors ſanctórum ejus.

O Dómine quia ego ſervus tuus, * ego ſervus tuus, & fílius ancíllæ tuæ,

Dirupíſti víncula mea, * tibi ſacrificábo hóſtiam laudis, & nomen *Dómini invocábo.*

Vota mea Dómino reddam in conſpéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domûs Dómini, in médio tuî Jerúſalem.

Ant. Dirupíſti víncula mea, tibi ſacrificábo hóſtiam laudis. *v.* 7.

Ant. 3. c. Véritas.

Pſalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli ;

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Ant. Véritas Dómini manet in ætérnum. *v.* 2.

Ant. 8. G. Ad Dóminum.

Pſalmus 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamávi, * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam ?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt ; habitávi cum habitántibus Cedar ; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus ; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Ant. Ad Dóminum cùm tribulárer clamávi, & exaudívit me. *v.* 1.

Ant. 2. D. Auxílium.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet * qui cuſtódit Iſraël.

Dóminus cuſtódit te; Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo; * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat intróitum tuum, & éxitum tuum * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino. *v.* 2.

Capitulum. 1. *Petr.* 5. 8. 9.

SObrii eſtóte, & vigiláte; quia adversárius veſter diábolus tanquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret; cui reſíſtite fortes in fide.

Hymnus.

ILLUMINET ſeu ſol diem,
Seu nox tenébras íngerat,
Noſtris, Deus, te cánticis
Laudáre non ceſsábimus.

VERBO jubes, & prótinus
Quod nil fuit, fit ómnia;
Cœlum ſupérnè ténditur,
Ináne terram ſúſtinet.

UTRINQUE cólligis ſuo
Moles aquárum límite;
Et péndulis has núbibus,
Et cóntines illas mari.

SIC tu, fidélis pérſequi,
Imples opus quod cœperas:
Hinc éxcitas nos à tuis
Ceſsáre nunquam laúdibus.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. In Deo laudábimur totâ die, ℟. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum. *Pſ.* 43. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Magníficat ánima mea Dóminum. *Luc.* 1. 46.

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, habentur infrà poſt Veſperas Sabbati.

Oratio, quando non aſſignatur propria, dicitur de Dominica præcedenti.

FERIA TERTIA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. In pſalmis* Jubilémus Dómino. *Pſ.* 94. 2.

Pſalmus, Veníte. 2.

Hymnus.

CANDOR patérni lúminis,
Lux Chriſte lucis & dies,
Noctúrna per ſiléntia
Noſtris adéſto cántibus.

NUSQUAM ſopor nos óbruat:
Aufer benígno lúmine
Quam méntibus calíginem
Spargunt malígni ſpíritus.

DA purióres júgiter
Tollámus ad cœlum manus
Ut, quas tibi perſólvimus,
Placátus admittas preces.

Deó Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibique ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Deus meus es tu.

Pſalmus 30.

IN te Dómine ſperávi, non confúndar in ætérnum: * in juſtítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam,* accélera ut éruas me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii,* ut ſalvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu; * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abſcondérunt mihi; * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo ſpíritum meum; * redemíſti me Dómine Deus veritátis.

Odíſti obſervántes vanitátes * ſupervácuè.

Ego autem in Dómino ſperávi: * exultábo, & lætábor in miſericórdia tua;

Quóniam reſpexíſti humilitátem meam; * ſalváſti de neceſſitátibus ánimam meam;

Nec concluſíſti me in mánibus inimíci; * ſtatuíſti in loco ſpatióſo pedes meos.

Miſerére meî Dómine quóniam tríbulor: * conturbatus eſt in ira óculus meus, ánima mea, & venter meus;

Quóniam defécit in dolóre vita mea, * & anni mei in gemítibus.

Infirmáta eſt in paupertáte virtus mea, * & oſſa mea conturbáta ſunt.

Super omnes inimícos meos factus ſum oppróbrium, & vicínis meis valde; * & timor notis meis;

Qui vidébant me, * foràs fugérunt à me:

Oblivióni datus ſum tanquam mórtuus à corde;* factus ſum tanquam vas pérditum:

Quóniam audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu, in eo dum convenírent ſimul advérsùm me; * accípere ánimam meam conſiliáti ſunt.

Ego autem in te ſperávi Dómine; * dixi, Deus meus es tu: in mánibus tuis ſortes meæ;

Eripe me de manu inimícorum meórum, * & à perſequéntibus me.

Illúſtra fáciem tuam ſuper ſervum tuum, * ſalvum me fac in miſericórdia tua.

Dómine non confúndar, quóniam invocávi te: * erubéſcant ímpii, & deducántur in inférnum.

Muta fiant lábia dolóſa, * quæ loquúntur advérsùs juſtum iniquitátem in ſupérbia & in abuſióne.

Diviſio Pſalmi 30.

QUàm magna multitúdo dulcédinis tuæ Dómine, * quam abſcondíſti timéntibus te!

Perfecíſti eis, qui ſperant in te, * in conſpéctu filiórum hóminum.

Abſcóndes eos in abſcóndito faciéi tuæ, * à conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo, * à contradictióne linguárum.

Benedíctus Dóminus; * quóniam mirificávit miſericórdiam ſuam mihi in civitáte muníta.

Ego autem dixi in excéſſu mentis meæ: * Projéctus ſum à fácie oculórum tuórum.

Ideo exaudíſti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum omnes ſancti ejus; * quóniam veritátem requíret Dóminus, & retríbuet abundánter faciéntibus ſupérbiam.

Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum, * omnes qui ſperátis in Dómino.

Pſalmus 31.

BEáti quorum remíſſæ ſunt iniquitátes, * & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt oſſa mea, * dum clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua: * convérſus ſum in ærúmna mea, dum configitur ſpina.

Delíctum meum cóg tibi feci, * & injuſtítiam non abſcóndi.

Dixi, Confitébor adv me injuſtítiam meam no: * & tu remiſíſti in tem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te ſanctus, * in témpore túno.

Verúntamen in dilúvic rum multárum, * ad eu approximábunt.

Tu es refúgium m tribulatióne, quæ circú me: * exultátio mea é à circundántibus me.

Intelléctum tibi dal inſtruam te in via ha gradiéris; * firmábo ſu óculos meos.

Nolíte fíeri ſicut eq mulus, * quibus non telléctus.

In camo & fræno n eórum conſtrínge, * q appróximant ad te.

Multa flagélla pecca ſperántem autem in D miſericórdia circúndabi

Lætámini in Dómi exultáte juſti, * & glo omnes recti corde.

Ant. Deus meus es mánibus tuis ſortes m 30. 15. 16.

PRO II. NOCTU

Ant. 3. *a.* Beáta g

Pſalmus 32.

EXultáte juſti in Dói rectos decet collau

Confitémini Dómin

thara : * in pſaltério decem chordárum pſállite illi.

Cantáte ei cánticum novum : * bene pſállite ei in vociferatióne ;

Quia rectum eſt verbum Dómini ; * & ómnia ópera ejus in fide.

Díligit miſericórdiam & judícium : * miſericórdiâ Dómini plena eſt terra.

Verbo Dómini cœli firmáti ſunt, * & ſpíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans ſicut in utre aquas maris ; * ponens in theſáuris abyſſos.

Tímeat Dóminum omnis terra : * ab eo autem commoveántur omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipſe dixit, & facta ſunt ; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Dóminus díſſipat consília géntium ; * réprobat autem cogitatiónes populórum, & réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet : * cogitatiónes cordis ejus in generatiónem & generatiónem.

Beáta gens, cujus eſt Dóminus Deus ejus ; * pópulus, quem elégit in hereditátem ſibi.

Diviſio Pſalmi 32.

De cœlo reſpéxit Dóminus ; * vidit omnes fílios hóminum.

De præparáto habitáculo ſuo * reſpéxit *ſuper omnes qui hábitant terram.*

Qui finxit ſingillátim corda eórum ; * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non ſalvátur rex per multam virtútem ; * & gigas non ſalvábitur in multitúdine virtútis ſuæ.

Fallax equus ad ſalútem ; * in abundántia autem virtútis ſuæ non ſalvábitur.

Ecce óculi Dómini ſuper metuéntes eum, * & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Ut éruat à morte ánimas eórum, * & alat eos in fame.

Anima noſtra ſúſtinet Dóminum ; * quóniam adjútor & protéctor noſter eſt ;

Quia in eo lætábitur cor noſtrum, * & in nómine ſancto ejus ſperávimus.

Fiat miſericórdia tua Dómine ſuper nos, * quemádmodum ſperávimus in te.

Pſalmus 33.

Benedícam Dóminum in omni témpore, * ſemper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea ; * aúdiant manſuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum, * & exaltémus nomen ejus in idípſum.

Exquisívi Dóminum, & exaúdivit me ; * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini ; * & fácies veſtræ non confundéntur.

Iſte pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum, * & de ómnibus tribulatiónibus ejus ſalvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, * & erípiet eos.

Guſtáte, & vidéte quóniam ſuávis eſt Dóminus: * beátus vir qui ſperat in eo.

Timéte Dóminum omnes ſancti ejus; * quóniam non eſt inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & eſuriérunt; * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte fílii, audíte me, * timórem Dómini docébo vos.

Quis eſt homo qui vult vitam, * díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam à malo, * & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum: * inquíre pacem, & perſéquere eam.

Oculi Dómini ſuper juſtos; * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini ſuper faciéntes mala, * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt juſti, & Dóminus exaudívit eos; * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxtà eſt Dóminus iis qui tribuláto ſunt corde; * & húmiles ſpíritu ſalvábit.

Multæ tribulatiónes juſtórum, * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Cuſtódit Dóminus ómnia oſſa eórum; * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péſſima: * & qui odérunt juſtum delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas ſervórum ſuórum; * & non delínquent omnes qui ſperant in eo.

Ant. Beáta gens, cujus eſt Dóminus Deus ejus. *Pſ.* 32. 12.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Lingua mea.

Pſalmus 34.

JUdica Dómine nocéntes me; * expúgna impugnántes me.

Apprehénde arma & ſcutum; * & exúrge in adjutórium mihi.

Effúnde frámeam, & conclúde advérsùs eos qui perſequúntur me: * dic ánimæ meæ, Salus tua ego ſum.

Confundántur & revereántur * quæréntes ánimam meam.

Avertántur retrórsùm, & confundántur * cogitántes mihi mala.

Fiant tanquam pulvis ante fáciem venti; * & Angelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum ténebræ, & lúbricum; * & Angelus Dómini pérſequens eos;

Quóniam gratìs abſcondérunt mihi intéritum láquei ſui; * ſupervácuè exprobravérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus quem ignórat; & cáptio quam abſcondit,

apprehéndat eum ; *
ueum cadat in ipſum.
ı autem mea exultábit
ino, * & delectábitur
lutári ſuo.
ia oſſa mea dicent : *
:, quis ſímilis tibi?
ns ínopem de manu
n ejus, * egénum &
n à diripiéntibus eum.
viſio Pſalmi 34.
ntes teſtes iníqui, *
gnorábam interrogá-
.
ouébant mihi mala pro
* ſterilitátem ánimæ

autem cùm mihi mo-
nt, * induébar cilício.
liábam in jejúnio áni-
eam, * & orátio mea
neo convertétur.
i próximum, & quaſi
noſtrum, ſic compla-
* quaſi lugens & con-
ſic humiliábar.
érsùm me lætáti ſunt,
enérunt : * congregáta
er me flagélla, & igno-

áti ſunt, nec com-
tentavérunt me, ſub-
runt me ſubſannatió-
enduérunt ſuper me
s ſuis.
ine, quando reſpí-
eſtitue ánimam meam
itáte eórum, à leóni-
cam meam.
tébor tibi in ecclésia
* in pópulo gravi lau-

Non ſupergaúdeant mihi qui adversántur mihi iníquè ; * qui odérunt me gratìs, & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebántur ; * & in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt ſuper me os ſuum : * dixérunt, Euge, euge, vidérunt óculi noſtri.

Vidiſti Dómine, ne síleas ; * Dómine ne diſcédas à me.

Exúrge, & inténde judício meo ; * Deus meus, & Dóminus meus in cauſam meam.

Júdica me ſecúndum juſtítiam tuam Dómine Deus meus ; * & non ſupergaúdeant mihi.

Non dicant in córdibus ſuis, Euge, euge, ánimæ noſtræ : * nec dicant, Devorávimus eum.

Erubéſcant, & revereántur ſimul, * qui gratulántur malis meis.

Induántur confuſióne & reverentiâ, * qui magna loquúntur ſuper me.

Exúltent & læténtur qui volunt juſtítiam meam : * & dicant ſemper : Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem ſervi ejus.

Et lingua mea meditábitur juſtítiam tuam, * totâ die laudem tuam.

Pſalmus 35.

DIxit injúſtus, ut delínquat in ſemetípſo : * non eſt timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolósè egit in conſpéctu ejus, * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas & dolus; * nóluit intellígere, ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus eſt in cubíli ſuo; áſtitit omni viæ non bonæ, * malítiam autem non odívit.

Dómine in cœlo misericórdia tua, * & véritas tua uſque ad nubes.

Juſtítia tua ſicut montes Dei: * judícia tua abyſſus multa.

Hómines & juménta ſalvábis Dómine: * quemádmodum multiplicáſti misericórdiam tuam Deus.

Fílii autem hóminum * in tégmine alárum tuárum ſperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte domûs tuæ, * & torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te eſt fons vitæ; * & in lúmine tuo vidébimus lumen.

Prætènde misericórdiam tuam ſciéntibus te, * & juſtítiam tuam his qui recto ſunt corde.

Non véniat mihi pes ſupérbiæ; * & manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem; * expúlſi ſunt, nec potuérunt ſtare.

Ant. Lingua mea meditábitur juſtítiam tuam, totâ die laudem tuam. *Pſ.* 34. 28.

Poſt. Epiph. ℣. Meditátus ſum nocte cum corde meo; ℟. Et exercitábar, & ſcopébam ſpíritum meum. *Pſ.* 76. 6.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Epiph. ℣. *Sacerdotalis*; Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípſum. *Pſ.* 33. 4.

Ant. 8. c. Delectáre in Dómino.

Pſalmus 36.

NOli æmulári in malignántibus, * neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

Quóniam tanquam fœnum velóciter aréſcent; * & quemádmodum ólera herbárum citò décident.

Spera in Dómino; & fac bonitátem; * & inhábita terram; & paſcéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino; * & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam & ſpera in eo; * & ipſe fáciet.

Et edúcet quaſi lumen juſtítiam tuam, & judícium tuum tanquam merídiem: * ſúbditus eſto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo qui proſperátur in via ſua; * in hómine faciénte injuſtítias.

Déſine ab ira & derelínque furórem; * noli æmulári ut malignéris:

Quóniam qui malignántur exterminabúntur; * ſuſtinéntes autem Dóminum, ipſi hereditábunt terram.

ınc puſillùm, & non
cátor;* & quæres lo-
s, & non invénies.
ıéti autem hereditá-
ram; * & delectabún-
ıltitúdine pacis.
ábit peccátor juſtum,*
›it ſuper eum déntibus

nùs autem irridébit
quóniam próſpicit
:niet dies ejus.
m evaginavérunt pec-
* intendérunt árcum

:jíciant paúperem &
,* ut trucídent rectos

ıs eórum intret in
ſórum,* & arcus eó-
fringátur.
Delectáre in Dómino,
tibi petitiónes cordis

3. G. Benedicéntes

viſio Pſalmi 36.
ıs eſt módicum juſtò*
:r divítias peccatórum

am bráchia peccató-
teréntur; * confírmat
ſtos Dóminus.
Dóminus dies imma-
m, * & heréditas eó-
:térnum erit.
onfundéntur in tém-
o, & in diébus famis
ıtur; * quia peccató-
unt.
:i verò Dómini mox
ificáti fúerint & exal-
táti,* deficiéntes quemádmo-
dum fumus defícient.

Mutuábitur peccátor, & non ſolvet: * juſtus autem miſerétur, & tríbuet.

Quia benedicéntes ei hereditábunt terram; * maledicéntes autem ei diſperíbunt.

Apud Dóminum greſſus hóminis dirigéntur; * & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur; * quia Dóminus ſuppónit manum ſuam.

Júnior fui, étenim ſénui;* & non vidi juſtum derelíctum; nec ſemen ejus quærens panem.

Totâ die miſerétur, & cómmodat; * & ſemen illíus in benedictióne erit.

Ant. Benedicéntes ei hereditábunt terram. *v.* 22.

Ant. 6. F. Os juſti.

Altera diviſio Pſalmi 36.

Declína à malo, & fac bonum; * & inhábita in ſéculum ſéculi.

Quia Dóminus amat judícium, & non derelínquet ſanctos ſuos;* in ætérnum conſervabúntur.

Injúſti puniéntur; * & ſemen impiórum períbit:

Juſti autem hereditábunt terram, * & inhabitábunt in ſéculum ſéculi ſuper eam.

Os juſti meditábitur ſapiéntiam, * & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipſíus; * & non ſupplantabúntur greſſus ejus.

Cónſiderat peccátor juſtum, * & quærit mortificáre eum:

Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus ejus; * nec damnábit eum cùm judicábitur illi.

Expécta Dóminum, & cuſtódi viam ejus; & exaltábit te, ut hereditáte cápias terram: * cùm períerint peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium ſuperexaltátum, * & elevátum ſicut cedros Líbani:

Et tranſívi, & ecce non erat; * & quæsívi eum, & non eſt invéntus locus ejus.

Cuſtódi innocéntiam, & vide æquitátem; * quóniam ſunt relíquiæ hómini pacífico.

Injúſti autem diſperíbunt ſimul: * relíquiæ impiórum interíbunt:

Salus autem juſtórum à Dómino, * & protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos; & éruet eos à peccatóribus, & ſalvábit eos; * quia ſperavérunt in eo.

Ant. Os juſti meditábitur ſapiéntiam. *v.* 30.

Ant. 7. d. Pſalmos noſtros.

Canticum Ezechiæ.

Iſai. 38. 10. *ad* 20.

EGo dixi: In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi: * quæsívi resíduum annórum meórum.

Dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra viven[tium]; * non aſpíciam hómi[nem] ultrà, & habitatóre[m] quiétis.

Generátio mea abláta eſt, & convolúta eſt à me, qua[si] tabernáculum paſtórum.

Præcíſa eſt velut à texént[e] vita mea; dum adhuc ordíre[r] ſuccídit me: * de manè uſqu[e] ad véſperam fínies me.

Sperábam uſque ad manè; quaſi leo ſic contrívit ómn[ia] oſſa mea.

De manè uſque ad véſpera[m] fínies me: * ſicut pullus hirún[dinis] ſic clamábo, meditábo[r] ut colúmba.

Attenuáti ſunt óculi mei ſuſpiciéntes in excélſum.

Dómine vim pátior, reſpón[de] pro me: * quid dicam, au[t] quid reſpondébit mihi, cù[m] ipſe fécerit?

Recogitábo tibi omnes an[nos] meos * in amaritúdi[ne] ánimæ meæ.

Dómine ſi ſic vívitur, & i[n] tálibus vita ſpíritûs mei, co[r]rípies me, & vivificábis me: ecce in pace amaritúdo me[a] amaríſſima.

Tu autem eruíſti ánima[m] meam ut non períret; * proj[e]cíſti poſt tergum tuum ómn[ia] peccáta mea:

Quia non inférnus confit[e]bitur tibi, neque mors laud[a]bit te; * non expectábunt q[ui] deſcéndunt in lacum veritáte[m] tuam.

Vivens vivens ipſe confit[ebitur]

bitur tibi, ſicut & ego hódie: * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine ſalvum me fac, * & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini.

Ant. Pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini. ℣. 20.

[*In Feſtis, locò ſuperioris Cantici dicitur ſequens Canticum. Eccli. 36. 1. ad 16.*

MIſerére noſtrî Deus ómnium, & réſpice nos; * & oſténde nobis lucem miſeratiónum tuárum:

Et immítte timórem tuum ſuper gentes quæ non exquiſiérunt te; * ut cognóſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enárrent magnália tua.

Alleva manum tuam ſuper gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conſpéctu eórum ſanctificátus es in nobis, * ſic in conſpéctu noſtro magnificáberis in eis,

Ut cognóſcant te ſicut & nos cognóvimus: * quóniam non eſt Deus præter te, Dómine.

Innova ſigna, & immúta mirabília; * glorífica manum, & bráchium dextrum.

Excita furórem, & effúnde iram; * tolle adversárium, & afflíge inimícum.

Feſtína tempus, & meménto finis; * ut enárrent mirabília tua.

In ira flammæ devorétur qui ſalvátur; * & qui péſſimant plebem tuam, invéniant perditiónem.

Cóntere caput príncipum inimicórum, * dicentium: Non eſt álius præter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob, * ut cognóſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enárrent magnália tua;

Et hereditábis eos, * ſicut ab inítio.

Miſerére plebi tuæ, ſuper quam invocátum eſt nomen tuum; * & Iſraël quem coæquáſti primogénito tuo.

Miſerére civitáti ſanctificatiónis tuæ Jeruſalem, * civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, * & glóriâ tuâ pópulum tuum.]

Ant. 4. irreg. A. Cantáte Dómino.

Pſalmus Laudum. 149.

CAntáte Dómino cánticum novum; * laus ejus in ecclésia ſanctórum.

Lætétur Iſraël in eo qui fecit eum, * & filii Sion exúltent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano, & pſaltério pſallant ei;

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo, * & exaltábit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt ſancti in glória, * lætabúntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum; * & gládii ancipites in mánibus eórum,

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis;

Ad alligándos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis,

Ut fáciant in eis judícium conſcríptum: * glória hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

Ant. Cantáte Dómino cánticum novum; laus ejus in ecclésia ſanctórum. *v.* 1.

Capitulum. 1. *Theſſ.* 5. 17. 18.

SIne intermiſſióne oráte. In ómnibus grátias ágite: hæc eſt enim volúntas Dei in Chriſto Jeſu in ómnibus vobis.

Hymnus.

O Tu diúrno lúmine
Qui próvehi diem jubes,
Jeſu, refúlge déſuper
Puris amóris ígnibus.

Te lux agátur árbitro,
Quæ te recúrrit auſpice:
Soli tibi fac vívere
Nos qui tui toti ſumus.

Si quando curæ díſtrahunt,
Nuſquam malis nos ímplicent;
Mens réſpuat terréſtria,
Supérna ſemper áppetat.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. Manè aſtábo tibi, Dómine, ℟. Et videbo; quóniam non Deus volens iniquitátem tu es. *Pſ.* 5. 4.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ. *Luc.* 1. 68.

Preces, quando dicunt Suffragia, habentur inf Veſperas Sabbati.

AD PRIMA

Poſt Epiph. Ant. 8. C mine.

Pſalmus 37.

DOmine ne in tuo árguas me que in ira tua pias me:

Quóniam ſagíttæ tu fixæ ſunt mihi, * & confi ſuper me manum tuam

Non eſt ſánitas in mea à facie iræ tuæ; * n pax óſſibus meis à fácie p tórum meórum:

Quóniam iniquitátes ſupergréſſæ ſunt caput m & ſicut onus grave gr ſunt ſuper me.

Putruérunt & corrúpt cicatríces meæ, * à fáci piéntiæ meæ.

Miſer factus ſum, & c tus ſum uſque in finem: die contriſtátus ingredi

Quóniam lumbi mei i ti ſunt illuſiónibus, * & eſt ſánitas in carne mea

Afflíctus ſum & humi ſum nimis; * rugiébam mitu cordis mei.

Dómine ante te omne dérium meum, * & gé meus à te non eſt abſc tus.

Cor meum conturbátu derelíquit me virtus mea lumen oculórum meóru ipſum non eſt mecum.

Diviſio Pſalmi 37.

AMíci mei, & próximi mei* advérsùm me appropinquavérunt & ſtetérunt;

Et qui juxta me erant de longè ſtetérunt; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam;

Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes; * & dolos totâ die meditabántur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum:

Et factus ſum ſicut homo non aúdiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine ſperávi, * tu exaúdies me Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo ſupergaúdeant mihi inimíci mei; * & dum commovéntur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagélla parátus ſum, * & dolor meus in conſpéctu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo:

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me,* & multiplicáti ſunt qui odérunt me iniquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus,* ne diſcéſſeris à me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine Deus ſalútis meæ.

Pſalmus 38.

DIxi: Cuſtódiam vias meas, * ut non delínquam in lingua mea.

Póſui ori meo cuſtódiam,* cùm consíſteret peccátor advérsùm me.

Obmútui, & humiliátus ſum, & sílui à bonis: * & dolor meus renovátus eſt.

Concáluit cor meum intrà me, * & in meditatióne mea exardéſcet ignis.

Locútus ſum in lingua mea:* Notum fac mihi Dómine finem meum,

Et númerum diérum meórùm quis eſt, * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuíſti dies meos: * & ſubſtántia mea tanquam níhilum ante te.

Verúntamen univérſa vánitas, * omnis homo vivens.

Verúntamen in imágine pertránſit homo; * ſed & fruſtrà conturbátur.

Theſaurízat, * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc, quæ eſt expectátio mea? nonne Dóminus? * & ſubſtántia mea apud te eſt.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me, * oppróbrium inſipiénti dedíſti me.

Obmútui, & non apérui os meum, * quóniam tu fecíſti.

Amove à me plagas tuas; * à fortitúdine manús tuæ ego deféci.

In increpatiónibus propter iniquitátem corripuíſti hóminem, & tabéſcere feciſti ſicut aráneam ánimam ejus: * verúntamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaúdi oratiónem meam Dómine, & deprecatiónem meam: * aúribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas: quóniam ádvena ego ſum apud te, & peregrínus, * ſicut omnes patres mei.

Remítte mihi, ut refrígerer priúſquam ábeam; * & ámpliùs non ero.

Poſt Epiph. Ant. Dómine ante te omne deſidérium meum, & gémitus meus à te non eſt abſcónditus. *Pſ.* 37. 10.

AD TERTIAM.

Poſt Epiph. Ant. 8. G. Dómine.

Pſalmus 39.

EXpéctans expectávi Dóminum, * & intèndit mihi;

Et exaudívit preces meas: * & edúxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſupra petram pedes meos; * & diréxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum cánticum novum, * carmen Deo noſtro.

Vidébunt multi & timébunt, * & ſperábunt in Dño.

Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus, * & non reſpéxit in vanitátes, & inſánias falſas.

Multa feciſti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * & cogitatiónibus tuis non eſt qui ſímilis ſit tibi.

Annuntiávi & locútus ſum: * multiplicáti ſunt ſuper númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluíſti; * aures autem perfecíſti mihi.

Holocaúſtum & pro peccáto non poſtuláſti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri ſcriptum eſt de me: ut fácerem voluntátem tuam Deus meus vólui, * & legem tuam in médio cordis mei.

Diviſio Pſalmi 39.

ANnuntiávi juſtítiam tuam in eccléſia magna: * ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu ſciſti.

Juſtítiam tuam non abſcóndi in corde meo: * veritátem tuam, & ſalutáre tuum dixi.

Non abſcóndi miſericórdiam tuam, & veritátem tuam * à concílio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miſeratiónes tuas à me: * miſericórdia tua & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus; * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capíllos cápitis mei, * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me; * Dómine ad adjuvándum me réſpice.

Confundántur & revereántur ſimul qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsùm, & revereántur * qui volunt mihi mala.

Ferant conféſtim confuſiónem ſuam, * qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exúltent, & læténtur ſuper te omnes quæréntes te; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendícus ſum, & pauper: * Dóminus ſolícitus eſt meî.

Adjútor meus, & protéctor meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Pſalmus 40.

Beátus qui intélligit ſuper egénum & paúperem; * in die mala liberábit eum Dñus.

Dóminus conſérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra, * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris ejus; * univérſum ſtratum ejus verſáſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miſerére meî; * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi; * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et ſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur; * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foràs, * & loquebátur in idípſum.

Advérsùm me ſuſurrábant omnes inimíci mei, * advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt advérsùm me: * nunquid qui dormit non adjíciet ut reſúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem Dómine miſerére meî, & reſſúſcita me; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluíſti me: * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepíſti, * & confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum. * Fiat, fiat.

Poſt Epiph. Ant. Dómine ne longè fácias miſeratiónes tuas à me. *Pſ.* 39. 12.

AD SEXTAM.

Poſt Epiph. Ant. 4. *irreg.* A. Apud me orátio.

Pſalmus 41.

Quemádmodum ... rat cervus ad fon...

rum, * ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie; Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei,

In voce exultatiónis, & confeſſiónis, * ſonus epulántis.

Quare triſtis es ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Diviſio Pſalmi 41.

AD meípſum ánima mea conturbáta eſt: * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tuí * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suſcéptor meus es.

Quare oblítus es meî? * *& quare contriſtátus* incédo, dum affligit me inim[...]

Dum confringúnt [...] mea, * exprobravéru[...] qui tríbulant me inimí[...]

Dum dicunt mihi [...] gulos dies, * Ubi e[...] tuus?

Quare triſtis es ánim[...] & quare contúrbas me[...]

Spera in Deo, q[...] adhuc confitébor illi [...] lutáre vultûs mei, [...] meus.

Pſalmus 42.

JUdica me Deus, [...] ne cauſam meam d[...] non ſancta, * ab hóm[...] quo & dolóſo érue me[...]

Quia tu es Deus f[...] mea: * quare me repu[...] quare triſtis incédo, du[...] git me inimícus?

Emítte lucem tuam [...] tátem tuam: * ipſa m[...] xérunt, & adduxérunt [...] tem ſanctum tuum, [...] bernácula tua.

Et introíbo ad altár[...] ad Deum qui lætíficat [...] tútem meam.

Confitébor tibi in [...] Deus Deus meus: * q[...] ſtis es ánima mea, [...] contúrbas me?

Spera in Deo, q[...] adhuc confitébor illi [...] lutáre vultûs mei, [...] meus.

Poſt Epiph. Ant. A[...] orátio Deo vitæ meæ [...] Deo: Suſcéptor meus [...] 41. 9. 10.

NONAM.

:piph. *Ant.* 3. g. In tuo.

Pſalmus 43.

Eus aúribus noſtris audívimus, patres noſtri annuntiavérunt ɔus, * quod operátus :bus eórum, & in dié-]uis.

s tua gentes diſpérdi- antáſti eos: * afflixíſti , & expulíſti eos.

nim in gládio ſuo poſ- :terram, * & bráchium ıon ſalvávit eos: déxtera tua, & brá- :uum, & illuminátio ui; * quóniam com- . in eis.

ipſe rex meus & Deus * qui mandas ſalútes

inimícos noſtros ven- ıs cornu, * & in nómi-]pernémus inſurgéntes :.

enim in arcu meo ſpe- & gládius meus non me:

:ti enim nos de affli- ; nos, * & odiéntes nos ſti.

)eo laudábimur totâ ; in nómine tuo confi- · in ſéculum.

·viſio Pſalmi 43.

autem repuliſti, & údiſti nos; * & non :is Deus in virtútibus

ſtinos retrórsùm poſt

inimícos noſtros; * & qui odé- runt nos diripiébant ſibi.

Dedíſti nos tanquam oves eſcárum, * & in géntibus diſ- persíſti nos.

Vendidíſti pópulum tuum ſine prétio, * & non fuit mul- titúdo in commutatiónibus eórum.

Poſuíſti nos oppróbrium vi- cínis noſtris; * ſubſannatió- nem & deríſum his qui ſunt in circúitu noſtro.

Poſuíſti nos in ſimilitúdinem géntibus, * commotiónem cá- pitis in pópulis.

Totâ die verecúndia mea contra me eſt, * & confúſio faciéi meæ coopéruit me,

A voce exprobrántis & ob- loquéntis, * à fácie inimíci & perſequéntis.

Hæc ómnia venérunt ſuper nos, nec oblíti ſumus te, * & iníquè non égimus in teſta- ménto tuo:

Et non recéſſit retro cor no- ſtrum, * & declináſti ſémitas noſtras à via tua.

Quóniam humiliáſti nos in loco afflictiónis, * & coopé- ruit nos umbra mortis.

Altera diviſio Pſalmi 43.

SI oblíti ſumus nomen Dei noſtri, * & ſi expándimus manus noſtras ad Deum alié- num,

Nonne Deus requíret iſta? * ipſe enim novit abſcóndita cordis.

Quóniam propter te morti- ficámur totâ die, * æſtimáti

ſumus ſicut oves occiſiónis.

Exúrge, quare obdórmis Dómine? * exúrge, & ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis? * oblivíſceris inópiæ noſtræ, & tribulatiónis noſtræ?

Quóniam humiliáta eſt in púlvere ánima noſtra, * conglutinátus eſt in terra venter noſter.

Exúrge Dómine ádjuva nos, * & rédime nos propter nomen tuum.

Poſt Epiph. Ant. In nómine tuo ſpernémus inſurgéntes in nobis. *Pſ.* 43. 6.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. In domum.

Pſalmus 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi; * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem;

Jerúſalem, quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idípſum:

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini, teſtimónium Iſraël, * ad confiténdum nómini Dómini:

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem; * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæſívi bona tibi.

Ant. In domum Dómini íbimus. *v.* 1.

Ant. 7. a. Oculi noſtri.

Pſalmus 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce, ſicut óculi ſervórum * in mánibus dominórum ſuórum;

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ ſuæ, * ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtri.

Miſerére noſtrî Dómine, miſerére noſtrî; * quia multùm repléti ſumus deſpectióne;

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra; * oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſupérbis.

Ant. Oculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtrî. *v.* 3.

Ant. 1. â. Adjutórium noſtrum.

Pſalmus 123.

NIſi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Iſraël, * Niſi quia Dóminus erat in nobis,

Cùm exúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíſſent nos.

Cùm iraſcerétur furor eórum in nos, * fórſitan aqua abſorbuíſſet nos.

:ntem pertransívit áni-
:ra, * fórſitan pertran-
ima noſtra aquam in-
lem.
dićtus Dóminus, * qui
lit nos in captiónem
; eórum.
a noſtra, ſicut paſſer,
ſt * de láqueo venán-

eus contrítus eſt, * &
:ráti ſumus.
tórium noſtrum in nó-
ómini, * qui fecit cœ-
erram.
Adjutórium noſtrum
ine Dómini. *v.* 8.
8. c. Bénefac.

Pſalmus 124.

confídunt in Dómi-
, ſicut mons Sion; *
mmovébitur in ætér-
ui hábitat in Jerúſa-

:es in circúitu ejus, *
inus in circúitu pópuli
oc nunc & uſque in
:
non relínquet Dómi-
am peccatórum ſuper
juſtórum, * ut non
nt juſti ad iniquitátem
ſuas.
fac Dómine * bonis,
corde.
nántes autem in obli-
: addúcet Dóminus
perántibus iniquitá-
pax ſuper Iſraël.
Bénefac Dómine bo-
rectis corde. *v.* 4.

Ant. 6. F. Convérte.

Pſalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion, * facti ſumus ſicut conſoláti.

Tunc replétum eſt gaúdio os noſtrum, * & lingua noſtra exultatióne:

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíſcum; * facti ſumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem noſtram, * ſicut torrens in auſtro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Eúntes ibant, & flebant, * mitténtes ſémina ſua;

Venientes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos ſuos.

Ant. Convérte Dómine captivitátem noſtram. *v.* 5.

Capitulum. 2. *Petr.* 1. 10.

SAtágite, ut per bona ópera certam veſtram vocatiónem, & electiónem faciátis: hæc enim faciéntes, non peccábitis aliquándo.

Hymnus.

DEus jubes: ab árida
Aquæ recédunt; nec mora,
Unum ferúntur in locum,
Et nomen impónis mari.

Suis decóra flóribus
Appáruit tellus ferax;
Et quas opes condit ſinu,
Fecúnda mater prótulit.

Mens ecce ceu tellus iners,
Mendáxque fundus, áruit;
Infúnde rorem grátiæ,
Et úberes fructus dabit.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Filio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. Véſperè, & manè, & merídie narrábo, & annuntiábo; ℟. Et exaúdiet Dóminus vocem meam. *Pſ.* 54. 18.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo. *Luc.* 1. 47.

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, ut infrà poſt Veſperas Sabbati.

FERIA QUARTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Deus magnus Dóminus: * Veníte, adorémus. *Pſ.* 94. 6.

Pſalmus. Veníte, 2.

Hymnus.

Quam grande nobis, ô Deus,
Cœlo volúmen éxplicas!
Quàm te diſértis úndique
Cœlum canit concéntibus!

Quot aſtra nobis éxhibet,
Tot óribus te prædicat:
Cœlo magiſtro nos quoque
Te júgiter laudábimus.

Dum rúmpimus noctis moras,
Tibíque Chriſte psállimus,
Ne quid canámus diſſonum;
Tu quod ſit aptum ſúggere.

Nil ſancta turbet ótia
Vani tumúltus ſéculi;
Sit únicus nobis labor
Tuis vacáre láudibus.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Filio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Pópuli.

Pſalmus 44.

Eructávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus ſcribæ: velóciter ſcribéntis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum, diffúſa eſt grátia in lábiis tuis: * proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * potentíſſime;

Spécie tuâ, & pulcritúdine tuâ * inténde, próſperè procéde, & regna.

Propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, * pópuli ſub te cadent, in corda inimicórum Regis.

Sedes tua Deus in ſéculum ſéculi: * virgâ directiónis, virga regni tui.

Dilexíſti juſtítiam, & odíſti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtiméntis tuis, à dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

regína à dextris tuis
ı deauráto, * circún-
etáte.
ilia, & vide, & inclí-
ı tuam; * & oblivíſ-
ulum tuum, & do-
ris tui:
ıcupíſcet Rex decó-
n; * quóniam ipſe
inus Deus tuus, &
ıt eum.
æ Tyri in munéri-
ltum tuum depreca-
nnes dívites plebis.
s glória ejus fíliæ
intus; * in fimbriis
rcumamícta varietá-

éntur Regi vírgines
n, * próximæ ejus
r tibi;
ntur in lætitia & exul-
* adducéntur in tem-
gis.
ıtribus tuis nati ſunt
* conſtítues eos prin-
er omnem terram.
ɔres erunt nóminis
omni generatióne &
nem.
érea pópuli confite-
bi in ætérnum, * &
n ſéculi.

Pſalmus 45.

s noſter refúgium &
tus; * adjútor in tri-
bus, quæ invenérunt
s.
érea non timébimus
bábitur terra: * &
ntur *montes in cor*

Sonuérunt, & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernaculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculò.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram: * aúferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus; * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Pſalmus 46.

OMnes gentes plaúdite mánibus; * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélſus, terríbilis; * Rex magnus ſuper omnem terram.

Subjécit pópulos nobis, * & gentes ſub pédibus noſtris.

Elégit nobis hereditátem *ſuam*, * ſpéciem Jacob, quam *diléxit*.

Aſcéndit Deus in júbilo, * & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo noſtro, pſállite: * pſállite Regi noſtro, psállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus; * psállite ſapiénter.

Regnábit Deus ſuper gentes: * Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Príncipes populórum congregáti ſunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ vehementer eleváti ſunt.

Ant. Pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, & in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 44. 18.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Invoca me.

Pſalmus 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis * in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univérſæ terræ mons Sion látera Aquilónis, * cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt, * convenérunt in unum.

Ipſi vidéntes ſic admiráti ſunt, * conturbáti ſunt, commóti ſunt:

Tremor apprehéndit eos; * ibi dolóres ut parturiéntis.

In ſpíritu veheménti * cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suſcépimus Deus miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secúndùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exſultent fíliæ Judæ, * propter judícia tua Dómine.

Circúndate Sion, & complectímini eam; * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus, & diſtribúite domos ejus, * ut enarrétis in progénie áltera;

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in ætérnum, & in ſéculum ſéculi: * ipſe reget nos in ſécula.

Pſalmus 48.

AUdite hæc omnes gentes, * auribus percípite omnes qui habitátis orbem.

Quique terrígenæ, & filii hóminum, * ſimul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur ſapiéntiam, * & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam, * apériam in pſaltério propoſitiónem meam.

Cur timébo in die mala? * iniquítas calcánei mei circúndabit me.

Qui confídunt in virtúte ſua, * & in multitúdine divitiárum ſuárum gloriántur.

: non rédimit, rédi-
no ?* non dabit Deo
nem ſuam,
›rétium redemptiónis
ſuæ : * & laborábit in
n, & vivet adhuc in

›idébit intéritum, cùm
ſapiéntes moriéntes : *
ſípiens & ſtultus perí-

línquent aliénis diví-
; * & ſepúlcra eórum
illórum in ætérnum.
nácula eórum in pro-
progénie : * vocavé-
mina ſua in terris ſuis.
omo cùm in honóre
on intelléxit ; * com-
eſt juméntis inſipién-
& ſímilis factus eſt

via illórum ſcándalum
& póſteà in ore ſuo
:ébunt.
oves in inférno póſiti
nors depáſcet eos.
lominabúntur eórum
matutíno : * & auxí-
›rum veteráſcet in in-
glória eórum.
ntamen Deus rédimet
meam de manu ínfe-
n accéperit me.
intúeris cùm dives fa-
:rit homo, * & cùm
cáta fúerit glória do-
ıs:
ıiam cùm interíerit,
net ómnia, * neque
et cum eo glória ejus :
ánima ejus in vita

ipsíus benedicétur, * confité-
bitur tibi cùm benefécerís ei.

Introíbit uſque in progénies patrum ſuórum; * & uſque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo cùm in honóre eſſet, non intelléxit : * comparátus eſt juméntis inſipiéntibus, & ſímilis factus eſt illis.

Pſalmus 49.

DEus deórum Dóminus locútus eſt, * & vocávit terram à ſolis ortu uſque ad occáſum.

Ex Sion ſpécies decóris ejus.* Deus maniféſtè véniet : Deus noſter, & non ſilébit.

Ignis in conſpéctu ejus exardéſcet; * & in circúitu ejus tempéſtas válida.

Advocábit cœlum deſúrsùm, & terram, * diſcérnere pópulum ſuum.

Congregáte illi ſanctos ejus, * qui órdinant teſtaméntum ejus ſuper ſacrifícia.

Et annuntiábunt cœli juſtítiam ejus, * quóniam Deus júdex eſt.

Audi pópulus meus, & loquar; Iſraël, & teſtificábor tibi:* Deus Deus tuus ego ſum.

Non in ſacrifíciis tuis árguam te; * holocaúſta autem tua in conſpéctu meo ſunt ſemper.

Non accípiam de domo tua vítulos, * neque de grégibus tuis hircos;

Quóniam meæ ſunt omnes feræ ſilvárum, * juménta in móntibus, & boves.

Cognóvi ómnia volatília cœli; * & pulcritúdo agri mecum eſt.

Si eſuríero, non dicam tibi:* meus eſt enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Nunquid manducábo carnes taurórum, * aut ſánguinem hircórum potábo?

Immola Deo ſacrifícium laudis, * & redde Altíſſimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis :* éruam te, & honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus:* Quare tu enárras juſtítias meas, & aſſúmis teſtaméntum meum per os tuum?

Tu verò odíſti diſciplínam,* & projecíſti ſermónes meos retrórsùm.

Si vidébas furem, currébas cum eo; * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítiâ,* & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsùs fratrem tuum loquebáris, & advérsùs fílium matris tuæ ponébas ſcándalum: * hæc fecíſti, & tácui.

Exiſtimáſti iníquè quòd ero tuî símilis: * árguam te, & ſtátuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc qui obliviſcímini Deum; * nequándo rápiat, & non ſit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me: * & illic iter, quo oſténdam illi ſalutáre Dei.

Ant. Invoca me in die tribulatiónis: éruam te, & honorificábis me. *Pſ.* 49. 16.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Os meum.

Pſalmus 50.

MIſerére meî Deus * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam;

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me:

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci, * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexíſti: * incérta & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

Aſpérges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, * & ſpíritum rectum innova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua;* & ſpíritum ſanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; * & ſpíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas;* & impii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries;* & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrificium, dedíſſem útique; * holocaúſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus; * cor contrítum & humiliátum Deus non deſpícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrificium juſtítiæ, oblatiónes & holocaúſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Pſalmus 51.

QUid gloriáris in malítia,* qui potens es in iniquitáte?

Totâ die injuſtítiam cogitávit lingua tua: * ſicut novácula acúta fecíſti dolum.

Dilexíſti malítiam ſuper benignitátem, * iniquitátem magis quàm loqui æquitátem.

Dilexíſti ómnia verba præcipitatiónis, * *lingua dolóſa.*

Proptérea Deus déſtruet te in finem, * evéllet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo; & radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt juſti, & timébunt; & ſuper eum ridébunt, & dicent: * Ecce homo, qui non póſuit Deum adjutórem ſuum.

Sed ſperávit in multitúdine divitiárum ſuárum; * & præváluit in vanitáte ſua.

Ego autem ſicut olíva fructífera in domo Dei; * ſperávi in miſericórdia Dei in ætérnum, & in ſéculum ſéculi.

Confitébor tibi in ſéculum, quia fecíſti; * & expectábo nomen tuum, quóniam bonum eſt in conſpéctu ſanctórum tuórum.

Pſalmus 52.

DIxit inſipiens in corde ſuo: * Non eſt Deus.

Corrúpti ſunt, & abomináblies facti ſunt in iniquitátibus: * non eſt qui fáciat bonum.

Deus de cœlo proſpéxit ſuper fílios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt; * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Nonne ſcient omnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus diſſipávit oſſa eórum qui homínibus placent: * confúſi ſunt, quóniam Deus ſprevit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraël? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſraël.

Ant. Os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50. 17.

Poſt Epiph. ℣. In die clamávi & nocte coram te. ℟. Intret in conſpéctu tuo orátio mea. *Pſ.* 87. 1. 2.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt. Epiph. ℣. *Sacerdotalis*, Dóminus excélſus, terríbilis; ℟. Rex magnus ſuper omnem terram. *Pſ.* 46. 2.

Ant. 6. F. Confitébor.

Pſalmus 53.

DEus in nómine tuo ſalvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus exaúdi oratiónem meam, * aúribus pércipe verba oris mei:

Quóniam aliéni inſurrexérunt advérsùm me, & fortes quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt Deum ante conſpéctum ſuum.

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus ſuſcéptor eſt ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis, * & in veritáte tua diſpérde illos.

Voluntáriè ſacrificábo tibi; * *& confitébor* nómini tuo Dó*mine, quóniam* bonum eſt.

Quóniam ex (
tióne eripuíſti m
inimícos meos d(
meus.

Ant. Confitéb
Dómine, quóni
v. 8.

Ant. 1. *a.* Ad D

Pſalmu.

EXaúdi Deu
meam, & 1
deprecatiónem r
ténde mihi, & e

Contriſtátus ſ
tatióne mea, * &
ſum à voce inimí
latióne peccatór

Quóniam déc
me iniquitátes;
léſti erant mihi.

Cor meum co
in me, * & form
cidit ſuper me.

Timor & tre
ſuper me; * & cc
ténebræ.

Et dixi: Qu
pennas ſicut co
volábo, & requ

Ecce elongáv
manſi in ſolitúc

Expectábam
vum me fecit à p
ſpíritûs, * & ten

Præcípita Dc
linguas eórum
vidi iniquitáten
dictiónem in civ

Die ac noct
eam ſuper mur
tas; * & labor i
& injuſtitia;

Et non defécit de platéis ejus * uſúra, & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixíſſet mihi, * ſuſtinuíſſem útique:

Et ſi is qui óderat me, ſuper me magna locútus fuíſſet, * abſcondíſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò homo unánimis, * dux meus, & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiébas cibos; * in domo Dei ambulávimus cum conſénſu.

Véniat mors ſuper illos, * & deſcéndant in inférnum vivéntes:

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum, * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi; * & Dóminus ſalvábit me.

Ant. Ad Deum clamávi; & Dóminus ſalvábit me. *v.* 17.

Ant. 8. G. Jacta.

Diviſio Pſalmi 54.

VEſperè, & manè, & merídie narrábo, & annuntiábo; * & exaúdiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropínquant mihi; * quóniam inter multos erant mecum.

Exaúdiet Deus, & humiliábit illos, * qui eſt ante ſécula.

Non enim eſt illis commutátio, & non timuérunt Deum:* extendit manum ſuam in retribuéndo.

Contaminavérunt teſtaméntum ejus, diviſi ſunt ab ira vultûs ejus, * & appropinquávit cor illíus.

Mollíti ſunt ſermónes ejus ſuper óleum, * & ipſi ſunt jácula.

Jacta ſuper Dóminum curam tuam, & ipſe te enútriet: * non dabit in ætérnum fluctuatiónem juſto.

Tu verò Deus dedúces eos * in púteum intéritûs.

Viri ſánguinum, & dolóſi non dimidiábunt dies ſuos: * ego autem ſperábo in te Dómine.

Ant. Jacta ſuper Dóminum curam tuam, & ipſe te enútriet. *v.* 23.

Ant. 8. G. Non eſt ſanctus.

Canticum Annæ.

1. *Reg.* 2. 1. *ad* 10.

EXultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum eſt cornu meum in Deo meo.

Dilatátum eſt os meum ſuper inimícos meos; * quia lætáta ſum in ſalutári tuo.

Non eſt ſanctus, ut eſt Dóminus; neque enim eſt álius extra te; * & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Nolíte multiplicáre loqui ſublímia, * gloriántes.

Recédant vétera de ore veſtro; quia Deus ſcientiárum Dóminus eſt, * & ipſi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium ſuperátus eſt, * & infirmi accíncti ſunt róbore.

Repléti priùs, pro pánibus ſe locavérunt; * & famélici ſaturáti ſunt,

Donec ſtérilis péperit plúrimos; * & quæ multos habébat fílios, infirmáta eſt.

Dóminus mortíficat & vivíficat, * dedúcit ad ínferos & redúcit.

Dóminus paúperem facit & ditat; * humíliat & ſúblevat.

Súſcitat de púlvere egénum, * & de ſtércore élevat paúperem,

Ut sédeat cum princípibus,* & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim ſunt cárdines terræ, * & póſuit ſuper eos orbem.

Pedes ſanctórum ſuórum ſervábit, & impii in ténebris conticéſcent; * quia non in fortitúdine ſua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus, * & ſuper ipſos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, * & dabit impérium regi ſuo, & ſublimábit cornu Chriſti ſui.

Ant. Non eſt ſanctus, ut eſt Dóminus; neque enim eſt álius extra te. *v.* 3.

[*In Feſtis, locò ſuperioris Cantici, dicitur ſequens*

Canticum. Tob. 13. 1. *ad* 10.

Magnus es Dómine in ætérnum, * & in ómnia ſæcula regnum tuum:

Quóniam tu flagéllas, & ſalvas: dedúcis ad ínferos & redúcis: * & non eſt qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino filii Iſraël, * & in conſpéc[...] tium laudáte eum:

Quóniam ídeo diſp[...] inter gentes, quæ i[...] eum, * ut vos enarrét[...] bília ejus,

Et faciátis ſcire eos non eſt álius Deus o[...] tens præter eum.

Ipſe caſtigávit nos iniquitátes noſtras: * ſalvábit nos propter mi[...] diam ſuam.

Aſpícite ergo quæ fe[...] bíſcum, & cum timór[...] móre confitémini illi [...] gémque ſeculórum ex[...] opéribus veſtris.

Ego autem in terra [...] tátis meæ confitébor quóniam oſténdit maj[...] ſuam in gentem pecca[...]

Convertímini itaque [...] tóres, & fácite juſtiti[...] ram Deo, * credénte fáciat vobíſcum miſeric[...] ſuam.

Ego autem, & ánim[...] in eo lætábimur.

Benedícite Dóminu[...] nes elécti ejus: * ági[...] lætítiæ, & confitémi[...]

Ant. 7. a. Laudáte

Pſalmus Laudum 1[...]

Laudáte Dóminum [...] ctis ejus; * laudáte firmaménto virtútis ejus

Laudáte eum in vir[...] ejus; * laudáte eum dùm multitúdinem m[...] dinis ejus.

Laudáte eum in ſono

eum in pſaltério &

láte eum in tympano &
* laudáte eum in chor-
rgano.
láte eum in cymbalis
nántibus, laudáte eum
palis jubilatiónis: * om-
itus laudet Dóminum.
Laudáte eum in virtú-
ius. *v.* 2.
tulum. Gal. 6.9.10.
um faciéntes, non defi-
nus: témpore enim ſuo
us non deficiéntes. Ergo
mpus habémus, operé-
num ad omnes, máxi-
em ad doméſticos fídei.

Hymnus.

ÓRA lucem próvehit,
edant ténebræ lúmini;
novæ dilúculum
precándum cónvocat.
REMA Chriſte cláritas,
ſpes mortálium,
ce totâ córdibus
dat alma véritas.
nens anhélans ámbiat,
is colat, ſperans amet;
ĉta cœli cœtibus,
e nunquam déſinat.
Patri ſit glória,
e ſoli Fílio,
e ſancte-Spíritus,
npitérna ſécula.
nen.
xultábo manè miſeri-
n tuam; ℟. Quia factus
ptor meus. *Pſ.* 58. 17.
Benedíctus, *Ant.* 7. a.
cornu *ſalútis nobis, in*
avid púeri ſui. Luc. 1. 69.

Preces quando dicuntur, & *Suffragia, ut infrà poſt Veſperas Sabbati.*

AD PRIMAM.

Poſt Epiph. Ant. 3. g. Clamábo.

Pſalmus 55.

MISERÉRE meî Deus quóniam conculcávit me homo: * totâ die impúgnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die; * quóniam multi bellántes advérsùm me.

Ab altitúdine diéi timébo: * ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos, in Deo ſperávi: * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabántur; * advérsùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abſcóndent: * ipſi calcáneum meum obſervábunt.

Sicut ſuſtinuérunt ánimam meam, pro níhilo ſalvos fácies illos: * in ira pópulos confrínges.

Deus vitam meam annuntiávi tibi; * poſuíſti lácrymas meas in conſpéctu tuo, ſicut & in promiſſióne tua.

Tunc converténtur inimíci mei retrórsùm, * in quacúnque die invocávero te, ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo ſermónem: * in Deo ſperávi, non timèbo quid fáciat mihi homo.

In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam, * laudatiónes tibi.

Quóniam eripuíſti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapſu; * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Pſalmus 56.

MIſerére meî Deus, miſerére meî; * quóniam in te confídit ánima mea;

Et in umbra alárum tuárum ſperábo * donec tránſeat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíſſimum, * Deum qui benefécit mihi.

Miſit de cœlo, & liberávit me; * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Miſit Deus miſericórdiam ſuam, & veritátem ſuam, * & erípuit ánimam meam de médio catulórùm leónum; dormívi conturbátus.

Fílii hóminum dentes eórum arma & ſagíttæ, * & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre ſuper cœlos Deus, * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis, * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam, * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum; * cantábo, & pſalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge pſaltérium & cíthara; * exúrgam dilúculò.

Confitébor tibi in p[...] Dómine, * & pſalmum [...] tibi in géntibus.

Quóniam magnificá[...] uſque ad cœlos miſeric[...] tua, * & uſque ad nubes [...]tas tua.

Exaltáre ſuper cœlos D[...] & ſuper omnem terram [...] tua.

Pſalmus 57.

SI verè útique juſtítiar[...] químini, * recta juc[...] fílii hóminum.

Etenim in corde iniqui[...] operámini in terra, * in[...]tias manus veſtræ concín[...]

Alienáti ſunt peccató[...] vulva, erravérunt ab úte[...] locúti ſunt falſa.

Furor illis ſecúndùm [...]litúdinem ſerpéntis; * [...] áſpidis ſurdæ, & obtur[...] aures ſuas,

Quæ non exaúdiet vo[...] incantántium, * & ve[...] incantántis ſapiénter.

Deus cónteret dentes [...]rum in ore ipsórum; * n[...] leónum confrínget Dómir[...]

Ad níhilum devénient [...] quam aqua decúrrens: * [...]téndit arcum ſuum done[...] firméntur.

Sicut cera quæ fluit, [...]réntur: * ſupercécidit ig[...] & non vidérunt ſolem.

Priúſquam intellígerent [...]næ veſtræ rhamnum, * [...] vivéntes, ſic in ira absó[...] eos.

Lætábitur juſtus cùm v[...]

1; * manus ſuas
ſánguine pecca-

ımo, ſi útique eſt
, * útique eſt Deus
in terra.
h. Antiph. Cla-
eum altíſſimum,
beneſécit mihi.

ERTIAM.
.Ant. 8. G. Deus

lmus 58.
me de inimícis
Deus meus, * &
ſurgéntibus in me

de operántibus
, * & de viris sán-
ı me.
e cepérunt áni-
, * irruérunt in me

íquitas mea, ne-
m meum Dómi-
ıiquitáte cucúrri,

ɔccúrſum meum,
tu Dómine Deus
eus Iſraël.
. viſitándas omnes
ın miſereáris óm-
ıperántur iniqui-

ıtur ad véſperam,
iéntur ut canes, *
civitátem.
éntur in ore ſuo,
lábiis eórum; *
s audívit?
ómine deridébis

eos: * ad níhilum dedúces omnes gentes.

Diviſio Pſalmi 58.

FOrtitúdinem meam ad te cuſtódiam, quia Deus ſuſcéptor meus es: * Deus meus, miſericórdia ejus prævéniet me.

Deus oſténdet mihi ſuper inimícos meos, ne occídas eos: * nequándo obliviſcántur pópuli mei.

Diſpérge illos in virtúte tua, * & depóne eos protéctor meus Dómine.

Delíctum oris eorum, ſermónem labiórum ipſórum; * & comprehendántur in ſupérbia ſua:

Et de execratióne & mendácio annuntiabúntur in conſummatióne, * in ira conſummatiónis, & non erunt.

Et ſcient, quia Deus dominábitur Jacob, * & fínium terræ.

Converténtur ad véſperam, & famem patiéntur ut canes, * & circuíbunt civitátem.

Ipſi diſpergéntur ad manducándum; * ſi verò non fúerint ſaturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam, * & exultábo manè miſericórdiam tuam;

Quia factus es ſuſcéptor meus, & refúgium meum, * in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſcéptor meus es, * Deus meus miſericórdia mea.

Pſalmus 59.

DEus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: * irátus es, & miſértus es nobis.

Commovíſti terram, & conturbáſti eam: * ſana contritiónes ejus, quia commóta eſt.

Oſtendíſti pópulo tuo dura; * potáſti nos vino compunctiónis.

Dedíſti metuéntibus te ſignificatiónem; * ut fúgiant à fácie arcûs,

Ut liberéntur dilécti tui: * ſalvum fac dexterâ tuâ, & exaúdi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo; * lætábor & partíbor Síchimam, & convállem tabernaculórum metíbor.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manáſſes, * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei;

Juda rex meus, * Moab olla ſpei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum; * mihi alienígenæ ſúbditi ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repuliſti nos, * & non egrediéris Deus in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem, * & ipſe ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

Poſt Epiph. Ant. Deus meus, miſericórdia ejus [
me. *Pſ.* 58. 11.

AD SEXT

Poſt Epiph. Ant. 3. *g.*

Pſalmus 60

EXaúdi Deus
tiónem mean
de oratióni m

A finibus terræ
mávi, dum anxiar
meum, * in petra ex

Deduxíſti me, qu
es ſpes mea, * turris
nis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tal
tuo in ſécula, * pr
velaménto alárum tu

Quóniam tu De
exaudíſti oratiónem
dedíſti hereditátem ti
nomen tuum.

Dies ſuper dies r
cies, * annos ejus
diem generatiónis &
tiónis.

Pérmanet in æté
conſpéctu Dei: * n
diam & veritátem
requíret?

Sic pſalmum dicar
tuo in ſéculum ſéculi
dam vota mea de die i

Pſalmus 61.

NOnne Deo ſub
ánima mea? *
enim ſalutáre meum

Nam & ipſe Deu
& ſalutáris meus,
meus; * non movè
pliùs.

Quoúſque irrúitis
nem? * interficitis

unquam parieti inclinánacériæ depúlſæ ?

ntamen prétium meum érunt repéllere, cucúri : * ore ſuo benedicé; corde ſuo maledicé-

intamen Deo ſubjécta iima mea ; * quóniam patiéntia mea.

ı ipſe Deus meus, & r meus,* adjútor meus, ıigrábo.

)eo ſalutáre meum, & mea ; * Deus auxílii & ſpes mea in Deo eſt.

áte in eo omnis con- o pópuli, effúndite illo corda veſtra : * ıdjútor noſter in ætér-

ntamen vani fílii hó-, mendáces fílii hómiı ſtatéris, * ut decí-)ſi de vanitáte in idíp-

:e ſperáre in iniquitá- rapínas nolíte concu- : * divítiæ ſi áffluant, :or appónere.

l locútus eſt Deus, duo ſívi ; quia poteſtas Dei ibi Dómine miſericór-ıia tu reddes unicuíque pera ſua.

Pſalmus 63.

ídi Deus oratiónem ım cùm déprecor : * à inimíci éripe ánimam

:exíſti *me à convén- mántium, * à multi-* túdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas ſuas ; * intendérunt arcum rem amáram, ut ſagíttent in occúltis immaculátum.

Súbitò ſagittábunt eum, & non timébunt : * firmavérunt ſibi ſermónem nequam.

Narravérunt ut abſcónderent láqueos : * dixérunt : Quis vidébit eos ?

Scrutáti ſunt iniquitátes ; * defecérunt ſcrutántes ſcrutínio.

Accédet homo ad cor altum ; * & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ ſunt plagæ eórum ; * & infirmátæ ſunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti ſunt omnes qui vidébant eos, * & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur juſtus in Dómino, & ſperábit in eo : * & laudabúntur omnes recti corde.

Poſt Epiph. Ant. Prótegar in velaménto alárum tuárum Dómine, *Pſ.* 60. 4.

AD NONAM.

Poſt Epiph. Ant. 4. E. Omnis terra.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion ; * & tibi reddétur votum in Jeruſalem.

Exaúdi oratiónem meam ; * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos ; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegíſti, & aſſumpsíſti ; * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ : * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtiâ : * qui contúrbas profúndum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis : * éxitus matutíni & véſperè delectábis.

Viſitáſti terram, & inebriáſti eam ; * multiplicáſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis : * paráſti cibum illórum, quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus ; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ ; * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéſcent ſpecióſa deſérti, * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti ſunt aríetes óvium, & valles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Pſalmus 65.

JUbiláte Deo omnis terra ; pſalmum dícite nómini ejus, * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo : Quàm terribília ſunt ópera tua Dómine ! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi, * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei : * terríbilis in consíliis ſuper fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede : * ibi lætábimur in ipſo.

Qui dominátur in virtúte ſua in ætérnum ; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt : * qui exáſperant, non exaltÉntur in ſemetípſis.

Benedícite gentes Deum noſtrum, * & audítam fácite vocem laudis ejus ;

Qui póſuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probáſti nos Deus ; * igne nos examináſti, ſicut examinátur argéntum.

Induxíſti nos in láqueum, poſuíſti tribulatiónes in dorſo noſtro, * impoſuíſti hómines ſuper cápita noſtra.

Transívimus per ignem & aquam, * & eduxíſti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocaúſtis ; * reddam tibi

vota mea, quæ diſtinxérunt lábia mea:

Et locútum eſt os meum * in tribulatióne mea.

Holocaúſta medulláta ófferam tibi cum incénſo aríetum, * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamávi, * & exaltávi ſub lingua mea.

Iniquitátem ſi aſpéxi in corde meo, * non exaúdiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, & miſericórdiam ſuam à me.

Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî,

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus, * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes; * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Poſt Epiph. Ant. Omnis terra adóret te, & pſallat tibi, pſalmum dicat nómini tuo. *Pſ.* 65. 3.

AD VESPERAS.

Ant. 7. a. Niſi Dóminus.

Pſalmus 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere: * ſúrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis ſuis ſomnum, * ecce herédítas Dómini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut ſagíttæ in manu poténtis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta,

Ant. Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam. *v.* 2.

Ant. 2. D. Beáti omnes.

Pſalmus 127.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abúndans,* in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui ſicut novéllæ olivárum, * in circúitu menſæ tuæ:

Ecce ſic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ;

Et vídeas filios filiórum tuórum; * pacem ſuper Iſraël.

Ant. Beáti omnes qui timent Dóminum. *v.* 1.

Ant. 8. c. Confundántur.

Pſalmus 128.

SÆpe expugnavérunt me à juventúte mea,* dicat nunc Iſraël,

Sæpe expugnavérunt me à juventúte mea, * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres,* prolongavérunt iniquitátem ſuam.

Dóminus juſtus concídit cervíces peccatórum: * confundántur & convertántur retrórsùm omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectórum, * quod priúſquam evellátur, exáruit;

De quo non implévit manum ſuam qui metit,* & ſinum ſuum qui manípulos cólligit:

Et non dixérunt qui prætéribant: Benedíctio Dómini ſuper vos, * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Ant. Confundántur & convertántur retrórsùm omnes qui odérunt Sion. *v.* 5.

Ant. 2. *D.* Sperávit.

Pſalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine; * Dómine exaúdi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris Dómine, * Dómine quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt: * & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus; * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia,* & copióſa apud eum redémptio:

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Sperávit ánima mea in Dómino. *v.* 5.

Ant. 1. *a.* Speret.

Pſalmus 130.

DOmine non eſt exaltátum cor meum, * neque eláti ſunt óculi mei;

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam, * ſed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus eſt ſuper matre ſua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſraël in Dómino * ex

& uſque in ſéculum.
›eret Iſraël in Dó-
;.
m. 2. *Theſſ.* 3. 5.
nus dírigat corda
a in caritáte Dei,
:a Chriſti.

Hymnus.

A M poténti déxterâ
:s poli, quos cón-
lit,
:ur & movet,
óris ártifex!
: A cœlo sídera,
d nutum ſui
ntur cúrſibus,
: annos dírigunt.
qui creávit lúmina,
:et ille ſpléndidus!
: dona cóntulit,
gnus ille díligi!
Patri ſit glória,
oli Fílio,
ánɑe-Spíritus,
érna ſécula. Amen.
tódia matutína uſque
ſperet Iſraël in Dó-
Quia apud Dómi-
icórdia. *Pſ.* 129. 6. 7.
gníficat, *Ant.* 8. G.*
lia ejus à progénie
ies timéntibus eum.

ſi dicenda ſint, &
ut infrà poſt Veſpe-
i.

A QUINTA.
:IUM NOCTURNUM.
rium, Non repél-
nus plebem ſuam:
adorémus. *Pſ.* 94. 6.
e, Veníte, 2.

Hymnus.

DUM noctis umbræ cón-
tegunt
Rerum colóres ómnium,
Nos ante te proſtérnimur,
Qui cuncta ſolus pérſpicis.
Tu prima vota ſúſcipe,
Et noctis in ſiléntio
Te proſequámur aúſpice
Quæ te juvánte cœpimus.
Aufer procul piácula,
Sordéſque mentis áblue,
Largíre Chriſte grátiam
Quæ munda ſervet péctora.
Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſáncte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Date glóriam Deo.

Pſalmus 67.

EXúrgat Deus, & diſſi-pentur inimíci ejus; * & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus:

Sicut déficit fumus, defi-ciant: * ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et juſti epuléntur, & exúl-tent in conſpéctu Dei, * & delecténtur in lætítia.

Cantáte Deo, pſalmum dícite nómini ejus: * iter fácite ei qui aſcéndit ſuper occáſum, Dóminus nomen illi.

Exultáte in conſpéctu ejus; * turbabúntur à fácie ejus, pa-tris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco ſancto ſuo ; * Deus qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, * ſimíliter eos qui exáſperant, qui hábitant in ſepúlcris.

Deus cùm egrederéris in conſpéctu pópuli tui, * cùm pertransíres in desérto,

Terra mota eſt; étenim cœli diſtillavérunt à fácie Dei Sínaï, * à fácie Dei Iſraël.

Plúviam voluntáriam ſegregábis Deus hereditáti tuæ ; * & infirmáta eſt, tu verò perfecíſti eam.

Animália tua habitábunt in ea ; * paráſti in dulcédine tua paúperi, Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus * virtúte multâ.

Rex virtútum diléćti, dilécti ; * & ſpeciéi domûs divídere ſpólia.

Si dormiátis inter médios cleros, * pennæ colúmbæ deargentátæ, & poſterióra dorſi ejus in pallóre auri.

Dum diſcérnit cœléſtis reges ſuper eam, * nive dealbabúntur in Selmon.

Diviſio Pſalmi 67.

MOns Dei, mons pinguis ; * mons coagulátus, mons pinguis :

Ut quid ſuſpicámini montes coagulátos ? * mons in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo, étenim Dóminus *habitábit in finem.*

Currus Dei decem m múltiplex, míllia lætán Dóminus in eis in Si ſancto.

Aſcendíſti in altum, captivitátem ; * accepíſ in homínibus.

Etenim non credént habitáre Dóminum De

Benedíctus Dómir quotídie, * próſperum ciet nobis Deus ſalu noſtrórum.

Deus noſter, Deus faciéndi ; * & Dómini I éxitus mortis.

Verúntamen Deus c get cápita inimicórui rum; * vérticem capílli bulántium in delíctis i

Dixit Dóminus : E convértam, * convért profúndum maris ;

Ut intingátur pes sánguine, * lingua canu rum ex inimícis ab ipſo

Vidérunt ingréſſus Deus, * ingréſſus De Regis mei qui eſt in ſa

Prævenérunt princip júncti pſalléntibus, * in juvenculárum tympa rum.

Altera diviſio Pſalmi

IN eccléſiis benedícite Dómino de fóntibus

Ibi Bénjamin adole lus * in mentis excéſſu.

Príncipes Juda duc rum ; * príncipes Zal príncipes Néphtali.

Manda Deus virtúti

na hoc Deus, quod
ıs es in nobis.
nplo tuo in Jerúſalem,*
϶rent reges múnera.
epa feras arúndinis;
gátio taurórum in vacu-
ulórum, * ut exclúdant
probáti ſunt argénto.
ipa gentes quæ bella
* Vénient legáti ex
o, Æthiópia prævéniet
ejus Deo.
a terræ cantáte Deo, *
Dómino, psállite Deo.
aſcéndit ſuper cœlum
Oriéntem, * ecce da-
i ſuæ vocem virtútis.
: glóriam Deo; * ſuper
magnificéntia ejus, &
ȷjus in núbibus.
bilis Deus in ſanctis
Deus Iſraël ipſe dabit
n & fortitúdinem plebi
ɔenedíctus Deus.
Date glóriam Deo;
raël magnificéntia ejus.

II. NOCTURNO.
1. a. Quærite Deum.
Pſalmus. 68.
ım me fac Deus, * quó-
ı intravérunt aquæ uſ-
ánimam meam.
us ſum in limo pro-
* & non eſt ſubſtántia.
in altitúdinem maris, *
éſtas demérſit me.
rávi clamans, raucæ
nt fauces meæ: * defe-
óculi mei, dum ſpero
m meum.
plicáti ſunt ſuper ca-
Hiemalis.

píllos cápitis mei, * qui odé-
runt me gratis.

Confortáti ſunt qui perſe-
cúti ſunt me inimíci mei in-
júſtè; * quæ non rápui, tunc
exolvébam.

Deus tu ſcis inſipiéntiam
meam, * & delícta mea à te
non ſunt abſcóndita.

Non erubéſcant in me qui
expéctant te Dómine, * Dó-
mine virtútum.

Non confundántur ſuper
me * qui quærunt te, Deus
Iſraël.

Quóniam propter te ſuſtí-
nui oppróbrium, * opéruit
confúſio fáciem meam.

Extráneus factus ſum frá-
tribus meis, * & peregrínus
filiis matris meæ.

Quóniam zelus domûs tuæ
comédit me, * & oppróbria
exprobrántium tibi cecidé-
runt ſuper me.

Et opérui in jejúnio áni-
mam meam, * & factum eſt
in oppróbrium mihi.

Et póſui veſtiméntum meum
cilícium, * & factus ſum illis
in parábolam.

Advérsùm me loquebántur
qui ſedébant in porta, * & in
me pſallébant qui bibébant vi-
num.

Ego verò oratiónem meam
ad te Dómine: * tempus be-
nepláciti Deus.

In multitúdine miſericór-
diæ tuæ exaúdi me, * in veri-
táte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non

inſigar : * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéſtas aquæ, neque abſórbeat me profúndum, * neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Diviſio Pſalmi 68.

EXaúdi me Dómine, quóniam benígna eſt miſericórdia tua ; * ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum réſpice in me.

Et ne avértas fáciem tuam à púero tuo ; * quóniam tríbulor, velóciter exaúdi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam ; * propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meum, & confuſiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conſpéctu tuo ſunt omnes qui tríbulant me : * impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur, & non fuit ; * & qui conſolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in eſcam meam fel, * & in ſiti mea potavérunt me acéto.

Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum, * & in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcuréntur óculi eórum ne vídeant, * & dorſum eórum ſemper incúrva.

Effúnde ſuper eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum deſérta, * & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſſiſti, perſecúti ſunt ; * & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum ; * & non intrent in juſtítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium, * & cum juſtis non ſcribántur.

Altera diviſio Pſalmi 68.

EGo ſum pauper & dolens : ſalus tua Deus, ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo ſuper vítulum novéllum, * córnua producéntem & úngulas.

Vídeant paúperes, & læténtur : * quærite Deum, & vivet ánima veſtra :

Quóniam exaudívit paúperes Dóminus, * & vinctos ſuos non deſpéxit.

Laudent illum cœli & terra, * mare, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus ſalvam fáciet Sion, * & ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * & hereditáte acquírent eam.

Et ſemen ſervórum ejus poſſidébit eam, * & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Ant. Quærite Deum, & vivet ánima veſtra. ℣. 33.

I. NOCTURNO.
;. *a.* Dómine.
Pſalmus 69.
in adjutórium meum
ṡnde, * Dómine ad
ium me feſtína.
ındántur & revereán-
|ui quærunt ánimam

tántur retrórsùm &
nt, * qui volunt mihi

ıntur ſtatim erubeſ-
* qui dicunt mihi:
ıuge.
ınt & læténtur in te
ui quærunt te; * &
ımper: Magnificétur
s, qui díligunt ſalu-
n.
ṡrò egénus & pauper
)eus ádjuva me.
or meus, & liberátor
tu; * Dómine ne mo-

Pſalmus 70.
Dómine ſperávi, non
ıdar in ætérnum: *
a tua líbera me, &
:.
a ad me aurem tuam, *
ıne.
ıihi in Deum prote-
& in locum muní-
t ſalvum me fácias,
niam firmaméntum
* & refúgium meum

meus éripe me de
ccatóris, * & de manu
gem agéntis, & iníqui;
niam tu es patiéntia
mea Dómine, * Dómine ſpes mea à juventúte mea.

In te confirmátus ſum ex útero, de ventre matris meæ tu es protéctor meus; * in te cantátio mea ſemper.

Tanquam prodígium factus ſum multis, * & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, * ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore ſenectútis; * cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi; * & qui cuſtodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicéntes: Deus derelíquit eum, perſequímini, & comprehéndite eum; * quia non eſt qui erípiat.

Deus ne elongéris à me; * Deus meus in auxílium meum réſpice.

Confundántur & defíciant detrahéntes ánimæ meæ; * operiántur confuſióne & pudóre, qui quærunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperábo; * & adjíciam ſuper omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit juſtítiam tuam, * totâ die ſalutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini: * Dómine memorábor juſtítiæ tuæ ſolius.

Deus docuíſti me à juven-

túte mea ; * & uſque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et uſque in ſenéctam & ſénium, * Deus ne derelínquas me.

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra eſt,

Poténtiam tuam, & juſtítiam tuam Deus, uſque in altíſſima, quæ fecíſti magnália : * Deus quis ſímilis tibi?

Quantas oſtendíſti mihi tribulatiónes multas & malas, * & convérſus vivificáſti me, & de abyſſis terræ íterum reduxíſti me.

Multiplicáſti magnificéntiam tuam, * & convérſus conſolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vaſis pſalmi veritátem tuam, Deus ;* pſallam tibi in cíthara, ſanctus Iſraël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi ; * & ánima mea quam redemíſti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur juſtítiam tuam ; * cùm confúſi & revériti fuerint qui quærunt mala mihi.

Pſalmus 71.

DEus judícium tuum regi da, * & juſtítiam tuam fílio regis,

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & paúperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

*Judicábit paúperes pópuli, & ſalvos fáciet fílios paúperum, * & humiliábit calum*niatórem.

Et permanébit cum ſole, & ante lunam, * in generatión & generatiónem.

Deſcéndet ſicut plúvia i vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtil lántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſti tia, & abundántia pacis, * do nec auferátur luna.

Et dominábitur à mari u que ad mare, * & à flúmin uſque ad términos orbis te rárum.

Coram illo prócident Æ thíopes, * & inimíci ejus te ram lingent.

Reges Tharſis, & inſul múnera ófferent ; * reges Ar bum, & Saba dona addi cent.

Et adorábunt eum omne reges terræ ; * omnes gent ſérvient ei :

Quia liberábit paúperem poténte, * & paúperem c non erat adjútor.

Parcet paúperi & ínopi, & ánimas paúperum ſalvas fa ciet.

Ex uſúris & iniquitáte réd met ánimas eórum ; * & ho norábile nomen eórum co ram illo.

Et vivet, & dábitur ei d auro Arábiæ, & adorábu de ipſo ſemper ; * totâ d benedícent ei.

Et erit firmaméntum in ter in ſummis móntium, ſupere tollétur ſuper Líbanum fruct

lorébunt de civitáte
ım terræ.
ıen ejus benedíctum
, * ante ſolem pér-
men ejus.
:dicéntur in ipſo om-
terræ; * omnes gen-
icábunt eum.
ctus Dóminus Deus
qui facit mirabília

:díctum nomen ma-
s in ætérnum; & re-
ıajeſtáte ejus omnis
.at, fiat.
Dómine memorábor
æ ſolíus. *Pſ.* 70. 17.
iph. ℣. Bonum eſt
Dómino, & psállere
o Altíſſime; ℟. Ad
dum manè miſeri-
uam, & veritátem
noctem. *Pſ.* 91. 1. 2.

L A U D E S.

T U T I N A S.

ph. ℣. *Sacerdotalis*,
ıomen Dei cum cán-
Et magnificábo eum
Pſ. 68. 35.
a. Quàm bonus.
ſalmus 72.
bonus Iſraël Deus,*
qui recto ſunt cor-

em penè moti ſunt
ɔenè effúſi ſunt greſ-

lávi ſuper iníquos,*
ccatórum videns:
n eſt reſpéctus mor-
, * *& firmaméntum*
rum:

In labóre hóminum non ſunt, * & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideo ténuit eos ſupérbia; * opérti ſunt iniquitáte, & impietáte ſuâ:

Pródiit quaſi ex ádipe iníquitas eórum; * tranſiérunt in afféctum cordis:

Cogitavérunt, & locúti ſunt nequítiam, * iniquitátem in excélſo locúti ſunt:

Poſuérunt in cœlum os ſuum, * & lingua eórum tranſívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hic, * & dies pleni inveniéntur in eis.

Ant. Quàm bonus Iſraël Deus, his qui recto ſunt corde! *v.* 1.

Ant. 2. D. Labor eſt ante me.

Diviſio Pſalmi 72.

ET dixérunt: Quómodo ſcit Deus, * & ſi eſt ſciéntia in Excélſo?

Ecce ipſi peccatóres, & abundántes in ſéculo * obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo ſine cauſa juſtificávi cor meum, * & lavi inter innocéntes manus meas;

Et fui flagellátus totâ die, * & caſtigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo ſic; * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Exiſtimábam ut cognóſcerem hoc; * labor eſt ante me,

Donec intrem in ſanctuárium Dei, * & intélligam in noviſſimis eórum.

Verúntamen propter dolos posuíſti eis ; * dejecíſti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti ſunt in deſolatiónem ! * ſúbitò defecérunt, periérunt propter iniquitátem ſuam.

Velut ſómnium ſurgéntium, * Dómine in civitáte tua imáginem ipſórum ad níhilum rédiges.

Ant. Labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuárium Dei. *v.* 16. 17.

Ant. 6. F. Deus.

Altera diviſio Pſalmi 72.

QUia inflammátum eſt cor meum, & renes mei commutáti ſunt ; * & ego ad níhilum redáctus ſum, & neſcívi.

Ut juméntum factus ſum apud te ; * & ego ſemper tecum.

Tenuíſti manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxíſti me, * & cum glória ſuſcepíſti me.

Quid enim mihi eſt in cœlo ? * & à te quid vólui ſuper terram ?

Defécit caro mea, & cor meum ; * Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant ſe à te, peribunt ; * perdidíſti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum eſt, * pónere in Dómino Deo ſpem meam ;

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas * in portis fíliæ Sion.

Ant. Deus cordis m
mea Deus in ætérnu
Ant. 5. a. Quis sim
Canticum Mo
Exod. 15. 2. *aa*
CAntémus Dómi
rióſè enim ma
eſt, * equum & aſc
dejécit in mare.
Fortitúdo mea, &
Dóminus, * & factus
in ſalútem.
Iſte Deus meus, &
cábo eum ; * Deus pa
& exaltábo eum.
Dóminus quaſi vir
tor, omnípotens nom
currus Pharaónis, &
tum ejus projécit in
Elécti príncipes e
mérſi ſunt in mari
abyſſi operuérunt eo
cendérunt in profúnd
lapis.
Déxtera tua Dóm
gnificáta eſt in for
déxtera tua Dómine
inimícum ; * & in m
glóriæ tuæ depoſuíſ
ſários tuos.
Miſíſti iram tuam
vorávit eos ſicut ſtí
& in ſpíritu furóris
gregátæ ſunt aquæ.
Stetit unda fluens
gregátæ ſunt abyſſi
mari.
Dixit inimícus : P
& comprehéndam, *
ſpólia, implébitur án
Evaginábo gládium
interfíciet eos manus

Flavit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare; * ſubmérſi ſunt quaſi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tuî in fórtibus Dómine? * quis símilis tuî, magníficus in ſanctitáte, terríbilis, atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendíſti manum tuam, * & devorávit eos terra.

Dux fuíſti in miſericórdia tua * pópulo quem redemíſti;

Et portáſti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum ſanctum tuum.

Aſcendérunt pópuli, & iráti ſunt; * dolóres obtinuérunt habitatóres Philíſthiim.

Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom, robúſtos Moab obtínuit tremor; * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat ſuper eos formído & pavor, * in magnitúdine bráchii tui:

Fiant immóbiles quaſi lapis, donec pertránſeat pópulus tuus Dómine, * donec pertránſeat pópulus tuus iſte, quem poſſedíſti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hereditátis tuæ, * firmíſſimo habitáculo tuo, quod operátus es Dómine:

Sanctuárium tuum Dómine, * quod firmavérunt manus tuæ.

Dóminus regnábit * in ætérnum & ultrà.

Ingréſſus eſt enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare; * & redúxit ſuper eos Dóminus aquas maris:

Fílii autem Iſraël ambulavérunt per ſiccum * in médio ejus.

Ant. Quis ſímilis tuî in fórtibus Dómine? quis ſímilis tuî? *v.* 11.

[*In Feſtis, loco ſuperioris Cantici, dicitur ſequens Canticum.*

1. *Par.* 29. 10 *ad* 13.

BEnedíctus es, Dómine Deus Iſraël patris noſtri, * ab ætérno in ætérnum.

Tua eſt Dómine magnificéntia, * & poténtia, & glória, atque victória; & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo ſunt, * & in terra, tua ſunt:

Tuum Dómine regnum, * & tu es ſuper omnes príncipes.

Tuæ divítiæ, & tua eſt glória: * tu domináris ómnium,

In manu tua virtus & poténtia: * in manu tua magnitúdo, & impérium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, * & laudámus nomen tuum ínclytum.]

Ant. 4. *irreg.* c. Exaltátum eſt.

Pſalmus Laudum 148.

LAudáte Dóminum de cœlis; * laudáte eum in excélſis;

Laudáte eum omnes Angeli ejus; * laudáte eum omnes virtútes ejus;

Laudáte eum ſol & luna; * laudáte eum omnes ſtellæ & lumen;

Laudáte eum cœli cœlórum; * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini,

Quia ipſe dixit, & facta ſunt; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſéculum ſéculi: * præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abyſſi;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes cedri;

Béſtiæ & univérſa pécora, * ſerpéntes & vólucres pennátæ;

Reges terræ & omnes pópuli, * príncipes, & omnes júdices terræ,

Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus laudent nomen Dómini; * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlum & terram; * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus, * fíliis Iſraël, pópulo appropinquánti ſibi.

Ant. Exaltátum eſt nomen ejus ſolíus. Confeſſio ejus ſuper cœlum & terram. *v.* 13 14.

Capitulum.

1. *Cor.* 16. 13. 14.

Vigiláte, ſtate in fide, viríliter ágite, & confortámini; ómnia veſtra in caritáte fiant.

Hymnus.

SURGENS novum mundo diem
Auróra jam prænúntiat:
Chriſtus ſuo verum jubar
Splendóre nos illúminet.

SIC tota decúrrat dies,
Ne lingua peccet, nec manus;
Incaúta nil mens cógitet,
Quod ipſe non probet Deus.

SPECTATOR è cœlis adeſt,
Quem nil latet, qui déſuper
Scrutátur ima péctoris,
Et cuncta præſens áſpicit.

SPERARET incáſſum reus
Celáre poſſe crímina:
Hic teſtis, hic eſt árbiter,
Hunc nemo fallit júdicem.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Filio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. In matutínis meditábor in te; ℟. Quia fuíſti adjútor meus. *Pſ.* 62. 7.

Ad Benedictus, *Ant.* 7. a. Sine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti ſerviámus illi. *Luc.* 1. 74.

Preces, quando dicuntur, & Suffragia, ut infrà poſt Veſperas Sabbati.

AD PRIMAM.

Poſt Epiph. Ant. 8. ç. Quóniam.

Pſalmus 73.

UT quid Deus repuliſti in finem; * irátus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ?

Memor eſto congregatiónis tuæ, * quam poſſedíſti ab inítio.

Redemiſti virgam hereditátis tuæ; * mons Sion, in quo habitáſti in eo.

Leva manus tuas in ſupérbias eórum in finem: * quanta malignátus eſt inimícus in ſancto!

Et gloriáti ſunt qui odérunt te, * in médio ſolemnitátis tuæ.

Poſuérunt ſigna ſua, ſigna, & non cognovérunt, * ſicut in éxitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſilva lignórum ſecúribus excidérunt jánuas ejus in idípſum; * in ſecúri & áſcia dejecérunt eam.

Incendérunt igni ſanctuárium tuum; * in terra polluérunt tabernaculum nóminis tui.

Dixérunt in corde ſuo cognátio eórum ſimul: * Quieſcere faciámus omnes dies feſtos Dei à terra.

Signa noſtra non vídimus; jam non eſt prophéta; * & nos non cognóſcet ámpliùs.

Diviſio Pſalmi 73.

USquequo, Deus, improperábit inimícus? * irrítat adverſárius nomen *tuum in finem?*

Ut quid avértis manum tuam, & déxteram tuam, * de médio ſinu tuo in finem?

Deus autem rex noſter ante ſécula, * operátus eſt ſalútem in médio terræ.

Tu confirmáſti in virtúte tua mare; * contribuláſti cápita dracónum in aquis.

Tu confregíſti cápita dracónis, * dedíſti eum eſcam pópulis Æthíopum.

Tu dirupíſti fontes & torréntes; * tu ſiccáſti flúvios Ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox; * tu fabricátus es auróram & ſolem.

Tu fecíſti omnes términos terræ; * æſtátem & ver tu plaſmáſti ea.

Memor eſto hujus, inimícus improperávit Dómino; * & pópulus inſípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi, * & ánimas paúperum tuórum ne oblivíſcáris in finem.

Réſpice in teſtaméntum tuum; * quia repléti ſunt, qui obſcuráti ſunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúſus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge Deus, júdica cauſam tuam; * memor eſto improperiórum tuórum, eórum quæ ab inſipiénte ſunt totà die.

Ne oblivifcáris voces inimicórum tuórum : * ſupérbia eórum qui te odérunt aſcéndit ſemper.

Pſalmus 74.

CONfitébimur tibi Deus ; * confitébimur, & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua :* cùm accépero tempus, ego juſtítias judicábo.

Liquefácta eſt terra, & omnes qui hábitant in ea ; * ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquis : Nolíte iníquè ágere ; * & delinquéntibus : Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu veſtrum, * nolíte loqui advérsùs Deum iniquitátem.

Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, * neque à deſértis móntibus.

Quóniam Deus judex eſt,* hunc humíliat, & hunc exáltat :

Quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto ; * & inclinávit ex hoc in hoc ;

Verúntamen fæx ejus non eſt exinaníta ; * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in ſéculum ; * cantábo Deo Jacob :

Et ómnia córnua peccatórum confríngam ; * & exaltabúntur córnua juſti.

Poſt Epiph. Ant. Quóniam *Deus judex eſt*, hunc humíliat, *& hunc exáltat. v. 7.*

AD TERTIA

Poſt Epiph. Ant. 8.*G.* Cog

Pſalmus 75.

NOtus in Judæa D in Iſraël magnur men ejus :

Et factus eſt in pace ejus,* & habitátio ejus in

Ibi confrégit poténti cuum, * ſcutum, gládi & bellum.

Illúminans tu mirabíl móntibus ætérnis : * t ſunt omnes inſipiéntes c

Dormiérunt ſomnum ſu & nihil invenérunt omn divitiárum in mánibus ſ

Ab increpatióne tua Jacob, * dormitavérun aſcendérunt equos.

Tu terríbilis es, & qu ſíſtet tibi ? * ex tunc ira

De cœlo audítum fecí dícium ; * terra trémui quiévit,

Cum exúrgeret in judí Deus, * ut ſalvos fácere nes manſuétos terræ.

Quóniam cogitátio h nis confitébitur tibi ; * & quiæ cogitatiónis diem f agent tibi.

Vovéte, & réddite Dó Deo veſtro, * omnes circúitu ejus affértis mú

Terríbili, & ei qui ſpíritum príncipum, * bili apud reges terræ.

Pſalmus 76.

VOce meâ ad Dóm clamávi,* voce m Deum, & inténdit mihi

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum; * & non ſum decéptus.

Rénuit conſolári ánima mea; * memor fui Dei, & delectátus ſum, & exercitátus ſum, & defécit ſpíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei; * turbátus ſum, & non ſum locútus.

Cogitávi dies antíquos, * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus ſum nocte cum corde meo, * & exercitábar, & ſcopébam ſpíritum meum.

Nunquid in ætérnum projíciet Deus, * aut non appónet ut complacítior ſit adhuc?

Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcíndet, * à generatióne in generatiónem?

Aut obliviſcétur miſeréri Deus? * aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélſi.

Diviſio Pſalmi 76.

Memor fui óperum Dómini; * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum,

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in ſancto via tua: quis Deus magnus ſicut Deus noſter? * tu es Deus qui facis mirabília.

*Notam feciſti in pópulis virtútem tuam; * redemiſti in* bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob, & Joſeph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ, & timuérunt, * & turbátæ ſunt abyſſi.

Multitúdo ſónitûs aquárum; * vocem dedérunt nubes.

Etenim ſagíttæ tuæ tránſeunt; * vox tonítrui tui in rota;

Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ; * commóta eſt, & contrémuit terra.

In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis multis, * & veſtígia tua non cognoſcéntur.

Deduxíſti, ſicut oves, pópulum tuum * in manu Móyſi & Aáron.

Poſt Epiph. Ant. Cogitávi dies antíquos, & annos ætérnos in mente hábui. *v. 5.*

AD SEXTAM.

Poſt Epiph. Ant. 7. d. Ipſe eſt.

Pſalmus 77.

Atténdite pópule meus legem meam, * inclináte aurem veſtram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum, * loquar propoſitiónes ab inítio.

Quanta audívimus, & cognóvimus ea, * & patres noſtri narravérunt nobis.

Non ſunt occultáta à fíliis eórum * in generatióne áltera,

Narrántes laudes Dómini, & virtútes ejus, * & mirabília ejus quæ fecit.

Et ſuſcitávit teſtimónium in

Jacob,* & legem póſuit in Iſraël.

Quanta mandávit pátribus noſtris nota fácere ea filiis ſuis,* ut cognóſcat generátio áltera.

Filii qui naſcéntur, & exúrgent,* & narrábunt filiis ſuis,

Ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non oblíviſcántur óperum Dei,* & mandáta ejus exquírant.

Ne fiant ſicut patres eórum,* generátio prava & exáſperans;

Generátio quæ non diréxit cor ſuum,* & non eſt créditus cum Deo ſpíritus ejus.

Prima diviſio Pſalmi 77.

FIlii Ephrem intendéntes & mitténtes arcum,* convérſi ſunt in die belli.

Non cuſtodiérunt teſtaméntum Dei,* & in lege ejus noluérunt ambuláre:

Et oblíti ſunt benefactórum ejus,* & mirabílium ejus quæ oſténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægypti,* in campo Táneos.

Intérrúpit mare, & perdúxit eos,* & ſtátuit aquas quaſi in utre.

Et dedúxit eos in nube diéi,* & totâ nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in erémo,* & adaquávit eos velut in abyſſo multa.

Et edúxit aquam de petra,* & dedúxit tanquam flúmina aquas.

Et appoſuérunt adhuc peccáre ei,* in iram excitavérunt Excélſum in inaquóſo.

Et tentavérunt Deum in córdibus ſuis,* ut péterent eſcas animábus ſuis.

Et malè locúti ſunt de Deo;* dixérunt: Nunquid póterit Deus paráre menſam in deſérto?

Quóniam percuſſit petram, & fluxérunt aquæ,* & torréntes inundavérunt.

Nunquid & panem póterit dare,* aut paráre menſam pópulo ſuo?

Ideo audívit Dóminus, & diſtulit;* & ignis accénſus eſt in Jacob, & ira aſcéndit in Iſraël:

Quia non credidérunt in Deo,* nec ſperavérunt in ſalutári ejus.

Et mandávit núbibus déſuper,* & jánuas cœli apéruit,

Et pluit illis manna ad manducándum,* & panem cœli dedit eis:

Panem Angelórum manducávit homo;* cibária miſit eis in abundántia.

Secunda diviſio Pſalmi 77.

TRánſtulit Auſtrum de cœlo,* & indúxit in virtúte ſua Africum:

Et pluit ſuper eos ſicut púlverem carnes,* & ſicut arénam maris volatília pennáta;

Et cecidérunt in médio ca-

ı eórum, * circa taber-
eórum:
anducavérunt, & ſatu-
t nimis, & deſidérium
áttulit eis; * non ſunt
à deſidério ſuo.
c eſcæ eórum erant in
órum, * & ira Dei
: ſuper eos:
cídit pingues eórum, *
ɔs Iſraël impedívit.
ınibus his peccavérunt
* & non credidérunt
bílibus ejus.
efecérunt in vanitáte
rum, * & anni eórum
tinatióne.
occíderet eos, quæré-
m, & revertebantur, *
ulò veniébant ad eum.
rememoráti ſunt quia
djútor eſt eórum, * &
xcélſus redémptor eó-
.
ilexérunt eum in ore
& linguâ ſuâ mentíti
:
utem eórum non erat
cum eo, * nec fidéles
ınt in teſtaménto ejus.
autem eſt miſéricors,
ıtius fiet peccátis eó-
& non diſpérdet eos.
ɔundávit ut avérteret
ım, * & non accéndit
iram ſuam:
ecordátus eſt quia caro
ſpíritus vadens; &
liens.
Epiph. Ant. Ipſe eſt mi-
, & propítius fiet pec-
. 38.

AD NONAM.

Poſt Epiph. Ant. 3. c. Dedúxit.

Tertia diviſio Pſalmi 77.

Quóties exacerbavérunt eum in deſérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóſo?

Et convérſi ſunt, & tentavérunt Deum, * & ſanctum Iſraël exacerbavérunt.

Non ſunt recordáti manûs ejus * die quâ redémit eos de manu tribulántis.

Sicut póſuit in Ægypto ſigna ſua, * & prodígia ſua in campo Táneos.

Et convértit in ſánguinem flúmina eórum, * & imbres eórum ne bíberent.

Miſit in eos cœnomyïam, & comédit eos; * & ranam, & diſpérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum, * & labóres eórum locúſtæ.

Et occídit in grándine víneas eórum, * & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini juménta eórum, * & poſſeſſiónem eórum igni.

Miſit in eos iram indignatiónis ſuæ, indignatiónem, & iram, & tribulatiónem; * immiſſiónes per ángelos malos.

Viam fecit ſémitæ iræ ſuæ, & non pepércit à morte animábus eórum; * & juménta eórum in morte conclúſit.

Et percúſſit omne primogénitum in terra Ægypti, * pri-

mitias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Quarta diviſio Pſalmi 77.

ET ábſtulit ſicut oves pópulum ſuum, * & perdúxit eos tanquam gregem in deſérto.

Et dedúxit eos in ſpe, & non timuérunt; * & inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem ſanctificatiónis ſuæ, * montem quem acquisívit déxtera ejus.

Et ejécit à fácie eórum gentes, * & ſorte divíſit eis terram in funiculo diſtributiónis;

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum * tribus Iſraël.

Et tentavérunt, & exacerbavérunt Deum excélſum, * & teſtimónia ejus non cuſtodiérunt.

Et avertérunt ſe, & non ſervavérunt pactum quemádmodum patres eórum: * convérſi ſunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus ſuis, * & in ſculptílibus ſuis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, & ſprevit; * & ad níhilum redégit valde Iſraël.

Et répulit tabernáculum Silo; * tabernáculum ſuum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum, * & pulcritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúſit in gládio pópulum ſuum, * & hereditátem ſuam ſprevit.

Júvenes eórum comédit ignis; * & vírgines eó ſunt lamentátæ.

Sacerdótes eórum i cecidérunt; * & vídu non plorabántur.

Ultima diviſio Pſal

ET excitátus eſt t dórmiens Dóminu quam potens crapu vino:

Et percúſſit inimíc in poſterióra, * opp ſempitérnum dedit il

Et répulit taberı Joſeph, * & tribum] non elégit:

Sed elégit tribum montem Sion quem d

Et ædificávit ſicut nium ſanctificium ſuu ra, * quam fundávit ir

Et elégit David ſuum, * & ſúſtulit eun gibus óvium:

De poſt fœtántes eum * páſcere Jacob ſuum, & Iſraël her ſuam.

Et pavit eos in in cordis ſui, * & in inte mánuum ſuárum ded

Poſt Epiph. Ant. De in ſpe, & non timuér 77. 53.

AD VESPE

Ant. 1. f. Sacerdót

Pſalmus 131.

MEménto David, * & manſuetúdi

Sicut jurávit Dómi tum vovit Deo Jacob

:roíero in tabernácu-
iûs meæ ; * ſi aſcén-
lectum ſtrati mei ;
dero ſomnum óculis
& palpebris meis dor-
.em ;
·équiem tempóribus
.onec invéniam locum
› tabernáculum Deo

; audívimus eam in
, * invénimus eam in
ſilvæ.
›ibimus in tabernácu-
s , * adorábimus in
›i ſtetérunt pedes ejus.
: Dómine in réquiem
tu & arca ſanctifica-
æ.
lótes tui induántur ju-
* & ſancti tui exúl-

:rDavid ſervum tuum*
rtas fáciem Chriſti tui.
it Dóminus David ve-
, & non fruſtrábitur
De fructu ventris tui
ſuper ſedem tuam.
łodiérint filii tui teſta-
ı meum , * & teſti-
mea hæc quæ docébo

ii eórum uſque in ſé-
ſedébunt ſuper ſedem

ıiam elégit Dóminus
· elégit eam in habita-
ſibi.
réquies mea in ſécu-
:uli ; * hîc habitábo ,
n elégi *eam.*
n ejus benedícens be-
nedícam ;* paúperes ejus ſa-
turábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam ſa-
lutári ;* & ſancti ejus exulta-
tióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu Da-
vid,* parávi lucérnam Chriſto
meo.

Inimícos ejus índuam con-
fuſióne ;* ſuper ipſum autem
efflorébit ſanctificátio mea.

Ant. Sacerdotes tui induán-
tur juſtítiam. *v.* 9.

Ant. 1. *a.* Quàm bonum.

Pſalmus 132.

ECce quàm bonum , & quàm jucúndum , * habi-
táre fratres in unum !

Sicut unguéntum in cápite ,
quod deſcéndit in barbam ,
barbam Aáron ; * quod deſ-
céndit in oram veſtiménti
ejus ,

Sicut ros Hermon , * qui
deſcéndit in montem Sion :

Quóniam illic mandávit Dó-
minus benedictiónem , * & vi-
tam uſque in ſéculum.

Ant. Quàm bonum, & quàm
jucúndum, habitáre fratres in
unum ! *v.* 1.

Ant. 3. *g.* Omnia.

Pſalmus 134.

LAudáte nomen Dómini,* laudáte ſervi Dóminum ,

Qui ſtatis in domo Dómi-
ni , * in átriis domûs Dei
noſtri.

Laudáte Dóminum , quia
bonus Dóminus; * psállite nó-
mini ejus , quóniam ſuáve :

Quóniam Jacob elégit ſi-

Dóminus, * Iſraël in poſſeſſiónem ſibi:

Quia ego cognóvi quòd magnus eſt Dóminus, * & Deus noſter præ ómnibus diis.

Omnia quæcúnque vóluit, Dóminus fecit * in cœlo, & in terra, in mari, & in ómnibus abyſſis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ, * fúlgura in plúviam fecit;

Qui prodúcit ventos de theſaúris ſuis; * qui percúſſit primogénita Ægypti ab hómine uſque ad pecus;

Et miſit ſigna & prodígia in médio tuî, Ægypte; * in Pharaónem, & in omnes ſervos ejus.

Qui percúſſit gentes multas, * & occídit reges fortes,

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Baſan, * & ómnia regna Chánaan:

Et dedit terram eórum hereditátem, * hereditátem Iſraël pópulo ſuo.

Dómine nomen tuum in ætérnum; * Dómine memoriále tuum in generatiónem & generatiónem;

Quia judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis deprecábitur.

Simulácra géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquéntur; * óculos habent, & non vidébunt;

Aures habent, & non aúdient; * neque enim eſt ſpíritus in ore ipſórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Iſraël benedícite Dómino; * domus Aáron benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite Dómino; * qui timétis Dóminum benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jeruſalem.

Ant. Omnia quæcúnque vóluit, Dóminus fecit. *v.* 6.

Ant. 2. D. In humilitáte noſtra.

Pſalmus 135.

COnfitéminI Dómino quóniam bonus, * quóniam in ætérnum miſericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum; * confitémini Dómino dominórum;

Qui facit mirabília magna ſolus; * qui fecit cœlos in intelléctu;

Qui firmávit terram ſuper aquas; * qui fecit luminária magna,

Solem in poteſtátem diéi, lunam & ſtellas in poteſtátem noctis.

Qui percúſſit Ægyptum cum primogénitis eórum:

Qui edúxit Iſraël de médio eórum, * in manu poténti & bráchio excélſo:

Qui divíſit mare rubrum in diviſiónes, * & edúxit Iſraël per médium ejus:

Et excúſſit Pharaónem, & virtútem ejus * in mari rubro:

Qui tradúxit pópulum ſuum per deſértum; * qui percúſſit reges magnos:

Et occídit reges fortes, * Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Baſan:

Et dedit terram eórum hereditátem, * hereditátem Iſraël ſervo ſuo:

Quia in humilitáte noſtra memor fuit noſtrì, * & redémit nos ab inimícis noſtris.

Qui dat eſcam omni carni, * confitémini Deo cœli.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in ætérnum miſericórdia ejus.

Ant. In humilitáte noſtra memor fuit noſtrì. *v.* 13.

Ant. 2. *D.* Sédimus.

Pſalmus 136.

SUper flúmina Babylónis illic ſédimus, * & flévimus cùm recordarémur Sion.

In ſalícibus, in médio ejus, * ſuſpéndimus órgana noſtra:

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum;

Et qui abduxérunt nos; * hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tuì Jerúſalem, * oblivióni detur déxtera mea:

Adhæreat lingua mea faúcibus meis, * ſi *non memínero tuì,*

Si non propoſúero Jerúſalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor eſto Dómine filiórum Edom, * in die Jerúſalem;

Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte * uſque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis míſera; * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuíſti nobis:

Beátus qui tenébit, * & allídet parvulos tuos ad petram.

Ant. Sédimus, & flévimus cùm recordarémur Sion. *v.* 1.

Capitulum. 1. *Cor.* 10. 31.

SIve manducátis, ſive bíbitis, ſive áliud quid fácitis; ómnia in glóriam Deì fácite.

Hymnus.

SANCTUS poténter íncubans
Fecúndat undas Spíritus:
Ut Conditóris vox jubet,
Piſces natant, volant aves.

CUM non metant, hos próvido
Nutrit fovétque númine,
Omnéſque, quà poſſunt, Deo
Laudes rependunt débitas.

NOS ſemper ingrátum genus,
Patris tacémus múnera;
Hæret fides, ſpes flúctuat,
Nec ſe polo fert cáritas.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. Ad te clamávi totâ die; ℟. Lætífica ánimam ſervi tui. *Pſ.* 85. 3. 4.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. Depóſuit poténtes de ſede, & exaltávit húmiles. *Luc.* 1. 52.

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, ut infrà poſt Veſperas Sabbati.

FERIA SEXTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Veníte, adorémus, * Et procidámus ante Deum. *Pſ.* 94. 6.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

TU Trinitátis únitas,
Orbem poténter qui regis,
Atténde laudis cánticum
Quod excubántes pſállimus.

QUOT nos, Deus, premant mala,
Quæ méntibus nox íncubet,
Altis vídes è ſédibus;
Medére, tu ſolus potes.

SI fraude luſi dæmonum
In nocte quid delíquimus,
Tuâ poténti grátiâ
Dies renáſcens déleat.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 7. a. In generatiónem.

Pſalmus 78.

DEus venérunt gentes in hereditátem tuam, pollùérunt templum ſanctum tuum, * poſuérunt Jeruſálem in pomórum cuſ diam.

Poſuérunt morticína ſer rum tuórum eſcas volatíli cœli, * carnes ſanctórum t rum béſtiis terræ.

Effudérunt ſánguinem e rum, tánquam aquam, in c cúitu Jeruſálem; * & non e qui ſepelíret.

Facti ſumus oppróbrium cínis noſtris, * ſubſannátio illúſio his qui in circúitu n ſtro ſunt.

Uſquequo Dómine iraſ ris in finem, * accendétur v lut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in gen quæ te non novérunt, * & regna quæ nomen tuum n invocavérunt:

Quia comedérunt Jacob & locum ejus deſolavérun

Ne memíneris iniquitát noſtrárum antiquárum, c antícipent nos miſericór tuæ; * quia paúperes facti mus nimis.

Adjuva nos Deus ſalut noſter, & propter glóriam n minis tui Dómine líbera no & propítius eſto peccátis n ſtris propter nomen tuum;

Ne fortè dicant in gén bus, * Ubi eſt Deus eórum

Et innotéſcat in natiónib coram óculis noſtris * úl ſánguinis ſervórum tuóru qui effúſus eſt.

Intróeat in conſpéctu t gémitus compeditórum: * cúndùm magnitúdinem b

chii tui póſſide filios mortificatórum.

Et redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eórum ; * impropérium ipſórum, quod exprobravérunt tibi Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ, * confitébimur tibi in ſéculum.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábimus laudem tuam.

Pſalmus 79.

QUi regis Iſraël inténde,* qui dedúcis velut ovem Joſeph :

Qui ſedes ſuper Chérubim,* manifeſtáre coram Ephraïm, Bénjamin, & Manáſſe.

Excita poténtiam tuam, & veni, * ut ſalvos fácias nos.

Deus convérte nos ; * & oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus.

Dómine Deus virtútum, * quoúſque iraſcéris ſuper oratiónem ſervi tui ?

Cibábis nos pane lacrymárum,* & potum dabis nobis in lácrymis in menſúra ?

Poſuiſti nos in contradictiónem vicínis noſtris, * & inimíci noſtri ſubſannavérunt nos.

Deus virtútum convérte nos ; * & oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus.

Diviſio Pſalmi 79.

VIneam de Ægypto tranſtuliſti : * ejeciſti gentes, & plantáſti eam.

Dux itíneris fuiſti in conſpéctu ejus ; * plantáſti radíces ejus, & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus,* & arbúſta ejus cedros Dei.

Exténdit pálmites ſuos uſque ad mare, * & uſque ad flumen propágines ejus.

Ut quid deſtruxíſti macériam ejus,* & vindémiant eam omnes qui prætergrediúntur viam ?

Exterminávit eam aper de ſilva, * & ſinguláris ferus depáſtus eſt eam.

Deus virtútum convértere;* réſpice de cœlo, & vide, & viſita víneam iſtam,

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua : * & ſuper filium hóminis quem confirmáſti tibi :

Incénſa igni, & ſuffóſſa ; * ab increpatióne vultûs tui períbunt.

Fiat manus tua ſuper virum déxteræ tuæ, * & ſuper filium hóminis quem confirmáſti tibi.

Et non diſcédimus à te : * vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum convérte nos ; * & oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus.

Ant. In generatiónem & generatiónem annuntiábimus laudem tuam. *Pſ.* 78. 13.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Exultáte.

Pſalmus 80.

EXultáte Deo adjutóri noſtro,* jubiláte Deo Jacob.

Súmite pſalmum, & date

tympanum, * pſaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tubâ, * in inſígni die ſolemnitátis veſtræ:

Quia præcéptum in Iſraël eſt, * & judícium Deo Jacob.

Teſtimónium in Joſeph póſuit illud, cùm exíret de terra Ægypti: * linguam quam non nóverat, audívit.

Divértit ab oséribus dorſum ejus, * manus ejus in cóphino ſerviérunt.

Diviſio Pſalmi 80.

IN tribulatióne invocáſti me, & liberávi te; * exaudívi te in abſcóndito tempeſtátis, probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi pópulus meus, & conteſtábor te: * Iſraël ſi audíeris me, non erit in te Deus recens, neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim ſum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti; * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam, * & Iſraël non inténdit mihi.

Et dimíſi eos ſecúndùm deſidéria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus ſuis.

Si pópulus meus audíſſet me, * Iſraël ſi in viis meis ambuláſſet,

Pro níhilo fórſitan inimícos eórum humiliáſſem, * & ſuper tribulántes eos miſíſſem manum meam.

Inimíci Dómini m
ſunt ei; * & erit tempu
rum in ſǽcula.

Et cibávit eos ex ádip
ménti; * & de petra,
ſaturávit eos.

Pſalmus 81.

DEus ſtetit in ſyn
deórum; * in médi
tem Deos dijúdicat.

Uſquequo judicátis i
tátem; * & fácies peccat
ſúmitis?

Judicáte egéno, & pup
húmilem, & paúperem
ficátè.

Erípite paúperem, * &
num de manu peccatóri
ráte.

Neſciérunt, neque
lexérunt, in ténebris á
lant: * movebúntur
fundaménta terræ.

Ego dixi: Dii eſtis, *
Excélſi omnes.

Vos autem ſicut hó
moriémini, * & ſicut u
princípibus cadétis.

Surge Deus, júdica te
quóniam tu hereditábis
nibus géntibus.

Ant. Exultáte Deo a
noſtro. *Pſ.* 80. 2.

PRO III. NOCTUR

Ant. 5. a. Dómine.

Pſalmus 82.

DEus quis símilis
bi? * ne táceas,
compeſcáris Deus:

Quóniam ecce inimí
ſonuérunt; * & qui o
te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium, * & cogitavérunt advérsùs ſanctos tuos.

Dixérunt: Veníte, & diſperdámus eos de gente; * & non memorétur nomen Iſraël ultrà.

Quóniam cogitavérunt unánimiter ſimul, * advérsùm te teſtaméntum diſpoſuérunt, tabernácula Idumæórum, & Iſmaëlítæ,

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec; * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cum illis; * facti ſunt in adjutórium fíliis Lot.

Fac illis ſicut Mádian, & Siſaræ; * ſicut Jabin in torrénte Ciſſon.

Diſperiérunt in Endor; * facti ſunt ut ſtercus terræ.

Pone príncipes eórum, ſicut Oreb, * & Zeb, & Zebée, & Sálmana.

Omnes príncipes eórum, qui dixérunt: * Hereditáte poſſideámus ſanctuárium Dei.

Deus meus pone illos ut rotam, * & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combúrit ſilvam, * & ſicut flamma combúrens montes,

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua, * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomíniâ, * & quærent nomen tuum Dómine.

Erubéſcant, & conturbéntur in ſéculum ſéculi, * & confundántur, & péreant.

Et cognóſcant quia nomen tibi Dóminus, * tu ſolus altíſſimus in omni terra.

Pſalmus 83.

QUàm dilécta tabernácula tua Dómine virtútum! * concupíſcit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invénit ſibi domum, * & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altária tua Dómine virtútum, * Rex meus, & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua Dómine, * in ſécula ſeculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus eſt auxílium abs te; * aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit in valle lacrymárum, in loco quem póſuit.

Etenim benedictiónem dabit legiſlátor, ibunt de virtúte in virtútem; * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exaúdi oratiónem meam, * aúribus pércipe Deus Jacob.

Protéctor noſter áſpice Deus, * & réſpice in fáciem Chriſti tui:

Quia mélior eſt dies una in átriis tuis * ſuper míllia.

Elégi abjéctus eſſe in domo Dei mei, * magis quàm ha-

bitáre in tabernáculis peccatórum;

Quia miſericórdiam & veritátem díligit Deus, * grátiam & glóriam dabit Dóminus:

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo qui ſperat in te.

Pſalmus 84.

BEnedixíſti Dómine terram tuam, * avertíſti captivitátem Jacob.

Remiſíſti iniquitátem plebis tuæ, * operuíſti ómnia peccáta eórum.

Mitigáſti omnem iram tuam; * avertíſti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus ſalutáris noſter, * & avérte iram tuam à nobis.

Nunquid in ætérnum iraſcéris nobis? * aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus tu convérſus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam, * & ſalutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam,

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertúntur ad cor.

Veruntamen prope timéntes eum ſalutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi, * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit, * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. Dómine virtútum beátus homo qui ſperat in te. *Pſ.* 83. 13.

Poſt Epiph. ℣. In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, ℟. Et nocte cánticum ejus. *Pſ.* 41. 9.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Epiph. ℣. *Sacerdotalis*, Cognóſcant quia nomen tibi Dóminus, ℟. Tu ſolus altíſſimus in omni terra. *Pſ.* 82. 19.

Ant. 6. F. Tu Dómine.

Pſalmus 85.

INclína Dómine aurem tuam, & exaúdi me; * quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam: quóniam ſanctus ſum; * ſalvum fac ſervum tuum Deus meus ſperántem in te.

Miſerére meî Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die; * lætífica ánimam ſervi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi:

Quóniam tu Dómine ſuávis & mitis, * & multæ miſe

ſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe Dómine oratiónem meam, * & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudíſti me.

Non eſt ſímilis tuî in diis Dómine, * & non eſt ſecúndùm ópera tua.

Omnes gentes quaſcúnque feciſti vénient, & adorábunt coram te Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília; * tu es Deus ſolus.

Ant. Tu Dómine ſuávis & mitis, & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te. *v.* 5.

Ant. 7. c. Glorificábo.

Diviſio Pſalmi 85.

Deduc me Dómine in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me, * & eruíſti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui inſurrexérunt ſuper me, & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam; * & non propoſuérunt te in conſpéctu ſuo.

Et tu Dómine Deus miſerátor & miſéricórs, * pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax.

Réſpice in me, & miſerére meî; * da impérium tuum púero tuo, & ſalvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundántur, * quóniam tu Dómine adjuvíſti me, & conſolátus es me.

Ant. Glorificábo nomen tuum in ætérnum. *v.* 12.

Ant. 4. E. Meditátus ſum.

Pſalmus 142.

Domine exaúdi oratiónem meam, aúribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua, * exaúdi me in tua juſtítia;

Et non intres in judícium cum ſervo tuo, * quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens;

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam;

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos séculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus, in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis, * & in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te; * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaúdi me Dómine, * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à

me,* & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam; * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi:* doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in miſericórdia tua diſpérdes inimícos meos;

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis. *v.* 5.

Ant. 7. a. Opéruit cœlos.

Canticum Habacuc.

c. 3. 1. *ad fin.*

DOmine audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine opus tuum * in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies: * cùm irátus fúeris, miſericórdiæ recordáberis.

Deus ab Auſtro véniet, * & ſanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória ejus;* & laudis ejus plena eſt terra.

Splendor ejus ut lux erit,* córnua in mánibus ejus,

Ibi abſcóndita eſt fortitúdo ejus: * ante fáciem ejus ibi mors;

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus: * ſtetit, & menſus eſt terram.

Aſpéxit, & diſſólvit gentes: * & contríti ſunt montes ſéculi.

Incurváti ſunt colles mundi, * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ, * turbabúntur pelles terræ Mádian.

Nunquid in flumínibus irátus es Dómine? * aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui aſcéndes ſuper equos tuos,* & quadrígæ tuæ ſalvátio.

Súſcitans ſuſcitábis arcum tuum, * juraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios ſcindes terræ, vidérunt te, & doluérunt montes; gurges aquárum tránſiit.

Dedit abyſſus vocem ſuam, altitúdo manus ſuas levávit.

Sol & luna ſtetérunt in habitáculo ſuo, * in luce ſagittárum tuárum ibunt, in ſplendóre fulgurántis haſtæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram, * & in furóre obſtupefácies gentes.

Egréſſus es in ſalútem pópuli tui, * in ſalútem cum chriſto tuo.

Percuſsíſti caput de domo ímpii; * denudáſti fundaméntum ejus uſque ad collum.

Maledixíſti ſceptris ejus

cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad diſpergéndum me.

Exultátio eórum, * ſicut ejus qui dévorat paúperem in abſcóndito.

Viam fecíſti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, & conturbátus eſt venter meus; * à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óſſibus meis, * & ſubter me ſcáteat;

Ut requiéſcam in die tribulatiónis; * ut aſcéndam ad pópulum accínctum noſtrum.

Ficus enim non florébit; * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ; * & arva non áfferent cibum.

Abſcindétur de ovíli pecus, * & non erit arméntum in præſépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo, * & exultábo in Deo Jeſu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea; * & ponet pedes meos quaſi cervórum;

Et ſuper excélſa mea dedúcet me victor * in pſalmis canéntem.

Ant. Opéruit cœlos glória ejus; & laudis ejus plena eſt terra. *v.* 3.

[*In Feſtis, locò ſuperioris Cantici, dicitur ſequens*

*Canticum Iſaiæ.c.*26.1. *ad* 9.

URbs fortitúdinis noſtræ Sion ſalvátor, * ponétur in ea murus & antemurále.

Aperíte portas, * & ingrediátur gens juſta, cuſtódiens veritátem.

Vetus error ábiit: ſervábis pacem; * pacem, quia in te ſperávimus.

Speráſtis in Dómino in ſéculis ætérnis, * in Dómino Deo forti in perpétuum.

Quia incurvábit habitántes in excélſo, * civitátem ſublímem humiliábit.

Humiliábit eam uſque ad terram, * détrahet eam uſque ad púlverem.

Conculcábit eam pes, * pedes paúperis, greſſus egenórum.

Sémita juſti recta eſt, * rectus callis juſti ad ambulándum.

Et in ſémita judiciórum tuórum Dómine; ſuſtinúimus te: * nomen tuum & memoriále tuum in deſidério ánimæ.

Anima mea deſiderávit te in nocte; * ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Cùm féceris judícia tua in terra, * juſtítiam diſcent habitatóres orbis.

Miſereámur ímpio, & non diſcet juſtítiam: * in terra ſanctórum iníqua geſſit, & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine exaltétur manus tua, * & non vídeant;

Vídeant, & confundántur zelántes pópuli: * & ignis hoſtes tuos dévoret.

Dómine dabis pacem nobis: * ómnia enim ópera noſtra operátus es nobis.]

Ant. 5. a. Laudent nomen ejus.

Pſalmus Laudum 149.

CAntáte Dómino cánticum novum ; * laus ejus in ecclésia ſanctórum.

Lætétur Iſraël in eo qui fecit eum, * & fílii Sion exúltent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano, & pſaltério pſallant ei ;

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo, * & exaltábit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt ſancti in glória, * lætabúntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum ; * & gládii ancípites in mánibus eórum,

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis ;

Ad alligándos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis,

Ut fáciant in eis júdicium conſcríptum : * glória hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

Ant. Laudent nomen ejus in choro, in tympano, & pſaltério pſallant ei. *v.* 3.

Capitulum. Rom. 14. 19.

QUæ pacis ſunt, ſectémur ; & quæ ædificatiónis ſunt, in ínvicem cuſtodiámus.

Hymnus.

CElsi Tonántis Unice,
Caſtæque proles Vírginis,
Quo ſtat ſalus mortálium,
Purus dies illábere.

Fac manè primo débitas
Grates tibi repéndere,
Fac ſemper inténtos tuis
Nos eſſe, Chriſte, laúdibus.

Sincera radíces agat
In corde símplici fides,
Immóta ſpes congaúdeat,
His major adſit cáritas.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam ; ℟. Quia in te ſperávi. *Pſ.* 142. 8.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. *D.** Serviámus in ſanctitáte, & juſtítia coram Dómino, ómnibus diébus noſtris. *Luc.* 1. 74. 75.

Preces, ſi dicenda ſint, & Suffragia, ut infrà poſt Veſperas Sabbati.

AD PRIMAM.

Poſt Epiph. Ant. 4. *E.* Inclina.

Pſalmus 86.

FUndaménta ejus in montibus ſanctis : * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum ; * hi fuérunt illic.

Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea ; * & ipſe fundávit eam Altíſſimus ?

ıs narrábit in ſcrip-
ulórum & princi-
ım qui fuérunt in ea.
ætántium * ómnium
ɜſt in te.

ſalmus 87.

ine Deus ſalútis
, * in die clamávi
oram te.

ı conſpéctu tuo orá-
inclína aurem tuam
ı meam :

pléta eſt malis áni-
& vita mea inférno
uávit.

us ſum cum deſcen-
n lacum, * factus
homo ſine adjutó-
mórtuos liber,
ulneráti dormiéntes
s, quorum non es
npliùs; * & ipſi de
repúlſi ſunt.

ınt me in lacu infe-
tenebróſis, & in
ɔrtis.

ne confirmátus eſt
, * & omnes fluctus
íſti ſuper me.

fecíſti notos meos
ɔoſuérunt me abo-
m ſibi.

s ſum, & non egre-
ıculi mei languérunt
.

iſio Pſalmi 87.

i ad te Dómine totâ
expándi ad te ma-

id mórtuis fácies
* aut médici ſuſci-
confitebúntur tibi?

Nunquid narrábit áliquis in ſepúlcro miſericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Nunquid cognoſcéntur in ténebris mirabília tua, * & juſtítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi, * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam, * avértis fáciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in labóribus à juventúte mea; * exaltátus autem humiliátus ſum, & conturbátus.

In me tranſiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me:

Circumdedérunt me ſicut aqua totâ die, * circumdedérunt me ſimul.

Elongáſti à me amícum, & próximum, * & notos meos à miſéria.

Poſt Epiph. Ant. Inclina aurem tuam ad precem meam. *Pſ.* 87. 3.

AD TERTIAM.

Poſt Epiph. Ant. 5. a. Miſericórdias Dómini.

Pſalmus 88.

MIſericórdias Dómini * in ætérnum cantábo.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo;

Quóniam dixíſti: In æternum miſericórdia ædificá[illegible]

in cœlis, * præparábitur véritas tua in eis:

Diſpóſui teſtaméntum eléctis meis; * jurávi David ſervo meo, Uſque in ætérnum præparábo ſemen tuum;

Et ædificábo in generatiónem & generatiónem * ſedem tuam.

Confitebúntur cœli mirabília tua Dómine; * étenim veritátem tuam in eccléſia ſanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino, * ſímilis erit Deo in fíliis Dei?

Deus qui glorificátur in consílio ſanctórum, * magnus & terríbilis ſuper omnes qui in circúitu ejus ſunt.

Dómine Deus virtútum, quis ſímilis tibi? * potens es Dómine, & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris poteſtáti maris, * motum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliáſti ſicut vulnerátum, ſupérbum; * in bráchio virtútis tuæ diſperſíſti inimícos tuos.

Tui ſunt cœli, & tua eſt terra; orbem terræ, & plenitúdinem ejus tu fundáſti; * aquilónem & mare tu creáſti.

Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt: * tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua; * juſtítia & judícium præparátio ſedis tuæ.

Miſericórdia & véritas * præcédent fáciem tuam:

Beátus pópulus qui ſcit jubilatiónem; * Dómine in lúmine vultûs tui ambulábunt,

Et in nómine tuo exultábunt totâ die; * & in juſtítia tua exaltabúntur:

Quóniam glória virtútis eórum tu es; * & in beneplácito tuo exaltábitur cornu noſtrum:

Quia Dómini eſt aſſúmptio noſtra, * & ſancti Iſraël, regis noſtri.

Diviſio Pſalmi 88.

TUnc locútus es in viſióne ſanctis tuis, & dixíſti: * Póſui adjutórium in poténte, & exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David ſervum meum, * óleo ſancto meo unxi eum:

Manus enim mea auxiliábitur ei, * & bráchium meum confortábit eum:

Nihil proficiet inimícus in eo, * & fílius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam à fácie ipſíus inimícos ejus, * & odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo; * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus, * & in flumínibus déxteram ejus.

Ipſe invocábit me: Pater meus es tu, * Deus meus, & ſuſcéptor ſalútis meæ.

o primogénitum po-
ım , * excélſum præ
terræ,
ˑtérnum ſervábo illi
rdiam meam , * &
ıtum meum fidéle

nam in ſéculum ſéculi
jus, * & thronum ejus
s cœli.
em derelíquerint filii
;em meam , * & in
meis non ambuláve-

ítias meas profanáve-
& mandáta mea non
rint ;
bo in virga iniquitátes
* & in vérberibus pec-
ım :
córdiam autem meam
ıérgam ab eo, * neque
in veritáte mea:
: profanábo teſtamén-
ım , * & quæ procé-
lábiis meis non fá-
ita.
l jurávi in ſancto meo,
l méntiar , * ſemen
etérnum manébit :
'onus ejus ſicut ſol in
u meo, & ſicut luna
in ætérnum : * & teſtis
fidélis.
ı diviſio Pſalmi 88.
rò repuliſti, & deſpe-
, * diſtuliſti chriſtum

ſti teſtaméntum ſervi
'ofanáſti in terra ſan-
ı ejus :
ruıſti omnes ſepes

ejus , * poſuíſti firmaméntum ejus formídinem :

Diripuérunt eum omnes tranſeúntes viam ; * factus eſt oppróbrium vicínis ſuis :

Exaltáſti déxteram depriméntium eum , * lætificáſti omnes inimícos ejus :

Avertíſti adjutórium gládii ejus , * & non es auxiliátus ei in bello :

Deſtruxíſti eum ab emundatióne , * & ſedem ejus in terram colliſíſti :

Minoráſti dies témporis ejus, * perfudíſti eum confuſióne.

Uſquequo Dómine avértis in finem , * exardéſcet ſicut ignis ira tua ?

Memoráre quæ mea ſubſtántia : * nunquid enim vanè conſtituíſti omnes filios hóminum ?

Quis eſt homo qui vivet , & non vidébit mortem ; * éruet ánimam ſuam de manu ínferi ?

Ubi ſunt miſericórdiæ tuæ antíquæ Dómine , * ſicut juráſti David in veritáte tua ?

Memor eſto Dómine oppróbrii ſervórum tuórum , * quod contínui in ſinu meo , multárum géntium ;

Quod exprobravérunt inimíci tui Dómine , * quod exprobravérunt commutatiónem chriſti tui.

Benedíctus Dóminus in æternum. * Fiat , fiat.

Poſt Epiph. Ant. Miſericórdias Dómini in ætérnum cantábo, *v.* 2.

AD SEXTAM.

Poſt Epiph. Ant. 7. d. Quàm magnificáta ſunt.

Pſalmus 89.

DOmine refúgium factus es nobis * à generatióne in generatiónem.

Priúſquam montes fierent, aut formarétur terra & orbis,* à ſéculo & uſque in ſéculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem;* & dixíſti: Convertímini fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tanquam dies heſtérna quæ prætériit, & cuſtódia in nocte.

Quæ pro níhilo habéntur,* eórum anni erunt.

Manè ſicut herba tránſeat, manè flóreat, & tránſeat;* véſperè décidat, indúret, & aréſcat.

Quia defécimus in ira tua,* & in furóre tuo turbáti ſumus.

Poſuíſti iniquitátes noſtras in conſpéctu tuo, * ſéculum noſtrum in illuminatióne vultûs tui.

Quóniam omnes dies noſtri defecérunt, * & in ira tua defécimus.

Anni noſtri ſicut aránea meditabúntur: * dies annórum noſtrórum, in ipſis ſeptuagínta anni:

Si autem in potentátibus, octogínta anni;* & ámpliùs eórum, labor & dolor:

Quóniam ſupervénit manſuetúdo, * & corripiémur.

Quis novit poteſtátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Diviſio Pſalmi 89.

DExteram tuam ſic notam fac, * & erudítos corde in ſapiéntia.

Convértere Dómine, uſquequo? * & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

Repléti ſumus manè miſericórdiâ tuâ; * & exultávimus, & delectáti ſumus ómnibus diébus noſtris.

Lætáti ſumus pro diébus quibus nos humiliáſti, * annis quibus vídimus mala.

Réſpice in ſervos tuos, & in ópera tua;* & dírige fílios eórum.

Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos, * & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, & opus mánuum noſtrárum dírige.

Pſalmus 91.

BOnum eſt confitéri Dómino,* & pſállere nómini tuo Altíſſime;

Ad annuntiándum manè miſericórdiam tuam,* & veritátem tuam per noctem,

In decachórdo, pſaltério,* cum cántico in cíthara:

Quia delectáſti me Dómine in factúra tua, * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quàm magnificáta ſunt ópera tua Dómine! * nimis profúndæ factæ ſunt cogitatiónes tuæ:

Vir inſípiens non cognóſ-

et, * & ſtultus non intélliget
æc.

Cùm exórti fuérint pecca-
óres ſicut fœnum, * & appa-
ierint omnes qui operántur
iquitátem, ut intéreant in
ſculum ſeculi:

Tu autem Altíſſimus * in
térnum, Dómine:

Quóniam ecce inimíci tui
ómine, quóniam ecce ini-
íci tui períbunt, * & diſper-
éntur omnes qui operántur
iquitátem.

Et exaltábitur ſicut unicór-
is cornu meum, * & ſenéctus
ea in miſericórdia úberi.

Et deſpéxit óculus meus ini-
íicos meos; * & in inſurgén-
bus in me malignántibus aú-
iet auris mea.

Juſtus ut palma florébit, * ſicut
edrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, *
i átriis domûs Dei noſtri flo-
ébunt.

Adhuc multiplicabúntur in
necta úberi: * & bene pa-
éntes erunt,

Ut annúntient quóniam re-
tus Dóminus Deus noſter, *
t non eſt iníquitas in eo.

Poſt Epiph. Ant. Quàm ma-
nificáta ſunt ópera tua Dó-
ine! nimis profúndæ factæ
unt cogitatiónes tuæ. *v. 6.*

AD NONAM.

Poſt Epiph. Ant. 8. c. Factus eſt.

Pſalmus 93.

DEus ultiónum Dómi-
nus, * Deus *ultiónum*
berè egit.

Exaltáre qui júdicas ter-
ram, * redde retributiónem
ſupérbis.

Uſquequo peccatóres Dó-
mine, * uſquequo peccatóres
gloriabúntur?

Effabúntur & loquéntur ini-
quitátem, * loquéntur omnes
qui operántur injuſtítiam?

Pópulum tuum Dómine
humiliavérunt, * & hereditá-
tem tuam vexavérunt:

Víduam & ádvenam inter-
fecérunt, * & pupíllos occi-
dérunt:

Et dixérunt: Non vidébit
Dóminus, * nec intélliget
Deus Jacob.

Intellígite inſipiéntes in
pópulo, * & ſtulti aliquándo
ſapite.

Qui plantávit aurem, non
aúdiet? * aut qui finxit ócu-
lum, non conſíderat?

Qui córripit gentes, non
árguet? * qui docet hóminem
ſciéntiam?

Dóminus ſcit cogitatiónes hó-
minum, * quóniam vanæ ſunt.

Beátus homo quem tu eru-
díeris Dómine, * & de lege
tua docúeris eum;

Ut mítiges ei à diebus ma-
lis, * donec fodiátur peccatóri
fóvea.

Quia non repéllet Dómi-
nus plebem ſuam, * & heredi-
tátem ſuam non derelínquet,

Quoadúſque juſtítia con-
vertátur in judícium; & qui
juxta illam, omnes qui recta
ſunt corde.

Quis conſúrget mihi advérsùs malignántes? * aut quis ſtabit mecum advérsùs operántes iniquitátem?

Niſi quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitáſſet in inférno ánima mea.

Si dicébam: Motus eſt pes meus; * miſericórdia tua Dómine adjuvábat me.

Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * conſolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcépto?

Captábunt in ánimam juſti, * & ſánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adjutórium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipſórum, & in malítia eórum diſpérdet eos; * diſpérdet illos Dóminus Deus noſter.

Pſalmus 95.

CAntáte Dómino cánticum novum, * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus:

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terribilis eſt ſuper omnes deos:

Quóniam omnes dii géntium, dæmónia; * Dómi[nus] autem cœlos fecit.

Conféſſio & pulcritúd[o in] conſpéctu ejus; * ſanctim[ónia] & magnificéntia in ſancti[fica]tióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ [gen]tium, afférte Dómino gló[riam] & honórem; * afférte D[ómi]no glóriam nómini ejus.

Tóllite hóſtias, & intr[óite] in átria ejus; * adoráte D[ómi]num in átrio ſancto ejus.

Commoveátur à fácie [ejus] univérſa terra: * dícit[e in] géntibus, quia Dóminu[s re]gnávit.

Etenim corréxit orbem [ter]ræ, qui non commovébit[ur: *] judicábit pópulos in æqui[táte.]

Læténtur cœli, & ex[ultet] terra; commoveátur mar[e, &] plenitúdo ejus; * gaudé[bunt] campi, & ómnia quæ i[n eis] ſunt.

Tunc exultábunt ó[mnia] ligna ſilvárum à fácie D[ómi]ni, quia venit; * quón[iam] venit judicáre terram.

Judicábit orbem terra[rum in] æquitáte, * & pópulos in [veri]táte ſua.

Pſalmus 96.

DOminus regnávit, e[xul]tet terra, * læténtu[r in]ſulæ multæ.

Nubes & calígo in circ[uitu] ejus; * juſtítia & judícium [cor]réctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcéd[et,] & inflammábit in circúitu [ini]mícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini ; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus ; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriántur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus : * audívit, & lætáta eſt Sion ;

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram ; * nimis exaltátus es ſuper omnes Deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini juſti in Dómino,* & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Poſt Epiph. Ant. Factus eſt mihi Dóminus in refúgium, & Deus meus in adjutórium ſpei meæ. *Pſ.* 93. 22.

AD VESPERAS.

Ant. 5. a. In conſpéctu.

Pſalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo ; * quóniam *audíſti verba oris mei.*

In conſpéctu Angelórum pſallam tibi ; * adorábo ad templum ſanctum tuum ;

Et confitébor nómini tuo ſuper miſericórdia tua, & veritáte tua ; * quóniam magnificáſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacúnque die invocávero te, exaúdi me ; * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui ;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini ;

Quóniam excélſus Dóminus, & humília réſpicit, * & alta à longè cognóſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me ; * & ſuper iram inimicórum meórum extendíſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : Dómine miſericórdia tua in ſéculum ; * ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. In conſpéctu Angelórum pſallam tibi. *v.* 2.

Ant. 3. *a.* Suſcepíſti me.

Pſalmus 138.

Dómine probáſti me, & cognovíſti me ; * tu cognovíſti ſeſſiónem meam, & reſurrectiónem meam.

Intellexíſti cogitatiónes meas de longè, * ſémitam meam, & funículum meum *inveſtigáſti* ;

Et omnes vias meas prævidíſti ; * quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovíſti ómnia noviſſima, & antíqua : * tu formáſti me, & poſuíſti ſuper me manum tuam.

Mirábilis facta eſt ſciéntia tua ex me ; * confortáta eſt, & non pótero ad eam.

Quò ibo à ſpíritu tuo ? * & quò à fácie tua fúgiam ?

Si aſcéndero in cælum, tu illic es ; * ſi deſcéndero in inférnum, ades :

Si ſúmpſero pennas meas dilúculò, * & habitávero in extrémis maris ;

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi : Fórſitan ténebræ conculcábunt me, * & nox illuminátio mea in delíciis meis ;

Quia ténebræ non obſcurabúntur à te, & nox ſicut dies illuminábitur ; * ſicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu poſſedíſti renes meos ; * ſuſcepíſti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi, quia terribíliter magnificátus es : * mirabília ópera tua, & ánima mea cognóſcit nimis.

Non eſt occultátum os meum à te, quod fecíſti in occúlto ; * & ſubſtántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui ; & in libro

tuo omnes ſcribéntu
formabúntur, & ner

Mihi autem nimi
ficáti ſunt amíci tui
nimis confortátus e
pátus eórum ;

Dinumerábo eos,
arénam multiplicabi
exurréxi, & adhuc ſu

Si occíderis Deus
res ; * viri ſánguinu
náte à me ;

Quia dícitis in cogi
Accípient in vanitáte
tuas.

Nonne qui odérun
mine, óderam ; * &
mícos tuos tabeſcéba

Perfécto ódio ód
los, * & inimíci facti

Proba me Deus, &
meum ; * intérroga
cognóſce ſémitas me

Et vide, ſi via iniq
me eſt ; * & deduc n
ætérna.

Ant. Suſcepíſti me
matris meæ. *v.* 13.

Ant. 4. E. Deus me

Pſalmus 139.

ERipe me Dómin
mine malo, * à
quo éripe me.

Qui cogitavérunt
tes in corde, * totâ
ſtituébant prælia :

Acuérunt linguas
ſerpéntis, * venénum
ſub lábiis eórum.

Cuſtódi me Dómin
nu peccatóris, * & ab
bus iníquis éripe me,

itavérunt ſupplan-
meos,* abſcondé-
i láqueum mihi,
extendérunt in lá-
juxta iter ſcánda-
ınt mihi.
mino: Deus meus
ɛaúdi Dómine vo-
:atiónis meæ.
, Dómine virtus
:, * obumbráſti
ıt meum in die

me Dómine à de-
›, peccatóri;* co-
contra me, ne de-
ıe, ne fortè exal-

ircúitûs eórum,*
rum ipſórum opé-

ſuper eos carbónes,
dejícies eos; * in
ı ſubsíſtent.
ıóſus non dirigétur
* virum injúſtum
ıt in intéritu.
quia fáciet Dómi-
.m ínopis,* & vin-
perum.
nen juſti confite-
mini tuo;* & habi-
i cum vultu tuo.
)eus meus es tu;
mine vocem de-
meæ. *v.* 7.
c. Ad te Dómine.
ılmus 140.
ıe clamávi ad te,
li me; * inténde
, cùm clamávero

Dirigátur orátio mea ſicut incénſum in conſpéctu tuo:* elevátio mánuum meárum, ſacrifícium veſpertínum.

Pone Dómine cuſtódiam ori meo,* & óſtium circumſtántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ,* ad excuſándas excuſatiónes in peccátis,

Cum homínibus operántibus iniquitátem;* & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me juſtus in miſericórdia, & increpábit me;* óleum autem peccatóris non impínguet caput meum;

Quóniam adhuc & orátio mea* in beneplácitis eórum.

Abſórpti ſunt juncti petræ júdices eórum,* áudient verba mea, quóniam potuérunt.

Sicut craſſitúdo terræ erúpta eſt ſuper terram,* diſſipáta ſunt oſſa noſtra ſecus inférnum.

Quia ad te Dómine, Dómine óculi mei;* in te ſperávi, non áuferas ánimam meam.

Cuſtódi me à láqueo quem ſtatuérunt mihi;* & à ſcándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres:* ſinguláriter ſum ego, donec tránſeam.

Ant. Ad te Dómine, Dómine óculi mei; in te ſperávi. *v.* 8.

Ant. 8. c. Tu es ſpes mea.

Pſalmus 141.

VOce meâ ad Dóminum clamávi, * voce meâ ad Dóminum deprecátus ſum;

Effúndo in conſpéctu ejus oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio,

In deficiéndo ex me ſpíritum meum; * & tu cognovíſti ſémitas meas.

In via hac quâ ambulábam, * abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram, & vidébam, * & non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me, * & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine; * dixi: Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam, * quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me: * quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam, ad confiténdum nómini tuo; * me expéctant juſti, donec retríbuas mihi.

Ant. Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra vivéntium. *v.* 6.

Capitulum. 1. *Petr.* 1. 22.

ANimas veſtras caſtificántes in obediéntia caritátis, in fraternitátis amóre, símplici ex corde ínvicem dilígite atténtiùs.

Hymnus.

VIdes, Deus, terræ ſi
Juménta quæ prodúxeri
Videns probas; nunc grándi
Opus, quod his præſit, move

Lutum perítus ártifex
Imáginem formas tuî:
Ipſam Creatóris manum
Homo creándus éxigit.

Imago nos Dei ſumus
Sumus Dei nos hálitus:
Sit cura ſemper íntegris
Deum reférre móribus.

Quidquid creat, to
tum tibi
Velut duci, ſubdit Deus;
Ne dégener fias, homo,
Tui nec ortûs ímmemor.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Ame

℣. Clamávi ad te Dómi
totâ die; ℟. Expándi ad t
manus meas. *Pſ.* 87. 10.

Ad Magníficat, *Ant.* 1.
Eſuriéntes implévit bonis;
dívites dimíſit inánes. *Luc.* 1. 5

Preces, ſi dicendæ ſint,
Suffragia, ut infrà poſt Veſ-
ras Sabbati.

SABBATO.

AD OFFICIUM NOCTURNU

Invitatorium, Dóminu
Deum noſtrum: * Veníte
adorémus. *Pſ.* 94. 7.

Pſalmus. Veníte, 2.

Hymnus.

UNius ô ſubſtántiæ,
Trinúſque perſónis Deus
Noſtras pius cum cánticis
Preces benígnè ſúſcipe.

E prædicat ſuo dies
ndóre, Rector témporum;
prædicat minùs ſuo
rta nox ſiléntio.
OCTIS quiéto témpore
confiténdum ſúrgimus :
tibi fac mens vacet,
unus in votis, Deus.
EO Patri ſit glória,
que ſoli Fílio,
que ſancte-Spíritus,
mpitérna ſécula.
Amen.

O I. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Exaltáte Dóm.

Pſalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.
lvávit ſibi déxtera ejus,* áchium ſanctum ejus.
tum fecit Dóminus ſae ſuum, * in conſpéctu ium revelávit juſtítiam .
ecordátus eſt miſericórdiæ * & veritátis ſuæ dómui l.
dérunt omnes términi terálutáre Dei noſtri.
ubiláte Deo omnis ter- cantáte, & exultáte, & ite.
állite Dómino in cíthara, hara & voce pſalmi; * in ductílibus, & voce tubæ eæ.
ibiláte in conſpéctu Regis ini; * moveátur mare, lenitúdo ejus; orbis term, & qui hábitant in eo.
Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpéctu Dómini; * quóniam venit judicáre terram :
Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Pſalmus 98.

DOminus regnávit, iraſcántur pópuli; * qui ſedet ſuper Chérubim, moveátur terra.
Dóminus in Sion magnus,* & excélſus ſuper omnes pópulos.
Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile & ſanctum eſt : * & honor Regis judícium díligit.
Tu paráſti directiónes, * judícium & juſtítiam in Jacob tu feciſti.
Exaltáte Dóminum Deum noſtrum; * & adoráte ſcabéllum pedum ejus, quóniam ſanctum eſt.
Móyſes & Aáron in ſacerdótibus ejus, * & Sámuël inter eos qui ínvocant nomen ejus.
Invocábant Dóminum, & ipſe exaudiébat eos; * in colúmna nubis loquebátur ad eos.
Cuſtodiébant teſtimónia ejus, * & præcéptum quod dedit illis.
Dómine Deus noſter, tu exaudiébas eos;* Deus tu propítius fuíſti eis, & ulcíſcens in omnes adinventiónes eórum.
Exaltáte Dóminum Deum noſtrum, & adoráte in monte ſancto ejus; * quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

Pſalmus 100.

MIſericórdiam & judícium * cantábo tibi Dómine.

Pſallam & intélligam in via immaculáta, * quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domûs meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injúſtam, * faciéntes prævaricatiónes odívi.

Non adhæſit mihi cor pravum, * declinántem à me malígnum non cognoſcébam.

Detrahéntem ſecrétò próximo ſuo * hunc perſequébar.

Supérbo óculo & inſatiábili corde, * cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ ut ſédeant mecum; * ámbulans in via immaculáta, hic mihi miniſtrábat.

Non habitábit in médio domûs meæ qui fácit ſupérbiam: * qui lóquitur iníqua, non diréxit in conſpéctu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ, * ut diſpérderem de civitáte Dómini omnes operántes iniquitátẽ.

Ant. Exaltáte Dóminum Deum noſtrum, & adoráte in monte ſancto ejus. *Pſ.* 98. 9.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 2. D. In quacúnque die.

Pſalmus 101.

DOmine exaúdi oratiónem meam, * & clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam à me; * in quacúnque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúnque die invocávero te, * velóciter exaúdi me;

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei, * & oſſa mea ſicut crémium aruérunt.

Percúſſus ſum ut fœnum, & áruit cor meum, * quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pellicáno ſolitúdinis; * factus ſum ſicut nictícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, advérsùm me jurábant.

Quia cínerem tanquàm panem manducábam, * & potum meum cum fletu miſcébam.

A fácie iræ, & indignatiónis tuæ; * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt, * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes, * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Diviſio Pſalmi 101.

TU exúrgens miſeréberis Sion; * quia tempus miſeréndi ejus, quia venit tempus;

Quóniam placuérunt ſervis

les ejus, * & terræ
rebúntur.
ébunt gentes nomen
mine, * & omnes
ræ glóriam tuam;
ædificávit Dóminus
t videbitur in glória

it in oratiónem hu-
* & non ſprevit pre-
um.
ıtur hæc in genera-
ra; * & pópulus qui
laudábit Dóminum;
roſpéxit de excélſo
o; * Dóminus de
erram aſpéxit,
íret gémitus compe-
* ut ſólveret fílios
órum,
íntient in Sion no-
ini, * & laudem ejus
em;
eniéndo pópulos in
reges, * ut ſérviant

lit ei in via virtútis
Paucitátem diérum
núntia mihi:
ces me in dimídio
eórum: * in gene-
& generatiónem

ivíſio Pſalmi 101.
u Dómine terram
, * & ópera mánuum
nt cœli.
bunt; tu autem pér-
& omnes ſicut ve-
veteráſcent:
opertórium mutá-
ş mutabúntur; * tu
autem idem ipſe es, & anni
tui non defícient.

Fílii ſervórum tuórum ha-
bitábunt; * & ſemen eórum
in ſéculum dirigétur.

Ant. In quacúnque die in-
vocávero te, velóciter exaúdi
me. *v.* 3.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Quómodo mi-
ſerétur.

Pſalmus 102.

BEnedic ánima mea Dómi-
no, * & ómnia quæ intrà
me ſunt nómini ſancto ejus.

Bénedic ánima mea Dómi-
no, * & noli oblivíſci omnes
retributiónes ejus;

Qui propitiátur ómnibus
iniquitátibus tuis; * qui ſanat
omnes infirmitátes tuas;

Qui rédimit de intéritu vi-
tam tuam; * qui corónat te
in miſericórdia & miſeratióni-
bus;

Qui replet in bonis deſidé-
rium tuum; * renovábitur ut
áquilæ juvéntus tua.

Fáciens miſericórdias Dó-
minus, * & judícium ómnibus
injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias ſuas Móyſi, *
filiis Iſraël voluntátes ſuas.

Divíſio Pſalmi 102.

MIſerátor & miſéricors Dó-
minus, * longánimis &
multùm miſéricors:

Non in perpétuum iraſcé-
tur, * neque in ætérnum com-
minábitur:

Non ſecúndùm peccáta no-
ſtra fecit nobis: * neque ſecún-

dùm iniquitátes noſtras retríbuit nobis :

Quóniam ſecúndùm altitúdinem cœli à terra, * corroborávit miſericórdiam ſuam ſuper timéntes ſe.

Quantùm diſtat ortus ab occidénte, * longè fecit à nobis iniquitátes noſtras.

Quómodo miſerétur pater filiórum, miſértus eſt Dóminus timéntibus ſe; * quóniam ipſe cognóvit figméntum noſtrum.

Recordátus eſt quóniam pulvis ſumus; * homo, ſicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri ſic efflorébit.

Quóniam ſpíritus pertranſíbit in illo, & non ſubsíſtet; * & non cognóſcet ámpliùs locum ſuum.

Miſericórdia autem Dómini ab ætérno, * & uſque in ætérnum ſuper timéntes eum,

Et juſtítia illíus in filios filiórum, * his qui ſervant teſtaméntum ejus,

Et mémores ſunt mandatórum ipſíus, * ad faciéndum ea.

Altera diviſio Pſalmi 102.

DOminus in cœlo parávit ſedem ſuam; * & regnum ipſíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus, * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem ſermónum ejus.

Benedícite Dómino ómnes virtútes ejus, * miníſtri ejus qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus, in omni loco dominatiónis ejus : * bénedic ánima mea Dómino.

Ant. Quómodo miſerétur pater filiórum, miſértus eſt Dóminus timéntibus ſe. *v.* 13.

Poſt Epiph. ℣. Confitébor tibi in pópulis Dómine, ℟. Et pſallam tibi in natiónibus. *Pſ.* 107. 4.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Epiph. ℣. *Sacerdotalis*, Confiteántur nómini tuo magno, ℟. Quóniam terríbile & ſanctum eſt. *Pſ.* 98. 3.

Ant. 6. F. Bénedic.

Pſalmus 103.

BEnedic ánima mea Dómino; * Dómine Deus meus magnificátus es veheménter.

Confeſſiónem & decórem induíſti, * amíctus lúmine ſicut veſtiménto;

Exténdens cœlum ſicut pellem; * qui tegis aquis ſuperióra ejus;

Qui ponis nubem aſcénſum tuum; * qui ámbulas ſuper pennas ventórum;

Qui facis ángelos tuos ſpíritus; * & miníſtros tuos ignem uréntem.

Qui fundáſti terram ſuper ſtabilitátem ſuam, * non inclinábitur in ſéculum ſéculi.

Abyſſus, ſicut veſtiméntum, amíctus ejus; * ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúient; * à voce tonítrui tui formidábunt.

Aſcéndunt montes, & deſcéndunt campi * in locum quem fundáſti eis.

Términum poſuíſti quem non tranſgrediéntur; * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus, * inter médium móntium pertransíbunt aquæ:

Potábunt omnes béſtiæ agri; * expectábunt ónagri in ſiti ſua.

Super ea vólucres cœli habitábunt, * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de ſuperióribus ſuis, * de fructu óperum tuórum ſatiábitur terra:

Prodúcens fœnum juméntis, * & herbam ſervitúti hóminum,

Ut edúcas panem de terra, * & vinum lætíficet cor hóminis;

Ut exhílaret fáciem in óleo, * & panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi, * & cedri Líbani quas plantávit;

Illic páſſeres nidificábunt; * heródii domus dux eſt eórum.

Montes excélſi cervis, * petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora: * ſol cognovit occáſum ſuum.

Poſuíſti ténebras, & facta eſt nox; * *in ipſa pertransíbunt omnes béſtiæ ſilvæ;*

Cátuli leónum rugiéntes ut rápiant, * & quærant à Deo eſcam ſibi.

Ortus eſt ſol, & congregáti ſunt, * & in cubílibus ſuis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus ſuum, * & ad operatiónem ſuam uſque ad véſperam.

Ant. Bénedic ánima mea Dómino; Dómine Deus meus magnificátus es vehementer. *v.* 1.

Ant. 3. *a.* Quàm magnificáta ſunt.

Diviſio Pſalmi 103.

QUàm magnificáta ſunt ópera tua Dómine! ómnia in ſapiéntia fecíſti: * impléta eſt terra poſſeſſióne tuâ.

Hoc mare magnum & ſpatióſum mánibus; * illic reptília quorum non eſt númerus, animália pusílla cum magnis:

Illic naves pertransíbunt; * draco iſte quem formáſti ad illudéndum ei.

Omnia à te expéctant * ut des illis eſcam in témpore.

Dante te illis cólligent; * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte:

Averténte autem te fáciem, turbabúntur; * aúferes ſpíritum eórum, & defícient, & in púlverem ſuum reverténtur.

Emíttes ſpíritum tuum, & creabúntur; * & renovábis fáciem terræ.

Ant. Quàm magnificáta ſunt ópera tua Dómine! ómnia in ſapiéntia fecíſti. *v.* 24.

Ant. 7. c. Cantábo Dómino.

Altera diviſio Pſalmi 103.

SIt glória Dómini in ſǽculum, * lætábitur Dóminus in opéribus ſuis;

Qui réſpicit terram, & facit eam trémere; * qui tangit montes, & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea, * pſallam Deo meo quándiu ſum.

Jucúndum ſit ei elóquium meum; * ego verò delectábor in Dómino.

Defíciant peccatóres à terra, & iníqui ita ut non ſint: * bénedic ánima mea Dómino.

Ant. Cantábo Dómino in vita mea, pſallam Deo meo quándiu ſum. *v.* 33.

Ant. 1. *a.* Date magnificéntiam.

Canticum Moyſi.

Deut. 32. 1. *ad* 43.

AUdíte cœli quæ loquor; * aúdiat terra verba oris mei.

Concréſcat ut plúvia doctrína mea, * fluat ut ros elóquium meum;

Quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper grámina; * quia nomen Dómini invocábo.

Date magnificéntiam Deo noſtro: * Dei perfécta ſunt ópera, & omnes viæ ejus judícia.

Deus fidélis, & abſque ulla iniquitáte, juſtus & rectus; * *peccavérunt ei*, & non fílii *ejus in ſórdibus.*

Generátio prava atque pervérſa, * hæccine reddis Dómino, pópule ſtulte, & inſípiens?

Nunquid non ipſe eſt pater tuus, * qui poſſédit te; & fecit, & creávit te?

Meménto diérum antiquórum, * cógita generatiónes ſíngulas:

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi; * majóres tuos, & dicent tibi:

Quando dividébat Altíſſimus gentes, * quando ſeparábat fílios Adam,

Conſtítuit términos populórum * juxta númerum filiórum Iſraël.

Pars autem Dómini, pópulus ejus; * Jacob funículus hereditátis ejus.

Invénit eum in terra desérta, * in loco horróris, & vaſtæ ſolitúdinis.

Circundúxit eum, & dócuit, * & cuſtodívit quaſi pupíllam óculi ſui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos ſuos, * & ſuper eos vólitans,

Expándit alas ſuas, & aſſúmpſit eum, * atque portávit in húmeris ſuis.

Dóminus ſolus dux ejus fuit, * & non erat cum eo deus aliénus.

Conſtítuit eum ſuper excélſam terram, * ut comédere fructus agrórum,

Ut ſúgeret mel de petra, * oleúmque de ſaxo duríſſimo,

um de arménto , &
ſvibus , * cum ádipe
ı & arietum filiórum

:cos cum medúlla trí-
ſánguinem uvæ bíbe-
:cíſſimum.
ſſátus eſt diléctus &
ávit ; * incraſſátus,
átus, dilatátus,
íquit Deum factórem
* & recéſſit à Deo
ſuo.
ocavérunt eum in diis
* & in abominatió-
l iracúndiam concita-

olavérunt dæmóniis,
Deo ; * diis quos igno-

, recentéſque vené-
quos non coluérunt
órum.
qui te génuit dereli-
& oblítus es Dómini
s tui.
Dóminus, & ad ira-
ı concitátus eſt ; * quia
vérunt eum filii ſui,
:
: : Abſcóndam fáciem
b eis, * & conſiderábo
ıa eórum ;
rátio enim pervérſa
: infidéles filii ;
ne provocavérunt in
on erat Deus, * & ir-
nt in vanitátibus ſuis ;
› provocábo eos in eo
eſt pópulus, * & *in*
ulta irritábo illos.
ccénſus eſt in furóre

meo, * & ardébit uſque ad inférni noviſſima :

Devorabítque terram cum gérmine ſuo, * & móntium fundaménta combúret.

Congregábo ſuper eos mala, * & ſagíttas meas complébo in eis.

Conſuméntur fame, * & devorábunt eos aves morſu amaríſſimo.

Dentes beſtiárum immíttam in eos, * cum furóre trahéntium ſuper terram, atque ſerpéntium.

Foris vaſtábit eos gládius, & intus pavor, * júvenem ſimul ac vírginem, lacténtem cum hómine ſene.

Dixi : Ubinam ſunt ? * ceſſáre fáciam ex homínibus memóriam eórum :

Sed propter iram inimicórum dístuli ; * ne fortè ſuperbírent hoſtes eórum,

Et dícerent, Manus noſtra excélſa, * & non Dóminus fecit hæc ómnia.

Gens abſque consílio eſt, & ſine prudéntia : * útinam ſáperent & intellígerent, ac noviſſima providérent.

Quómodo perſequátur unus mille, * & duo fugent decem míllia ?

Nonne ídeo, quia Deus ſuus véndidit eos, * & Dóminus conclúſit illos ?

Non enim eſt Deus noſter ut dii eórum : * & inimíci noſtri ſunt júdices.

De vínea Sodomór...

eórum, * & de ſuburbánis Gomórrhæ:

Uva eórum uva fellis, * & botri amaríſſimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venénum áſpidum inſanábile.

Nonne hæc cóndita ſunt apud me, * & ſignáta in theſaúris meis?

Mea eſt últio, & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxtà eſt dies perditiónis, * & adéſſe feſtinant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis miſerébitur.

Vidébit quòd infirmáta ſit manus, * & clauſi quoque defecèrunt, reſiduíque conſúmpti ſunt.

Et dicet: Ubi ſunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam?

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminum:

Surgant, & opituléntur vobis, * & in neceſſitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego ſim ſolus, * & non ſit áliusDeus præter me:

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego ſanábo; * & non eſt qui de manu mea poſſit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam; * & dicam: Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur, gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea;

Reddam ultiónem hóſtibus meis, * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo ſagíttas meas ſánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occiſórum, * & de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte gentes pópulum ejus, * quia ſánguinem ſervórum ſuórum ulciſcétur;

Et vindíctam retríbuet in hoſtes eórum, * & propítius erit terræ pópuli ſui.

Ant. Date magnificéntiam Deo noſtro. *v.* 4.

[*In Feſtis, locò ſuperioris Cantici, dicitur ſequens Canticum Judith.* 16. 2. *ad* 8.

INcípite Dómino in tympanis, * cantáte Dómino in cymbalis.

Modulámini illi pſalmum novum; * exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella, * Dóminus nomen eſt illi.

Qui póſuit caſtra ſua in médio pópuli ſui, * ut eríperet nos de manu ómnium inimicórum noſtrórum.

Venit Aſſur ex móntibus ab Aquilóne * in multitúdine fortitúdinis ſuæ:

Cujus multitúdo obturávit torréntes, * & equi eórum cooperuérunt valles.

Dixit ſe incenſúrum fines meos, * & júvenes meos occiſúrum gládio,

ꝛtes meos dare in præ-
& vírgines in captivi-

ninus autem omnípo-
ſcuit eum, & trádidit
n manus féminæ, * &
it eum.]
. 7. c. Laudáte eum.
lmus Laudum 150.
ıdáte Dóminum in ſan-
s ejus; * laudáte eum in
ıénto virtútis ejus.
dáte eum in virtútibus
laudáte eum ſecún-
nultitúdinem magnitú-
jus.
láte eum in ſono tubæ; *
e eum in pſaltério &
ı.
dáte eum in tympano &
; * laudáte eum in chor-
órgano.
dáte eum in cymbalis
nántibus, laudáte eum
ıbalis jubilatiónis: * om-
ritus laudet Dóminum.
. Laudáte eum ſecún-
nultitúdinem magnitú-
jus. *v.* 2.
tulum. Philipp. 4. 8.
]æcúnque ſunt vera,
uæcúnque pudíca, quæ-
e juſta, quæcúnque ſan-
quæcúnque amabília,
nque bonæ famæ, ſi qua
, ſi qua laus diſciplínæ,
gitáte.

Hymnus.

OLES Parénti par tuo,
erúſque de Deo Deus,
e, da mundo diem,
s tenébras díſcute.

TE quærimus dilúculò;
Nos ſanctus ardor éxcitat:
Quæ corde puro fúndimus,
O Chriſte, vota ſúſcipe.

EXURGE, de cœlo tuis
Intus fove cor ígnibus;
Ut unde flagrat, huc amans
Toto ferátur ímpetu.

DEO Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Repléti ſumus manè miſericórdiâ tuâ; ℟. Exultávimus, & delectáti ſumus. *Pſ.* 89. 14.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Viſitávit nos, óriens ex alto, illumináre his qui in ténebris, & in umbra mortis ſedent. *Luc.* 1. 78. 79.

Preces quando dicuntur, & Suffragia, infrà poſt Veſperas.

AD PRIMAM.

Poſt Epiph. Ant. 4. *irreg.* A. Quærite Dóminum.

Pſalmus 104.

CONfitémini Dómino, & invocáte nomen ejus; * annuntiáte inter gentes ópera ejus.

Cantáte ei, & pſállite ei; * narráte ómnia mirabília ejus.

Laudámini in nómine ſancto ejus: * lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quærite Dóminum, & confirmámini; * quærite fáciem ejus ſemper.

Mementóte mirabílium ejus quæ fecit, * prodígia ejus, & judícia oris ejus.

Semen Abraham, ſervi ejus; * filii Jacob, elécti ejus.

Ipſe Dóminus Deus noſter; * in univérſa terra judícia ejus.

Memor fuit in ſéculum teſtaménti ſui, * verbi quod mandávit in mille generatiónes,

Quod diſpóſuit ad Abraham, * & juraménti ſui ad Iſaac:

Et ſtátuit illud Jacob in præcéptum, * & Iſraël in teſtaméntum ætérnum,

Dicens: Tibi dabo terram Chánaan, * funículum hereditátis veſtræ;

Cùm eſſent número brevi, paucíſſimi, * & íncolæ ejus:

Et pertranſiérunt de gente in gentem, * & de regno ad pópulum álterum.

Non relíquit hóminem nocére eis; * & corrípuit pro eis reges:

Nolíte tángere chriſtos meos, * & in prophétis meis nolíte malignári:

Diviſio Pſalmi 104.

ET vocávit famem ſuper terram, * & omne firmaméntum panis contrívit:

Miſit ante eos virum; * in ſervum venúndatus eſt Joſeph:

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránſiit ánimam ejus, * donec veníret verbum ejus:

Elóquium Dómini inflammávit eum; * miſit rex, & ſolvit eum; princeps populórum, & dimíſit eum.

Conſtítuit eum dóminum domûs ſuæ, * & príncipem omnis poſſeſſiónis ſuæ,

Ut erudíret príncipes ejus ſicut ſemetípſum, * & ſenes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Iſraël in Ægyptum, * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum ſuum veheménter; * & firmávit eum ſuper inimícos ejus.

Convértit cor eórum ut odirent pópulum ejus, * & dolum fácerent in ſervos ejus.

Altera diviſio Pſalmi 104.

MIſit Móyſen ſervum ſuum, * Aáron quem elégit ipſum.

Póſuit in eis verba ſignórum ſuórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Miſit tenebras & obſcurávit; * & non exacerbávit ſermónes ſuos.

Convértit aquas eórum in ſánguinem: * & occídit piſces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipſórum.

Dixit; & venit cœnomyïa, & cínifes, * in ómnibus fínibus eórum.

Póſuit plúvias eórum grándinem; * ignem comburéntem in terra ipſórum.

Et percúſſit víneas eórum, & ficúlneas eórum; * & contrívit lignum fínium eórum.

; & venit locúſta , &
, * cujus non erat nú-

médit omne fœnum
eórum , * & comé-
em fructum terræ eó-

rcúſſit omne primo-
in terra eórum , *
omnis labóris eó-

ixit eos cum argén-
ro : * & non erat in
eórum infírmus.
eſt Ægyptus in pro-
eórum , * quia in-
timor eórum ſuper

idit nubem in prote-
eórum , * & ignem ut
eis per noctem.
unt , & venit cotúr-
& pane cœli ſaturávit

it petram , & fluxé-
æ ; * abiérunt in ſicco

iam memor fuit verbi
i , * quod hábuit ad
n púerum ſuum :
íxit pópulum ſuum in
óne , * & eléctos ſuos
i :
dit illis regiónes gén-
& labóres populórum
unt ,
ſtódiant juſtificatió-
, * & legem ejus re-

iph. Ant. Quærite Dó-
& confirmámini; *quæ-
m ejus ſemper. v. 4.*

AD TERTIAM.

Poſt Epiph. Ant. 8. c. Beáti.

Pſalmus 105.

Confitémini Dómino, quóniam bonus,* quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini , * audítas fáciet omnes laudes ejus ?

Beáti qui cuſtódiunt judícium , & fáciunt juſtítiam * in omni témpore.

Meménto noſtrî Dómine in beneplácito pópuli tui ; * víſita nos in ſalutári tuo,

Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum , ad lætándum in lætítia gentis tuæ , * ut laudéris cum hereditáte tua.

Diviſio Pſalmi 105.

Peccávimus cum pátribus noſtris , * injúſtè égimus , iniquitátem fécimus.

Patres noſtri in Ægypto non intellexérunt mirabília tua ; * non fuérunt mémores multitúdinis miſericórdiæ tuæ :

Et irritavérunt aſcendéntes in mare , * mare rubrum :

Et ſalvávit eos propter nomen ſuum , * ut notam fáceret poténtiam ſuam :

Et increpuit mare rubrum , & exſiccátum eſt ; * & dedúxit eos in abyſſis ſicut in deſérto :

Et ſalvávit eos de manu odiéntium , * & redémit eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribulántes eos ; * unus ex eis no[illegible] mánſit.

Et credidérunt verbis ejus,* & laudavérunt laudem ejus.

Citò fecérunt, oblíti ſunt óperum ejus, * & non ſuſtinuérunt consílium ejus:

Et concupiérunt concupiſcéntiam in deſérto; * & tentavérunt Deum in inaquóſo:

Et dedit eis petitiónem ipſórum, * & miſit ſaturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móyſen in caſtris, * Aáron ſanctum Dómini.

Apérta eſt terra, & deglutívit Dathan, * & opéruit ſuper congregatiónem Abíron:

Et exárſit ignis in ſynagóga eórum, * flamma combúſſit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb, * & adoravérunt ſcúlptile;

Et mutavérunt glóriam ſuam * in ſimilitúdinem vítuli comedéntis fœnum.

Oblíti ſunt Deum qui ſalvávit eos; * qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham, terribília in mari rubro.

Et dixit ut diſpérderet eos,* ſi non Móyſes eléctus ejus ſtetíſſet in confractióne in conſpéctu ejus,

Ut avérteret iram ejus, * ne diſpérderet eos.

Et pro níhilo habuérunt terram deſiderábilem; * non credidérunt verbo ejus.

Et murmuravérunt in tabernáculis ſuis; * non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit man[um] ſuper eos, * ut pr[o]... eos in deſérto,

Et ut dejíceret ſem[en] in natiónibus, * & d[...] eos in regiónibus.

Et initiáti ſunt [...] gor; * & comedéru[nt] [sacrifi]cia mortuórum.

Et irritavérunt e[um] inventiónibus ſuis: [...] tiplicáta eſt in eis r[uina].

Et ſtetit Phínees, [...] vit; * & ceſſávit qua[ſſatio].

Et reputátum eſt [...] tiam, * in generat[ione &] generatiónem uſqu[e in ſem]pitérnum.

Et irritavérunt [...] aquas contradictió[nis] [...] vexátus eſt Móyſe[s] [...] eos;

Quia exacerbav[érunt] [...] tum ejus, * & diſtí[nxit] [...] biis ſuis.

Altera diviſio Pſa[...]

NOn diſperdidé[runt] [...] tes, * quas di[xit] [...] nus illis.

Et commíxti ſun[t] [...] tes, & didicérunt [...] rum, & ſerviérun[t] [...] bus eórum; * & [...] illis in ſcándalum.

Et immolavér[unt] [...] ſuos, * & fílias ſ[...] niis;

Et effudérunt [...] innocéntem; * ſá[nguinem] [...] liórum ſuórum, [...] ſuárum quas ſac[...] ſculptílibus Chána[an].

ćta eſt terra in ſan-
& contamináta eſt
us eórum; * & for-
t in adinventiónibus

ıs eſt furóre Dómi-
pulum ſuum , * &
us eſt hereditátem

lidit eos in manus
* & domináti ſunt
i odérunt eos.
ulavérunt eos inimí-
& humiliáti ſunt ſub
órum : * ſæpe libe-

tem exacerbavérunt
nſílio ſuo,* & humi-
in iniquitátibus ſuis.
: cùm tribularéntur,*
oratiónem eórum;
mor fuit teſtaménti
pœnítuit eum ſecún-
itúdinem miſericór-

it eos in miſericór-
conſpéctu ómnium
ant eos.
nos fac Dómine
ſter, * & cóngrega
atiónibus,
onfiteámur nómini
o, * & gloriémur in

ćtus Dóminus Deus
ſéculo, & uſque in
* & dicet omnis pó-
at, fiat.
ph. *Ant.* Beáti qui
t judícium, & fáciunt
in omni témpore.

emalis.

AD SEXTAM.

Poſt Epiph. Ant. 1. â. Confiteántur Dómino.

Pſalmus 106.

CONfitémini Dómino quóniam bonus,* quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redémpti ſunt à Dómino , quos redémit de manu inimíci, * & de regiónibus congregávit eos,

A ſolis ortu & occáſu , * ab Aquilóne & mari.

Erravérunt in ſolitúdine in inaquóſo, * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Eſuriéntes & ſitiéntes ; * ánima eórum in ipſis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rectam, * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum :

Quia ſatiávit ánimam ináńem, * & ánimam eſuriéntem ſatiávit bonis.

Sedéntes in ténebris & umbra mortis, * vinctos in mendicitáte & ferro,

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consílium Altíſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum ; * infirmáti ſunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad D

num cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris, & umbra mortis; * & víncula eórum diſrúpit.

Diviſio Pſalmi 106.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Suſcépit eos de via iniquitátis eórum, * propter injuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnem eſcam abomináta eſt ánima eórum, * & appropinquavérunt uſque ad portas mortis:

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum, & ſanávit eos, * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et ſacríficent ſacrifícium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui deſcéndunt mare in návibus, * faciéntes operatiónem in aquis multis,

Ipſi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profúndo.

*Dixit; & ſtetit ſpíritus procéllæ, * & exaltáti ſunt fluctus ejus:*

Aſcéndunt uſque ad cœlos, & deſcéndunt uſque ad abyſſos; * ánima eórum in malis tabeſcébat:

Turbáti ſunt, & moti ſunt ſicut ébrius; * & omnis ſapiéntia eórum devoráta eſt:

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularéntur; * & de neceſſitátibus eórum edúxit eos:

Et ſtátuit procéllam ejus in auram, * & ſiluérunt fluctus ejus:

Et lætáti ſunt quia ſiluérunt; * & dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Altera diviſio Pſalmi 106.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Et exáltent eum in eccléſia plebis, * & in cáthedra ſeniórum laudent eum.

Póſuit flúmina in deſértum; * & éxitus aquárum in ſitim;

Terram fructíferam in ſalſúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Póſuit deſértum in ſtagna aquárum, * & terram ſine aqua in éxitus aquárum;

Et collocávit illic eſuriéntes; * & conſtituérunt civitátem habitatiónis;

Et ſeminavérunt agros, & plantavérunt víneas; * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedíxit eis, & multiplicáti ſunt nimis; * & juménta eórum non minorávit.

Et pauci facti ſunt, * &

nt à tribulatióne ma-
& dolóre.
eſt contémptio ſuper
s,* & erráre fecit eos
, & non in via.
ívit paúperem de inó-
: póſuit ſicut oves fa-

unt recti, & lætabún-
omnis iníquitas op-
s ſuum.
ăpiens, & cuſtódiet
t intélliget miſericór-
nini?
piph. Ant. Confiteân-
ino miſericórdiæ e-
mirabília ejus fíliis
n. *v.* 31.

N O N A M.

piph. Ant. 4. *irreg.* A.
, Dómine.

Pſalmus 107.

rátum cor meum
eus, parátum cor
eum;* cantábo, &
n glória mea.
e glória mea, exúrge
m & cíthara;* exúr-
culò.
tébor tibi in pópulis
,* & pſallam tibi in
us;
agna eſt ſuper cœlos
rdia tua, * & uſque
véritas tua.
re ſuper cœlos Deus,
omnem terram glória
ut liberéntur diléċti

m fac déxterâ tuâ, *
i *me*
locútus eſt in ſanċto

ſuo; * exultábo, & dívidam Síchimam; & convállem tabernaculórum dimétiar.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manáſſes; * & Ephraïm ſuſcéptio cápitis mei;

Juda rex meus; * Moab lebes ſpei meæ;

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ amíci facti ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam?* quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repuliſti nos?* & non exíbis Deus in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem;* & ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros.

Pſalmus 108.

Deus laudem meam ne tacúeris; * quia os peccatóris, & os dolóſi ſuper me apértum eſt.

Locúti ſunt advérsùm me linguâ dolóſâ, & ſermónibus ódii circundedérunt me; * & expugnavérunt me gratìs.

Pro eo ut me diligerent, detrahébant mihi;* ego autem orábam.

Et poſuérunt advérsùm me mala pro bonis, * & ódium pro dilectióne mea.

Conſtítue ſuper eum peccatórem, * & diábolus ſtet à dextris ejus.

Cùm judicátur, exeat c

demnátus; * & orátio ejus fiat in peccátum:

Fiant dies ejus pauci, * & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutántes transferántur fílii ejus, & mendícent, * & ejiciántur de habitatiónibus ſuis.

Scrutétur fœnerátor omnem ſubſtántiam ejus, * & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non ſit illi adjútor, * nec ſit qui miſereátur pupíllis ejus.

Fíant nati ejus in intéritum, * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conſpéctu Dómini, * & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum ſemper; * & diſpéreat de terra memória eórum;

Pro eo quòd non eſt recordátus fácere miſericórdiam, * & perſecútus eſt hóminem ínopem & mendícum, & compúnctum corde mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei; * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem ſicut veſtiméntum, * & intrávit ſicut aqua in interióra ejus, & ſicut óleum in óſſibus ejus.

Fiat ei ſicut veſtiméntum quo operítur, * & ſicut zona quâ ſemper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui dét… hunt mihi apud Dóminun… & qui loquúntur mala adv… sùs ánimam meam.

Diviſio Pſalmi 108.

ET tu Dómine, Dóm… fac mecum propter nor… tuum; * quia ſuávis eſt m… ricórdia tua.

Líbera me, quia egénu… pauper ego ſum, * & … meum conturbátum eſt i… me.

Sicut umbra cùm declír… ablátus ſum; * & excúſſus … ſicut locúſtæ.

Génua mea infirmáta ſu… jejúnio, * & caro mea imı… táta eſt propter óleum.

Et ego factus ſum opp… brium illis; * vidérunt me … movérunt cápita ſua.

Adjuva me Dómine D… meus, * ſalvum me fac ſe… dùm miſericórdiam tuam.

Et ſciant quia manus … hæc, * & tu Dómine fe… eam.

Maledícent illi, & tu be… díces; * qui inſúrgunt in … confundántur; ſervus au… tuus lætábitur.

Induántur qui détral… mihi, pudóre; * & oper… tur ſicut diplóïde, confuſi… ſuâ.

Confitébor Dómino n… in ore meo, * & in médio … tórum laudábo eum;

Quia áſtitit à dextris … peris, * ut ſalvam fáceret à … ſequéntibus ánimam mean…

piph. Ant. Dómine ,
fac mecum propter
uum ; quia ſuávis eſt
rdia tua. *v.* 21.

VESPERAS.

5. F. Beátus.

Pſalmus 143.

nedíctus Dóminus
eus meus , qui docet
anus meas ad præ-
& dígitos meos ad

córdia mea , & refú-
neum ; * ſuſcéptor
liberátor meus ;
ctor meus , & in ipſo
* qui ſubdit pópulum
ub me.
ne quid eſt homo, quia
ti ei ? * aut fílius hó-
quia réputas eum ?
o vanitáti símilis fa-
,* dies ejus ſicut um-
éreunt.
ne inclína cœlos tuos,
nde ;* tange montes ,
ábunt.
ra coruſcatiónem , &
s eos ; * emítte ſa-
uas , & conturbábis

e manum tuam de al-
e me , & líbera me de
ltis ,* de manu filió-
nórum ,
m os locútum eſt va-
, * & déxtera eórum ,
niquitátis.
cánticum novum can-
, * in pſaltério deca-
pſallam tibi,
las ſalútem régibus,*

qui redemíſti David ſervum tuum de gládio malígno.

Eripe me , & érue de manu filiórum alienórum , quorum os locútum eſt vanitátem ; * & déxtera eórum déxtera iniquitátis :

Quorum fílii ſicut novéllæ plantatiónes * in juventúte ſua ;

Fíliæ eórum compóſitæ , * circumornátæ ut ſimilitúdo templi :

Promptuária eórum plena,* eructántia ex hoc in illud :

Oves eórum fœtóſæ , abundántes in egréſſibus ſuis ; * boves eórum craſſæ :

Non eſt ruína macériæ , neque tránſitus , * neque clamor in platéis eórum,

Beátum dixérunt pópulum cui hæc ſunt : * beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. Beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus. *v.* 18.

Ant. 8. c. Benedícat.

Pſalmus 144.

EXaltábo te Deus meus Rex , * & benedícam nómini tuo in ſéculum , & in ſéculum ſéculi.

Per ſíngulos dies benedícam tibi , * & laudábo nomen tuum in ſéculum , & in ſéculum ſéculi.

Magnus Dóminus , & laudábilis nimis , * & magnitúdinis ejus non eſt finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua , * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ ſan-

titátis tuæ loquéntur, * & mirabília tua narrábunt;

Et virtútem terribílium tuórum dicent, * & magnitúdinem tuam narrábunt:

Memóriam abundántiæ ſuavitátis tuæ eructábunt, * & juſtítiâ tuâ exultábunt.

Miſerátor & miſéricors Dóminus; * pátiens, & multùm miſéricors.

Suávis Dóminus univérſis, * & miſeratiónes ejus ſuper ómnia ópera ejus.

Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua; * & ſancti tui benedícant tibi:

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquéntur.

Ut notam fáciant filiis hóminum poténtiam tuam, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium ſeculórum; * & dominátio tua in omni generatióne, & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, * & ſánctus in ómnibus opéribus ſuis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, * & érigit omnes eliſos.

Oculi ómnium in te ſperant Dómine; * & tu das eſcam illórum in témpore opportúno:

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

Juſtus Dóminus in ómnibus viis ſuis; * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Propè eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium ſe fáciet, & deprecatiónem eórum exaúdiet, * & ſalvos fáciet eos.

Cuſtódit Dóminus omnes diligéntes ſe; * & omnes peccatóres diſpérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum; * & benedícat omnis caro nómini ſancto ejus in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Ant. Benedícat omnis caro nómini ſancto ejus. *v.* 21.

Ant. 5. a. Dóminus.

Pſalmus 145.

LAuda ánima mea Dóminum; * laudábo Dóminum in vita mea, pſallam Deo meo quándiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus, * in filiis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus, & revertétur in terram ſuam; * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipſius, * qui fecit cœlum & terram, mare & ómnia quæ in eis ſunt:

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum, facit judícium injúriam patiéntibus; * dat eſcam eſuriéntibus.

inus ſolvit compedí-
)óminus illúminat cœ-

inus érigit elíſos ; *
is díligit juſtos :
nus cuſtódit ádvenas ;
a , & víduam ſuſcí-
t vias peccatórum diſ-

ábit Dóminus in ſé-
)eus tuus Sion * in
ónem & generatió-

)óminus erígit elíſos :
is díligit juſtos. *v.* 8.
1. a. Magnus.
Pſalmus 146.
láte Dóminum , quó-
n bonus eſt pſalmus ;*
ſtro ſit jucúnda , de-
laudátio.
cans Jerúſalem Dómi-
diſperſiónes Iſraélis
ábit :
ſanat contrítos cor-
& álligat contritiónes
:
iúmerat multitúdinem
n , * & ómnibus eis
vocat.
us Dóminus noſter ,
a virtus ejus ; * & ſa-
ejus non eſt núme-

iens manſuétos Dó-
humílians autem pec-
iſque ad terram.
nite Dómino in con-
; * pſállite Deo noſtro
a ,
erit cœlum núbibus,*
terræ plúviam :

Qui prodúcit in móntibus fœnum , * & herbam ſervitúti hóminum :

Qui dat juméntis éſcam ipſórum , * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit ; * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum eſt Dómino ſuper timéntes eum , * & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Ant. Magnus Dóminus Deus noſter , & magna virtus ejus. *v.* 5.

Ant. 4. E. Lauda.

Pſalmus 147.

LAuda Jerúſalem Dóminum, * lauda Deum tuum Sion ;

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum ; * benedíxit fíliis tuis in te ;

Qui póſuit fines tuos pacem ; * & ádipe fruménti ſátiat te :

Qui emíttit elóquium ſuum terræ ; * velóciter currit ſermo ejus :

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cínerem ſpargit :

Mittit cryſtállum ſuam ſicut buccéllas ; * ante fáciem frígoris ejus quis ſuſtinébit ?

Emíttet verbum ſuum , & liquefáciet ea ; * flábit ſpíritus ejus , & fluent aquæ :

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob , * juſtítias & judícia ſua Iſraël.

Non fecit táliter omni natióni; * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. Lauda Jerúſalem Dóminum, lauda Deum tuum Sion. *v.* 1.

Capitulum. Rom. 11. 33.

O Altitúdo divitiárum ſapiéntiæ, & ſciéntiæ Dei: quàm incomprehenſibília ſunt judícia ejus, & inveſtigábiles viæ ejus!

Hymnus.

O Sempitérna Trínitas,
Mundum creas poténtiâ;
Jugi tuéris cónditum,
Regíſque providéntiâ.

Tuo treméntes Angeli
Circunvolútum lúmine
Ardent vidére te Pater,
Te Nate, teque Spíritus.

Pavore ſancto térriti
En opprimúntur glóriâ,
Proníque coram prócidunt,
Penníſque velant ſe ſuis.

Et nos tui quos nóminis
Signat renátos dígnitas,
Jam te fide capéſſimus
Adoptiónis filii.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. Sépties in die laudem dixi tibi, ℟. Super judícia juſtítiæ tuæ. *Pſ.* 118. 164.

Ad Magníficat, *Antiphona in Proprio de Tempore.*

Oratio Dominica ſequentis.

IN FERIIS PER ANNUM,

Ad Laudes Matutinas et Vesperas.

In Feriis Adventûs, Feria quarta Cinerum, & ſequentibus, poſt Antiphonam ad Benedíctus, *&* Magníficat, *dicuntur flexis genibus, & demiſſâ voce ſequentes*

PRECES.

Kyrie eléïſon, *ter.* Chriſte eléïſon, *ter.* Kyrie eléïſon, *ter.*

Secretò, Pater, *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Peccávimus cum pátribus noſtris, ℟. Injúſtè égimus, iniquitátem fécimus. *Pſ.* 105. 6.

℣. Dómine ne memíneris iniquitátum noſtrárum antiquárum, ℟. Citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ; quia paúperes facti ſumus nimis. *Pſ.* 78. 8.

℣. Adjuva nos Deus ſalutáris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos. ℟. Et propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. *Pſ.* 78. 9.

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam, ℟. Et ſalutáre tuum da nobis. *Pſ.* 84. 8.

℣. Sacerdótes tui induántur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exúltent. *Pſ.* 131. 9.

℣. Dómine ſalvum fac Regem; ℟. Et exaúdi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

rum fac pópulum
nine, ℟. Et bénedic
tuæ. *Pſ.* 27. 9.
ₚáte quæ ad pacem
alem : ℟. Fiat pax
tua, & abundán-
bus tuis. *Pſ.* 121. 6. 7.
émus pro frátribus
ſéntibus : ℟. Rege
xtólle illos uſque in
Pſ. 27. 9.
infirmis, afflíctis,
: ℟. Líbera Deus,
ómnibus tribulatió-
. *Pſ.* 24. 22.
cunctis fidélibus de-
℟. Convértere Dó-
quequo? & deprecá-
ſuper ſervos tuos.
3.
e dicitur Pſalmus,
ndis, *ut ſuprà* 78.
, Glória Patri. [*In*
co Pſalmi De pro-
citur Pſalmus, Miſe-
uprà 66.]
Pſalmo, *Hebdoma-*
it, ℣. Deus tu con-
vificábis nos, ℟. Et
lætábitur in te. *Pſ.*

mine exaúdi oratió-
m, ℟. Et clamor
te véniat. *Pſ.* 101. 2.
altâ voce,
minus vobíſcum;
cum ſpíritu tuo.
conveniens.
enda ſit Commemo-
ujus Feſti occurrentis,
o. Deinde
entu, ſit Commemo-

ratio omnium Sanctorum, per Antiphonam, ℣. & Orationem, quæ habentur in Proprio de Tempore.

Ab Octava verò Epiphaniæ, ad Dominicam Paſſionis, in Feſtis Simplicibus & Feriis, ſiunt

SUFFRAGIA,

ſeu Commemorationes Communes,

De omnibus Sanctis.

AD LAUDES.

Ant. Hi ſunt ante thronum Dei, & ſérviunt ei die ac nocte in templo ejus. *Apoc.* 7. 15.

℣. Juſti confitebúntur nómini tuo; ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Pſ.* 139. 14.

Orémus. *Oratio.*

Concéde, quæſumus omnípotens Deus, ut ſancta Dei génitrix María, ſancti tui Apóſtoli, Mártyres, Pontífices, Vírgines, atque omnes Sancti, quorum memóriam celebrámus, nos ubíque ádjuvent; quátenus illórum ſuffrágio tranquíllâ pace in tua laude lætémur; Per eúndem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Si aliud non ſequatur Offi-

cium, dicitur ſecretò, Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde, Pater noſter.

Et ſic poſt quamlibet horam.

AD VESPERAS.

Ant. Juſti epuléntur & exúltent in conſpéctu Dei, & delecténtur in lætítia. *Pſ.* 67. 4.

℣. Exultáte juſti in Dómino; ℟. Rectos decet collaudátio. *Pſ.* 32. 1.

Oratio, Concéde, *ut ſuprà.*

In Adventu, ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam, Antiphona, Capitula, & ℟℟. brevia habentur in Proprio poſt Dominicam I. Adventûs.

AD PRIMAM.

Hymnus.

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur ſúpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos ſervet à nocéntibus.

LINGUAM refrænans témperet,
Ne litis horror ínſonet:
Viſum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes haúriat.

SINT pura cordis íntima,
Absíſtat & vecórdia;
Carnis terat ſupérbiam
Potûs cibíque párcitas.

UT cùm dies abſcéſſerit,
Noctémque ſors redúxerit,
Mundi per abſtinéntiam
Ipſi canámus glóriam.

PRÆSTA, Pater piíſſime,
Patríque compar Unice,
Sancto ſimul cum Spíritu
Regnans per omne ſéculum.
Amen.

[*In Dominicis* (
phona ut habetu
Pſalmi ſecundùi
Capitulum. 1
REgi ſeculó
táli, inviſil
honor, & glória
lórum. Amen. ℟
℟. *breve*, C
Dei vivi, *ut inſ*
Poſt Epiphani.
Officio, Antiphoi
ſecundùm Ferian
Capitulum.
DOmine mi
te enim e:
eſto bráchium nc
nè, & ſalus noſt
tribulatiónis.
℟. *breve*, Ch
Dei vivi, * Mi
Repetitur, Chriſt
vivi, miſerére n
ſedes ad dexter:
Miſerére nobis.
tri, & Fílio, &
cto. *Repetitur*,
fili Dei vivi, m
Matt. 16.16. *To*
1. 3.
℣. Exúrge Dó
nos, ℟. Et rédim
nomen tuum. *Pſ*
Reſponſorio l
Jeſu, *nunquam*
lúia; *nequidem*
nualibus.
P R E (
Sequentes dic
minicis & Feſtis
ac in Feriali O
tur genibus flexi

ando Preces dictæ ſunt
es.)
eléïſon, *ter.* Chriſte
on, *ter.* Kyrie eléï-

, Pater, *uſque ad*
nos indúcas in ten-
; ℟. Sed líbera nos

vet ánima mea, &
te; ℟. Et judícia tua
nt me. *Pſ.* 118. 175.
, Credo in Deum,
℣. Carnis reſurre-
; ℟. Vitam ætérnam.

go ad te Dómine cla-
. Et manè oratio mea
t te. *Pſ.* 87. 14.
pleátur os meum lau-
Ut cantem glóriam
tâ die magnitúdinem
. 70. 8.
s meum annuntiábit
tuam, ℟. Totâ die
tuum. *Pſ.* 70. 15.
ibus Dominicis, Du-
majoribus ac ſuprà, &
vas, hic dicitur ℣. Dó-
údi oratiónem meam,
Dóminus vobíſcum,
nde Oratio, Dómine
infrà.
iſolemnibus & ſuprà,
Octavas Feſtorum Do-
ſi occurrat Feſtum Se-
e aut ſuprà) Oratio
emittitur Orationi,
ſancte: *& duæ illæ*
dicuntur ſub eádem
e.
Octavas Sanctorum

non dicitur Oratio Octavæ, niſi quando fit de Octavâ.

Intrà Octavas Semiſolemnium, etiam ſi fiat de Octavâ, unica dicitur Oratio, Dómine ſancte, *ut infrà.*

In Duplicibus-minoribus & infrà, ac in Feriali Officio, adduntur ſequentes ℣℣.

℣. Avérte fáciem tuam à peccátis meis, ℟. Et omnes iniquitátes meas dele. *Pſ.* 50. 11.

℣. Cor mundum crea in me Deus, ℟. Et ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis. *Pſ.* 50. 12.

℣. Ne projícias me à fácie tua; ℟. Et ſpíritum ſanctum tuum ne aúferas à me. *Pſ.* 50. 13.

℣. Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; ℟. Et ſpíritu principáli confírma me. *Pſ.* 50. 14.

Quando Preces non dicuntur flexis genibus, hic fit Confeſſio: quando verò dicuntur, iterum adduntur ſequentes ℣℣. *ante Confeſſionem.*

℣. Vias tuas Dómine demónſtra mihi; ℟. Et ſémitas tuas édoce me. *Pſ.* 24. 4.

℣. Dírige me in veritáte tua, & doce me; ℟. Quia tu es Deus ſalvátor meus. *Pſ.* 24. 5.

℣. Reminíſcere miſeratiónum tuárum Dómine, ℟. Et miſericordiárum tuárum, quæ à ſéculo ſunt. *Pſ.* 24. 6.

℣. Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memí-

neris. ℟. Secúndùm miſericórdiam tuam meménto meî tu, *Pſ.* 24. 7. 8.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo; ℟. A viro iníquo éripe me. *Pſ.* 139. 2.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus, ℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me. *Pſ.* 58. 2.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem, ℟. Et de viris ſánguinum ſalva me. *Pſ.* 58. 3.

℣. Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſéculi; ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. *Pſ.* 60. 9.

℣. Deus in adjutórium meum inténde, ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

℣. Bénedic ánima mea Dómino, ℟. Et ómnia quæ intrà me ſunt nómini ſancto ejus. *Pſ.* 102. 1.

℣. Bénedic ánima mea Dómino, ℟. Et noli oblivíſci omnes retributiónes ejus; *Pſ.* 102. 2.

℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; ℟. Qui ſanat omnes infirmitátes tuas; *Pſ.* 102. 3.

℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam; ℟. Qui corónat te in miſericórdia & miſeratiónibus; *Pſ.* 102. 4.

℣. Qui replet in bonis deſidérium tuum; ℟. Renovábitur ut áquilæ juvéntus tua. *Pſ.* 102. 5.

Tunc Hebdomadarius facit Confeſſionem, mediocri dicens,

Confíteor Deo om[…] ténti, beátæ Maríæ […]per vírgini, beáto Micha[…]chángelo, beáto Jóanni[…]tíſtæ, ſanctis apóſtolis […] & Paulo, ómnibus Sa[…] (& vobis fratres;) quia […]cávi nimis cogitatióne, v[…] & ópere; meâ culpâ, me[…]pâ, meâ máximâ culpâ. […] precor beátam Maríam ſe[…] vírginem, beátum Mich[…] archángelum, beátum […] nem-Baptíſtam, ſanctos […]ſtolos Petrum & Paulum […]nes Sanctos, (& vos frat[…]) oráre pro me ad Dóm[…] Deum noſtrum.

Chorus reſpondet,

Miſereátur tuî om[…]tens Deus, & di[…] peccátis tuis, perdúcat […] vitam ætérnam. *Hebdo[…]rius dicit*, Amen.

Deinde Chorus repetit […]feſſionem; & ubi dictu[…] vobis fratres, *&* vos fr[…] *dicit*, tibi pater, *&* te p[…]

[*Qui ſolus recitat, ſen[…]cit* Confíteor, *ut ſuprà, […] vocibus quæ clauduntur […]theſi. Deinde*, Miſereát[…] *quod dicit* noſtrî, noſtris […] *Poſtea* Indulgéntiam, *c[…]liquis.*]

Factâ Confeſſione à C[…] Hebdomadarius dicit,

Indulgéntiam, abſo[…]nem, & remiſſiónen[…] catórum noſtrórum tríbu[…]

ípotens Pater, pius &
ırs Dóminus; & grá-
i-Spíritûs mundet nos
is ómnibus. *Chorus*
t *ſub tono Verſiculo-*
.men.
ımadarius proſequitur
m tono,
xaúdi nos Deus ſalu-
ſter, ℟. Spes ómnium
:erræ. *Pſ. 64. 6.*
iſerére noſtri Dómine,
rére noſtri. *Pſ.* 122. 3.
iat miſericórdia tua
ſuper nos, ℟. Quem-
ım ſperávimus in te.
22.
ómine Deus virtútum
:e nos; ℟. Et oſténde
tuam, & ſalvi érimus.
20.
)ómine exaúdi oratió-
eam, ℟. Et clamor
d te véniat. *Pſ.* 101. 2.
'óminus vobíſcum;
t cum ſpíritu tuo.
Oratio.
'mine ſanćte, Pater om-
potens, ætérne Deus,
; ad princípium hujus
:veníre fecíſti, tuâ nos
ſalva virtúte & miſeri-
; & concéde ut ad nul-
eclinémus peccátum,
quod incurrámus perí-
, ſed ſemper ad tuam
n faciéndam noſtra pro-
elóquia, dirigántur
, cogitatiónes, ſenſus
ra; Per Dóminum no-
'eſum Chriſtum fílium
qui tecum vivit & re-

gnat in unitáte Spíritûs-ſanćti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPITULI.

Primò Lector petit benedictionem, dicens, Jube Dómine bene dícere.

Hebdomadarius benedicit: Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam dóceat nos Dóminus. *Pſ.* 118. 66. *Reſpondet Chorus*, Amen. *Tum fit lectio Canonis, qui quâlibet die varius legitur, & habetur in Proprio de Tempore, vel de Sanctis, poſt Lectiones Officii Nocturni, vel poſt Laudes. In fine Canonis dicitur*, Tu autem Dómine miſerére noſtri. *Chorus reſpondet*, Deo grátias.

[*A privatim recitantibus poſt lectionem Canonis, omiſſo Martyrologio, quod extra Chorum ad libitum legitur, dicitur* ℣. Pretióſa, *&* Sanćta María, *ut infrà.*]

Deinde fit lectio Martyrologii, in cujus fine Hebdomadarius dicit,

℣. Pretióſa in conſpećtu Dómini ℟. Mors Sanćtórum ejus. *Pſ.* 115. 5.

Et abſolutè ſine, Dóminus vobíſcum, *& ſine*, Orémus,

SAnćta María & omnes Sanćti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſal-

vári, qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

[*Denique, ubi legitur Necrologium, poſt ejus lectionem, Hebdomadarius dicit,*

℣. Requiéſcat in pace.

℟. Amen.]

Sequentes ℣℣. *cum Oratione,* Actiones, *ante laborem quotidianum dicendi, omittuntur diebus Dominicis & Feſtis à populo feriatis; & immediatè poſtquam dictum eſt*, Sancta María, *Hebdomadarius dicit*, Adjutórium, *infrà.*

℣. Deus in adjutórium meum inténde, ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína. *Pſ. 69. 2.*

℣. Deus in adjutórium meum inténde, ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína.

℣. Deus in adjutórium meum inténde, ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína.

Glória Patri, & Fílio, & Spíritui-ſancto; ſicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Allelúia. *A Septuageſima ad Paſcha*, Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

℣. Réſpice in ſervos tuos Dómine, & in opera tua; & dírige fílios eórum: ℟. Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos, & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, & opus mánuum noſtrárum dírige. *Pſ. 89. 16. 17.*

Orémus. *Oratio.*

ACtiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirándo præveni, & adjuv quere; ut cuncta r & operátio à te ſ piat, & per te cœ Per Chriſtum Dó ſtrum. ℟. Amer

Hebdomadarius jutórium noſtrum Dómini, ℟. Qui & terram. *Pſ.* 12

℣. Sit nomen nedíctum; ℟. Ex uſque in ſéculum

℣. Benedicám

℟. Deo grátias

AD TER

Hymnu

NUNC ſancte ritus,
Unum Patri cum
Dignáre promptu
Noſtro refúſus p

Os, lingua, me vigor,
Confeſſiónem pé
Flamméſcat igne
Accéndat ardor

PRÆSTA, Pat
Patríque compar
Sancto ſimul cun
Regnans per om
Amen.

Poſt Epiphaniam & Pſalmi ſecundù

Capitulum. J

SAna me Dóm nábor; ſalvum ſalvus ero; quóni tu es.

℟. *breve*, Ego mine miſerére m

℣. Sana ánimam r

i. * Dómine. Gló-
ı. *Pſ.* 40. 4. 5.
ére meî Dómine,
am infirmus ſum.

ıd Laudes dicta ſunt
ıc ad Tertiam, Sex-
ınam dicuntur flexis
ȝ ſubmiſſâ voce ſe-

R E C E S.
léïſon, *ter.* Chriſte
ı, *ter.* Kyrie eléï-

Pater, *uſque ad*
ıos indúcas in ten-
℟. Sed líbera nos

ıine Deus virtútum
ıos; ℟. Et oſténde
.m, & ſalvi érimus.

nine exaúdi oratió-
ı, ℟. Et clamor meus
at. *Pſ.* 101. 1.
ninus vobíſcum;
um ſpíritu tuo.
conveniens.

S E X T A M.

Hymnus.

OR potens, verax
:us,
ɜras rerum vices;
manè illúminas,
; merídiem.
ıGUE flammas lí-
ı,
órem nóxium,
lútem córporum,
: pacem córdium.
TA, Pater piiſſime,
compar Unice,

Sancto ſimul cum Spíritu
Regnans per omne ſéculum.
Amen.

Poſt Epiphaniam, Antiphona, & Pſalmi ſecundùm Feriam.

Capitulum. Coloſſ. 3. 17.

OMne quodcúnque fácitis in verbo, aut in ópere; ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti, grátias agéntes Deo & Patri per ipſum.

℟. *breve*, Benedícam Dóminum * In omni témpore, ℟. Benedícam. ℣. Semper laus ejus in ore meo. * In omni témpore. Glória. ℟. Benedícam. *Pſ.* 33. 2.

℣. Laudábo Dóminum in vita mea, ℟. Pſallam Deo meo quándiu fúero. *Pſ.* 145. 1.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur ſuprà ad Tertiam.

Oratio conveniens.

A D N O N A M.

Hymnus.

RERUM Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens;
Lucis diúrnæ témpora
Succéſſibus detérminans:

LARGIRE clarum véſpere,
Quo vita nuſquam décidat,
Sed præmium mortis ſacræ
Perénnis inſtet glória.

PRÆSTA, Pater piiſſime,
Patríque compar Unice,
Sancto ſimul cum Spíritu
Regnans per omne ſéculum.
Amen.

Poſt Epiphaniam, Antiphona, & Pſalmi ſecundùm Feriam.

Capitulum. *Gal.* 6. 2.

ALter altérius ónera portáte, & ſic adimplébitis legem Chriſti.

℟. *breve*, Ab occúltis meis * Munda me Dómine, ℟. Ab occúltis. ℣. Et ab aliénis parce ſervo tuo. * Munda. Glória. ℟. Ab occúltis. *Pſ.* 18. 13. 14.

℣. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, ℟. Ut non moveántur veſtígia mea. *Pſ.* 16. 5.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur ſuprà ad Tertiam.

Oratio conveniens.

AD COMPLETORIUM.

COnvérte nos Deus ſalutáris noſter, ℟. Et avérte iram tuam à nobis. *Pſ.* 84. 4.

Deus in adjutórium, meum inténde, ℟. Dómine, &c.

Ant. 8. G. Miſerére meî.

Pſalmus 4.

CUm invocárem, exaudívit me Deus juſtítiæ meæ: * in tribulatióne dilatáſti mihi.

Miſerére meî, * & exaúdi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úſquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et ſcitóte quóniam mirificávit Dóminus ſanctum ſuum; * Dóminus exaúdiet me, cùm clamávero ad eum.

Iraſcímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus veſtris, in cubílibus compungímini.

Sacrificáte ſacrificiu[m] tiæ, & ſperáte in Dó[mino]

Multi dicunt: Quis [oſtendit] nobis bona?

Signátum eſt ſuper [nos lu]men vultûs tui Dóm[ine:] dedíſti lætítiam in cor[de meo.]

A fructu fruménti, [vini, &] ólei ſui, * multiplicát[i ſunt.]

In pace in idipſum [dor]miam, & requiéſcam

Quóniam tu Dómi[ne ſin]guláriter in ſpe co[nſtituiſti] me.

Pſalmus 90.

QUi hábitat in a[djutório] Altíſſimi, * in pr[otectió]ne Dei cœli commor[ábitur.]

Dicet Dómino: S[uſcéptor] meus es tu, & r[efúgium] meum; * Deus meu[s ſperá]bo in eum.

Quóniam ipſe libe[rávit me] de láqueo venántiu[m,] à verbo áſpero.

Scápulis ſuis ob[umbrábit] tibi, * & ſub pennis [ejus ſpe]rábis.

Scuto circúndabit [te véritas] ejus, * non timébis [à timóre] noctúrno,

A ſagítta volánte [in die, à] negótio perambulán[te in te]nebris, * ab incúrſ[u, & dæ]mónio meridiáno.

Cadent à látere tuo [mille, &] decem míllia à dextr[is tuis:] ad te autem non a[ppro]quábit.

Verúntamen óc[ulis tuis] conſ[iderábis]

conſiderábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine ſpes mea: * Altíſſimum poſuíſti refúgium tuum,

Non accédet ad te malum, * & flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo:

Quóniam Angelis ſuis mandávit de te, * ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis:

In mánibus portábunt te, * ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áſpidem & baſilíſcum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me ſperávit, liberábo eum; * protégam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exaúdiam eum; * cum ipſo ſum in tribulatióne, erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & oſténdam illi ſalutáre meum.

Pſalmus 133.

ECce nunc benedícite Dóminum * omnes ſervi Dómini,

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri;

In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Miſerére meî, & exaúdi oratiónem meam. *Pſ.* 4. 2.

In Adventu, & à Præſentatione Domini, vel à Dominicâ in Septuageſima, ſi prius occurrat, ad Quadrageſimam,

Hymnus.

DEus creátor ómnium,
Grates peráĉto jam die,
Et noĉtis exórtu preces
Proni tibi perſólvimus.

Quod longa peccávit dies
Noĉtúrnus éxpiet dolor,
Nec per ſopórem nos ſinas
Hoſtis patére fraúdibus.

Infestus uſque círcuit
Quærens leo quem dévoret,
Umbrántibus tu nos Pater
Natos ſub alis prótege.

O quando lucéſcet tuus
Qui neſcit occáſum dies!
O quando te perénniter
Amábimus, laudábimus!

Præsta, Pater piíſſime,
Patríque compar Unice,
Sanĉto ſimul cum Spíritu
Regnans per omne ſéculum.
Amen.

A Vigilia Nativitatis Domini ad Præſentationem ejuſdem incluſivè, niſi intervenerit Dominica in Septuageſima,

Hymnus.

VIrgo Dei génitrix,
Quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit
Víſcera, factus homo.

Quem paris, hic tóllit
Totius crímina mundi;
Et tibi virgínitas
Invioláta manet.

Te matrem pietátis
Opem te flágitat orbis;
Subvénias fámulis,
O benedícta, tuis.
Gloria magna Patri,
Sit par tibi glória, Nate;
Glória ſit compar,
Spíritus alme, tibi. Amen.

Capitulum. Jer. 14. 9.

TU in nobis es Dómine, & nomen tuum invocátum eſt ſuper nos; ne derelínquas nos.

℣. Cuſtódi me Dómine, ut pupíllam óculi. ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Pſ.* 16. 8.

Ant. 7. a. Non dormitábit.

Canticum Simeonis.
Luc. 2. 29. ad 33.

NUnc dimíttis ſervum tuum Dómine, * ſecúndùm verbum tuum in pace;

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paráſti * ante fáciem ómnium populórum;

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Ant. Non dormitábit, neque dórmiet qui cuſtódit Iſraël. *Pſ.* 120. 4.

PRECES

Sequentes dicuntur integrè in Duplicibus-minoribus & infrà. (In Feriis dicuntur demiſſâ voce, & genibus flexis, quandò dicta ſunt Preces in Veſperis.)

KYrie eléiſon, *ter.* Chriſte eléiſon, *ter.* Kyrie eléiſon, *ter.*

Secretò, Pater, *uſque* ne nos indúcas in tenta
℟. Sed líbera nos à m

℣. In pace in idípſ miam, & requiéſcam; niam tu Dómine ſin in ſpe conſtituíſti me 9. 10.

Secretò, Credo in *uſque ad* ℣. Carnis ctiónem. ℟. Vitam a Amen.

℣. Dírige me, Dón veritáte tua, & doc ℟. Quia tu es Deus meus, & te ſuſtínui t *Pſ.* 24. 5.

℣. Tu illúminas lu meam, Dómine; ℟ meus illúmina ténebra *Pſ.* 17. 29.

℣. In manus tuas commēndo ſpíritum ℟. Redemíſti me Deus veritátis. *Pſ.* 30

In omnibus Domin Duplicibus-majoribus prà, & intrà Octavas ſequentibus ℣℣. *contin tur* ℣. Dómine exaúdi nem meam, &c. ℣. D vobíſcum, &c. *deinde* Véritas, *infrà.*

In Semiſolemnibus & ac intrà Octavas Feſtor mini, (niſi occurrat Semiſolemne aut ſuprà tio Feſti præmittitur Véritas, *& duæ illa nes dicuntur ſub eadem ſione.*

Intra Octavas Sanct

itur Oratio Octava, *ndo ſit de Octava.*

Octavas Semiſolem- tiamſi fiat de Octava, ltitur Oratio Véritas,

iedícat nos Deus Deus

℣.Benedícat nos Deus.

7. 8.

le ſit Confeſſio, ut ſuprà uam, 140. Poſteà dici-

xaúdi nos Deus ſalutá- er, ℟. Spes ómnium terræ. *Pſ. 64. 6.*

iſerére noſtrì Dómine, rére noſtrì. *Pſ. 122. 3.*

it miſericórdia tua Dó- per nos, ℟. Quem- m ſperávimus in te. *22.*

ómine Deus virtútum e nos; ℟. Et oſténde tuam, & ſalvi érimus. *8.*

ómine exaúdi oratió- am, ℟. Et clamor meus :niat. *Pſ. 101. 2.*

'óminus vobíſcum;

t cum ſpíritu tuo.

:nus. *Oratio.*

tas tua, quæſumus mine, ſemper máneat : in córdibus noſtris; ;rátiam ſancti-Spíritûs ílſitas inimíci deſtruá- lva nos omnípotens z lucem nobis concé- étuam Dóminum no- ɜſum Chriſtum fílium quì tecum vivit & re- unitáte ejúſdem Spíri- tûs-ſancti Deus, per ómnia ſǽcula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

ANTIPHONÆ DE B. MARIA VIRGINE,

Ad devotionem.

In Adventu, Antiphona.

ALma Redemptóris mater,
quæ pérvia cœli
Porta manes, & ſtella maris,
ſuccúrre cadénti,
Súrgere qui curat, pópulo:
tu quæ genuíſti,
Natúrâ miránte, tuum ſanctum Genitórem,
Virgo priùs ac poſtérius; Gabriélis ab ore
Sumens illud Ave, peccatórum miſerére.

℣. Deus in médio ejus;

℟. Non commovébitur. *Pſ. 45. 6.*

Oratio.

GRátiam tuam, quæſumus Dómine, méntibus noſtris infúnde; ut qui, Angelo nuntiánte, Chriſti fílii tui incarnatiónem cognóvimus, per paſſiónem ejus & crucem, ad reſurrectiónis glóriam perducámur; Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

A Vigilia Nativitatis Domini ad Præſentationem ejuſdem incluſivè, vel ad Dominicam in Septuageſima, ſi priùs occurrat,

Antiphona.

O Virgo Vírginum, beáta quæ credidíſti, quóniam perféctâ ſunt ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui.

℣. Véritas de terra orta eſt;
℟. Et juſtítia de cœlo proſpéxit. *Pſ.* 84. 12.

Oratio.

DA, quæſumus Dómine, pópulo tuo inviolábilem fidei firmitátem; ut qui Unigénitum tuum in tua tecum glória ſempitérnum, in veritáte noſtri córporis natum de Matre Vírgine confiténtur; eádem ſanctíſſimâ genitríce intercedénte, & à præſéntibus liberéntur advérſis, & manſúris gaúdiis inſeréntur; Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

A craſtino Præſentationis Domini, vel à Dominica in Septuageſima, ſi priùs evenerit, ad Feriam quintam in Cœna Domini excluſivè,

Antiphona.

SAlve Regína, mater miſericórdiæ, vita, dulcédo, & ſpes noſtra ſalve: ad te clamámus éxules filii Hevæ: ad te ſuſpirámus geméntes & flentes in hac lacrymárum valle: eia ergo advocáta noſtra, illos tuos miſericórdes óculos ad nos convérte; & Jeſum benedíctum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exílium oſténde, ô clemens, ô pia, ô dulcis virgo María.

℣. Vultum tuum deprecabúntur ℟. Omnes dívites plebis. *Pſ.* 44. 13.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui glorióſæ vírginis matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu-ſancto cooperánte præparáſti; da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus piâ interceſſióne ab inſtántibus malis, & à morte perpétua liberémur; Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

BENEDICTIONES

dicendæ ante Lectiones.

DOMINICA,

in Officiis novem Lectionum, qua non ſunt de Sanctis.

In I. Nocturno.

1. DEus, Dómini noſtri Jeſu Chriſti Pater glóriæ, det nobis ſpíritum ſapiéntiæ. ℟. Amen. *Epheſ.* 1. 17.

2. Fílius Dei det nobis ſenſum, ut cognoſcámus verum Deum. 1. *Joan.* 5. 20.

3. Spíritus veritátis dóceat nos omnem veritátem. *Joan.* 16. 13.

In II. Nocturno.

4. Illucéſcat Deus in córdibus noſtris, ad illuminatiónem ſciéntiæ claritátis Dei. 2. *Cor.* 4. 6.

5. Sciámus ſupereminéntem ſciéntiæ caritátem Chriſti, ut impleámur in omnem plenitúdinem Dei. *Epheſ.* 3. 19.

6. Unctio quam accépimus à Deo, máneat in nobis, & dóceat nos de ómnibus. 1. *Joan.* 2. 27.

In III. Nocturno.

7. Evangélium non ſit in ſermóne tantùm, ſed & in virtúte; & in Spíritu-ſancto, & in plenitúdine multa. 1. *Theſſ.* 1. 5.

8. Occurrámus omnes in unitátem fídei, & agnitiónis Fílii Dei; ut non circumferámur omni vento doctrínæ. *Epheſ.* 4. 13. 14.

9. Deus ſpei répleat nos omni gaúdio & pace in credéndo; ut abundémus in ſpe, & virtúte Spíritûs-ſancti. *Rom.* 15. 13.

Si pro ultima Lectione legatur aliud Evangelium cum Homilia, tunc nona Benedictio erit,

9. Permaneámus in fide fundáti, & immóbiles à ſpe Evangélii. *Coloſſ.* 1. 23.

¶ *Quando D. Epiſcopus ultimam Lectionem lecturus eſt, dicto ab ea ex more* Jube Dómine bene dícere, *qui legit præcedentem Lectionem reſpondet illi*: Ora pro nobis, Pater. *Tuncque D. Epiſcopus dicit:*

Oro ut cáritas veſtra magìs ac magìs abúndet in ſciéntia, & in omni ſenſu; ut ſitis ſincéri, & ſine offénſa in diem Chriſti. *Philipp.* 1. 9. 10.

IN FESTIS SANCTORUM,

quæ ſunt novem Lectionum.

Benedictiones dicuntur in primo & tertio Nocturno, ut ſuprà; in ſecundo autem Nocturno, ut ſequuntur.

4. Deus det nobis illumináto os óculos cordis, ut ſciámus quæ ſit ſpes vocatio

ejus in Sanctis. *Epheſ.* 1. 17. 18.

5. Dignos fáciat nos in partem ſortis Sanctórum, qui erípuit nos de poteſtáte tenebrárum. *Coloſſ.* 1. 12. 13.

6. Aperiántur óculi noſtri, ut convertámur à ténebris ad lucem, & accipiámus ſortem inter Sanctos. *Act.* 26. 18.

IN FESTIS SANCTORUM, *quæ ſunt trium Lectionum tantùm.*

Dicuntur tres Benedictiones,

1. Deus det nobis, &c.
2. Dignos fáciat nos, &c.
3. Aperiántur óculi noſtri, &c. *ut ſuprà.*

Si pro tertia Lectione legendum ſit Evangelium cum Homilia, tunc tertia Benedictio erit,

3. Non erubeſcámus Evangélium; virtus enim Dei eſt in ſalútem omni credénti. *Rom.* 1. 16.

IN FERIALI OFF

Benedictiones ſumun cundùm Feriam, hoc ſcilicet,

Feriâ 2. *&* 5. *ex I. N*
Feriâ 3. *&* 6. *ex II. N*
Feriâ 4. *& Sabbato quitur.*

1. Pater Dómini noſ Chriſti det nobis C habitáre per fidem dibus noſtris. *Epheſ.* 16. 17.

2. Occurrámus omne tátem fídei, & ag Fílii Dei, ut non ferámur omni ven ctrínæ. *Epheſ.* 4. 13.

3. Deus ſpei répleat no gaúdio & pace in do; ut abundémus & virtúte Spíritû *Rom.* 15. 13.

Si tertia Lectio ſit de E lio, tunc tertia Benedict

Non erubeſcámus, *ſuprà.*

PROPRIUM DE TEMPORE.

Pars Hiemalis.

SABBATO ante Dominicam primam *Adventûs Domini.*

AD VESPERAS, *Antiphonæ Pſalmi ut in Pſalterio*, 133.

Capitulum. *Dan.* 9. 2.

Factus eſt ſermo Dómini ad Jeremíam prophétam, ut compleréntur deſolatiónis Jerúſalem ſeptuaginta anni. ℞. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

℞. Hæc dicit Dóminus: Cum cœperint impléri ſeptuaginta anni, * Viſitábo vos; † Suſcitábo ſuper vos verbum meum bonum. *Jer.* 29.

℣. Implétum eſt tempus, & appropinquávit regnum Dei. *Marc.* 1. 15. * Viſitábo. Glória Patri. † Suſcitábo.

Hymnus, Creátor alme, & Roráte, *infrà*, 161.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. *toni.* E. *Duplicatur.*

Septuagínta hebdómades abbreviátæ ſunt, ut deleátur iníquitas, & adducátur juſtítia ſempitérna, & impleátur víſio & prophetía, & ungátur Sanctus ſanctórum. *Dan.* 9. 24.

℣. Dóminus vobíſcum;

℞. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio, Excita, *ut infrà in Laudibus*, 157.

℣. Dóminus vobíſcum;

℞. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℞. Deo grátias.

Hic ritus ſervatur ante & poſt Orationem cujuſlibet Officii, niſi aliter notetur.

Completorium, ut in Pſalterio, 144.

DOMINICA PRIMA *Adventûs Domini.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Ecce Rex venit manſuétus. * Veníte, adorémus. *Matt.* 21. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Prædícta priſcis; *infrà*, 158.

Pſalmi, ut in Pſalterio, 3.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Ecce dies véniunt; dicit Dóminus; & ſuſcitábo David germen juſtum. *Jer.* 23. 5.

Ant. 7. a. Regnábit Rex, & ſápiens erit; & fáciet judícium & juſtítiam in terra. *Jer.* 23. 5.

Ant. 5. a. Vocábitur Princeps pacis : multiplicábitur ejus impérium, & pacis non erit finis. *Iſai.* 9. 6, 7.

℣. Magnificábitur uſque ad términos terræ. ℟. Et erit iſte pax. *Mich.* 5. 4. 5.

Benedictiones, ut poſt Pſalt.

[*Hâc nocte in Eccleſiis Cathedrali & Collegiatis, pro* j. *Lectione legitur Præfatio S. Hieronymi in Iſaïam,* Nemo cùm Prophétas. *Pro* ij. *verò legitur initium Iſaiæ, duabus ſequentibus in unam junctis.*]

Incipit liber Iſaíæ prophétæ.

Cap. 1. *v.* 1. *ad* 3. *incluſivè.*

Lectio j.

VIſio Iſaíæ filii Amos, quam vidit ſuper Judam & Jerúſalem in diébus Oziæ, Jóathan, Achaz, & Ezechíæ, regum Juda. Audíte cœli, & áuribus pércipe terra, quóniam Dóminus locútus eſt: Fílios enutrívi, & exaltávi; ipſi autem ſprevérunt me. Cognóvit bos poſſeſſórem ſuum, & áſinus præſépe dómini ſui; Iſraël autem me non cognóvit, & pópulus meus non intelléxit. Hæc dicit Dóminus Deus : Convertímini ad me, & ſalvi éritis.

Sic additur Hæc dicit, *in fine Lectionum quæ ſunt ex Prophetis ; & reſpondetur* Deo grátias.

℟. Scribe viſum, & explána eum ſuper tábulas : * Apparébit in finem, & non mentiétur. * Si moram fécerit, * Expécta illum ; quia véniens véniet ; & non tardábit. *Habac.* 2. 2. 3. ℣. Véniet qui erípiat, & avértat impietátem à Jacob. *Rom.* 11. 26. * Apparébit. ℣. Exúrget régere gentes : in eum gentes ſperábunt. *Rom.* 15. 12. * Si moram. ℣. Adhuc módicùm & non tardábit ; juſtus autem meus ex fide vivit. *Hebr.* 10. 37. * Expécta. Glória Patri. *Repetitur* ℟. Scribe.

[*Per Hebdomadam cùm re ſumetur iſtud* ℟. *dicetur ſolùm ultimus* ℣. Adhuc, *cum ſua reclamatione,* Expécta, *ſine* Glória Patri.]

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 6.

VÆ genti peccatríci, pópulo gravi iniquitáte, ſémini nequam, fíliis ſceleratis : dereliquérunt Dóminum, blaſphemavérunt ſanctum Iſraël, abalienáti ſunt retrórsùm. Super quo percútiam vos ultrà, addéntes prævaricatiónem ? omne caput lánguidum, & omne cor mœrens. A planta pedis uſque ad vérticem, non eſt in eo ſánitas : vulnus, & livor, & plaga tumens, non eſt circumligáta, nec curáta medicámine, neque fota óleo. Hæc dicit, &c.

℟. Rex unus erit ómnibus ímperans : & erunt mihi pópulus, & ego ero eis Deus : & ſervus meus David rex ſuper eos, & * Paſtor unus erit ómnium. *Ezech.* 37. 22. 23. 24. ℣. Fiet unum ovíle, & unus paſtor. *Joan.* 10. 16. * Paſtor

Lectio iij. *v. 7. ad 9.*

TErra veſtra deſérta, civitátes veſtræ ſuccénſæ igni: regiónem veſtram coram vobis aliéni dévorant, & deſolábitur ſicut in vaſtitáte hoſtíli. Et derelinquétur fília Sion ut umbráculum in vínea, & ſicut tugúrium in cucumerário, & ſicut cívitas quæ vaſtátur. Niſi Dóminus exercítuum reliquíſſet nobis ſemen, quaſi Sódoma fuiſſémus, & quaſi Gomórrha símiles eſſémus. Hæc dicit.

℞. Præparábitur in miſericórdia ſólium,* Et † Sedébit ſuper illud in veritáte in tabernáculo David. *Iſai.* 16. 5. ℣. Regnábit in domo Jacob in ætérnum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. 33.* Et ſedébit. Glória Patri. † Sedébit.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Dóminus légifer noſter, Dóminus rex noſter: ipſe ſalvábit nos. *Iſai.* 33. 22.

Ant. 1. a. Deus volens miſericórdiam eſt; & miſerébitur noſtrì. *Mich.* 7. 18. 19.

Ant. 8. c. Depónet iniquitátes noſtras, & projíciet in profúndum maris ómnia peccáta noſtra. *Mich.* 7. 19.

℣. Beneplácitum eſt Dómino ſuper timéntes eum; ℞. Et in eis, qui ſperant ſuper miſericórdia ejus. *Pſ.* 146. 11.

Benedictiones, ut poſt Pſalterium.

De ſermóne ſancti Fulgéntii epiſcopi.

Serm. 2. de dupl. Nativitate Chriſti. §. 5. *Lectio* iv.

DIlectíſſimi fratres, atténdite magnitúdinem grátiæ, & agnóſcite quid Deus hómini dignátus eſt prærogáre. Chriſtus enim Dei fílius, de vero Deo Deus verus, & unus cum Patre naturáliter Deus, ſemper ex ſeipſo ſanctos Angelos paſcit; ſed tamen Angélicam natúram Dei Fílius non accépit. Ut autem ſuam caritátem Deus commendáret in nobis, Fílius ejus natúram noſtram ſuſcépit ex nobis: & Deus unigénitus, qui panis eſt Angelórum, ut étiam hóminum ſeipſum fáceret panem, ſimul hóminis & ánimam ſuſcépit & carnem. Tu autem Dómine miſerére noſtrì. ℞. Deo grátias.

Sic ſemper terminantur Lectiones, niſi aliter notetur.

℞. Accedámus in plenitúdine fídei, aſpérſi corda à conſciéntia mala:*Teneámus ſpei noſtræ confeſſiónem indeclinábilem, (fidélis enim eſt, qui repromíſit.) *Hebr.* 10. 22. 23. ℣. Sicut promíſit in lege, ſperámus quòd citò noſtrì miſerébitur. 2. *Mach.* 2. 18.* Teneámus.

Lectio v. §. 6.

ACcépit utrámque veram, utrámque ſanctam, utrámque mundam: accépit ánimam noſtram ſine iniquitáte, accépit carnem noſtram

cum mortalitáte; accépit ánimam juſtam, per quam noſtris animábus juſtítiam rédderet; carnem verò proptérea dignátus eſt habére mortálem, ut ſecúndùm ipſam móriens, mortem vínceret, ſecúndùm ipſam étiam reſúrgeret, per quam noſtra quoque córpora ſuſcitáret. Magnum myſtérium, dilectíſſimi fratres, magnum divínæ dilectiónis indícium. Homo Deum contémnens, à Deo diſcéſſit; Deus hóminem díligens, ad hómines venit. Diléxit ímpium, ut fáceret juſtùm; diléxit infírmum, ut fáceret ſanum; diléxit pervérſum, ut fáceret rectum; diléxit mórtuum, ut fáceret vivum. Tu autem.

℟. Has habéntes promiſſiónes, * Mundémus nos ab omni inquinaménto carnis & ſpíritûs, perficiéntes ſanctificatiónem in timóre Dei. 2. *Cor.* 7. 1. ℣. In ſpíritu conſtitúti humiliáto, ſerviéntes illi, dicámus ut fáciat nobiſcum miſericórdiam ſuam. *Judith* 8. 16. 17. * Mundémus.

Lectio vj. *Poſt pauca.*

NAtúra quæ in primo hómine mundum peccáto pólluit, ipſa in ſecúndo hómine mundum à peccáto mundávit. [Primus homo de terra terrénus, ſecúndus homo de cœlo cœléſtis.] Primum hóminem múlier corrúptâ mente decépit; ſecúndum hóminem virgo incorrúptâ virginitáte concépit. In primi hóminis cónjuge, nequítia diáboli ſedúctam depravávit mentem: in ſecúndi autem hóminis matre, grátia Dei & mentem íntegram ſervávit & carnem: menti cóntulit firmíſſimam fidem, carni ábſtulit omníno libídinem. Quóniam ígitur miſerabíliter pro peccáto damnátus eſt homo, ídeo ſine peccáto mirabíliter natus eſt Deus homo. Tu autem.

℟. Anima noſtra ſúſtinet Dóminum, quóniam adjútor & protéctor noſter eſt; * In eo lætábitur cor noſtrum, & † In nómine ſancto ejus ſperávimus. *Pſ.* 32. 20. 21. ℣. Dictum eſt per Iſaíam prophétam: In nómine ejus gentes ſperábunt. *Matt.* 12. 18. 21. * In eo lætábitur. Glória. † In nómine.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Dícite filiæ Sion: Ecce Salvátor tuus venit; & tu vocáberis, Quæſíta cívitas. *Iſai.* 62. 11. 12.

Ant. 4. E. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet; in bráchio ſuo congregábit agnos, & in ſinu ſuo levábit, fœtas ipſe portábit. *Iſai.* 40. 11.

Ant. 8. G. Judicábit in juſtítia paúperes, & árguet in æquitáte pro manſuétis terræ. *Iſai.* 11. 4.

℣. Judicábit paúperes pópuli, ℟. Et ſalvos fáciet fílios paúperum. *Pſ.* 71. 4.

Benedictiones, ut poſt Pſalt.

Lectio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 21. 1. *ad* 9.

IN illo témpore; Cùm appropinquáſſent Jeroſólymis, & veniſſent Béthphage ad montem Olivéti; tunc Jeſus miſit duos diſcípulos, dicens eis: Ite in caſtéllum quod contra vos eſt, & ſtatim inveniétis áſinam alligátam, & pullum cum ea: ſólvite, & addúcite mihi. Et réliqua.

Homília ſancti Irenæi epíſcopi & mártyris.

Lib. 4. *contra hæreſes, cap.* 10. §. 2.

JAm manifeſtáverat Pater Filii ſui advéntum, dicens: [Non déerit princeps in Juda, neque dux ex femóribus ejus, quoadúſque véniat cui repóſitum eſt, & ipſe eſt ſpes géntium; álligans ad vitem pullum ſuum, & ad hélicem pullum áſinæ. Lavábit in vino ſtolam ſuam, & in ſánguine uvæ pállium ſuum: lætifici óculi ejus à vino, & cándidi dentes ejus quàm lac.] Inquírant enim hi, qui ómnia ſcrutári dicúntur, id tempus in quo defécit princeps, & dux ex Juda, & qui eſt géntium ſpes, & qui vitis, & qui pullus ejus, & quod induméntum, & qui óculi, & qui dentes, & quod vinum, & unumquódque ex dictis exquírant; & invénient non álium, niſi Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, annuntiátum. Quaprópter Móyſes íncrepans pópulum, quòd ingrátus exíſteret, ait: [Sic pópulus fátuus, & non ſápiens, hæc Dómino retribuíſtis?] Tu autem Dómine miſérere noſtrì. ℟. Deo grátias.

℟. Exúlta ſatìs fília Sion; júbila fília Jerúſalem: * Ecce Rex tuus véniet tibi juſtus, & Salvátor. *Zach.* 9. 9. ℣. Ecce Rex tuus venit tibi manſuétus. *Matt.* 21. 5. * Ecce.

Lectio viij. *cap.* 11. §. 3.

POſterióribus majórem, quàm quæ fuit in véteri Teſtaménto, muneratiónem grátiæ attríbuit unus & idem Dóminus per ſuum advéntum. Et illi enim per fámulos audiébant ventúrum Regem, & mediócriter gaudébant, ſecúndùm quod ſperábant ventúrum eum: qui autem præſéntem vidérunt, & libertátem adépti, & potíti ſunt ejus muneratiónem, majórem grátiam, & abundantiórem exultatiónem habent, gaudéntes de Regis advéntu, quemádmodum & David dicit: [Anima mea exultábit in Dómino, jucundábitur in ſalutári ejus.] Et propter hoc Jeroſólymam introeúnte eo, omnes qui erant in via David in dolóre ánimæ, cognovérunt ſuum Regem, & ſubſtravérunt ei veſtiménta, & ramis virídibus adornavérunt viam, cum magna lætítia & exultatióne clamántes: [Hoſánna, Fili David, benedíctus qui venit in

nómine Dómini, Hoſánna in excélſis.] Tu autem.

℞. Dulcis & rectus Dóminus: legem dabit delinquéntibus in via: * Díriget manſuétos in judício: docébit mites vias ſuas. *Pſ.* 24. 8. 9. ℣. Arúndinem quaſſátam non confrínget, & linum fúmigans non extínguet. *Matt.* 12. 20. * Díriget.

Lectio ix. §. 4.

SI ergo idem ipſe adeſt, qui prædicátus eſt à Prophétis, Deus Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, & advéntus ejus pleniórem grátiam & majórem muneratiónem attríbuit his qui ſuſcepérunt eum; manifeſtum, quóniam & Pater idem ipſe eſt, qui à Prophétis annuntiátus eſt, & non altérius Patris agnitiónem fecit véniens Fílius; ſed ejúſdem qui ab inítio prædicátus eſt, à quo & libertátem détulit his qui legitimè, & prono ánimo, & toto corde deſérviunt ei. Tu autem.

℞. In veritáte edúcet judícium: non erit triſtis, neque turbuléntus; * Et legem ejus ínſulæ expectábunt. *Iſai.* 42. 3. 4. ℣. Judícium géntibus nuntiábit; non conténdet, neque clamábit. *Matt.* 12. 18. 19. * Et legem. Glória. *Repetitur* ℞. In veritáte, *uſque ad* ℣. *excluſivè.* [*Quod obſervatur in omni Officio novem Lectionum, in quo non dicitur,* Te Deum.]

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exultábit cor meum in ſalutári tuo: ℞. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. *Pſ.* 12. 6.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 1. *toni.* a.

REgnábit Dóminus in monte Sion, ex hoc nunc & uſque in ætérnum: & tu, turris gregis fíliæ Sion, uſque ad te véniet. *Mich.* 4. 7. 8.

Ant. 1. D. Erit Jerúſalem ſancta, & alиéni non tranſíbunt per eam ámpliùs, & in die illa ſtillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lacte. *Joel* 3. 17. 18.

Ant. 7. c. Pópuli concídent gládios ſuos in vómeres; & ſedébit vir ſubtus vitem ſuam, & ſubtus ficum ſuam, & non erit qui detérreat. *Mich.* 4. 3. 4.

Ant. 6. C. Erit opus juſtítiæ pax, & cultus juſtítiæ ſiléntium, & ſecúritas uſque in ſempitérnum. *Iſai.* 32. 17.

Ant. 4. E. Sedébit pópulus in pulcritúdine pacis, & in tabernáculis fidúciæ, & in réquie opulénta. *Iſai.* 32. 18.

Capitulum. *Iſai.* 14. 1.

MIſerébitur Dóminus Jacob, & éliget adhuc de Iſraël, & requiéſcere eos fáciet ſuper humum ſuam; adjungétur ádvena ad eos, & adhærébit dómui Jacob.

Hymnus, Vox clara, ℣. Emítte, *infrà* 159.

Benedíctus, *Ant.* 7. a.
ion exúltent in rege ſuo;
nt nomen ejus, quia be-
citum eſt Dómino in
o ſuo: & exaltábit man-
; in ſalútem. *Pſ.* 149. 2.

émus. *Oratio.*
cita, quæſumus Dómi-
e, poténtiam tuam, &
ut ab imminéntibus pec-
ım noſtrórum perículis,
reámur protegénte éripi,
ránte ſalvári; Qui vivis
nas cum Deo Patre in
e Spíritûs-ſancti Deus,
mnia ſécula ſeculórum.
men.
ratio cujuſlibet Dominicæ
r per Hebdomadam, niſi
notetur.]
HORAS, *ſumuntur An-*
æ ex Laudibus, quartâ
rmiſſâ.
lmi de Dominica.
PRIMAM, *Ant.* Regná-
óminus.
pitulum, Regi ſeculó-
&c. *ut in Pſalterio*, 138.
℟. *breve*, ℣. Qui ventú-
in mundum. *Reliqua ut*
lterio.

C A N O N.

Concílio Tridentíno.
25. *cap.* 18. *de reform.*
iant univérſi, ſacratíſſi-
os Cánones exáctè ab
ibus, & quoad ejus fieri
it, indiſtínctè obſerván-

TERTIAM, *Ant.* Erit
ãlem ſancta.

Capitulum. Rom. 13. 11. 12.

HOra eſt jam nos de ſomno ſúrgere; nunc enim própior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credídimus. Nox præcéſſit, dies autem appropinquávit. Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis.

℟. *breve*, Meménto, *ut infrà*, 160.

Oratio, Excita, *ſuprà in Laudibus. Et ſic ad Sextam, & Nonam.*

AD SEXTAM, *Ant.* Pópuli.

Capitulum. Rom. 13. 13.

SIcut in die honéſtè ambulémus; non in comeſſatiónibus, & ebrietátibus; non in cubílibus, & impudicítiis; non in contentióne, & æmulatióne.

℟. *breve*, Miſerére noſtri, *infrà*, 160.

AD NONAM, *Ant.* Sedébit pópulus.

Capitulum. Rom. 13. 14.

INduímini Dóminum Jeſum Chriſtum; & carnis curam ne fecéritis in deſidériis.

℟. *breve*, Tu exúrgens, *infrà*, 160.

AD VESPERAS.

Antiphonæ quinque de Laudibus, nullâ prætermiſſâ. [*Quod ſervatur, quoties ad Veſperas Antiphonæ ſumuntur ex Laudibus.*]

Pſalmi de Dominica, 23.

Capitulum. Jer. 23. 6.

IN diébus illis ſalvábitur Juda, & Iſraël habitábit confi-

déntem: & hoc eſt nomen, quod vocábunt eum, Dóminus Juſtus noſter.

Hymnus. Creátor alme, ℣. Roráte, *infrà* 161.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Hoſânna fílio David: Benedíctus, qui venit in nómine Dómini: hoſánna in altíſſimis. *Matt.* 21. 9.

Oratio, Excita, *ſuprà in Laudibus.*

IN FERIIS ADVENTUS.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Véniet deſiderátus cunctis géntibus.* Veníte, adorémus. *Agg.* 2. 8.

Pſalmus. Veníte, 2.

Hymnus.

PRÆDICTA priſcis témpora Pátribus,
Novíque partûs áurea ſécula
Optáta procédunt; ab alto,
Chriſte, micas nova lux olympo.

DISRUMPE nubes, te ſitiéntibus
Demítte terris, déſuper úberes
Roráte cœli, jam ſalúbres
In plúvias ruat omnis æther.

NOSTRÎ miſértus, quæ tua cáritas!
Mundo jacénti certa ſalus ades;
Te curſus ævi corruéntis,
Teque novus vocat ordo rerum.

QUI cuncta fecit, jam
mo, Deus
Qui membra finxit,
ártubus;
Qui nutrit omn
triéndus
Ubéribus pu
gébit.

LAUS ſumma, mi
Génitum,
Laus, Nate, noſtrum
paras genu
Fecúnda per qu
go, compa
Sit tibi laus, u
Nexus. A

Antiphonæ & Pſalmi
terio ſecundùm Feriam

℣. Anima mea de
te in nocte: ℟. Sed &
meo in præcórdiis
manè vigilábo ad te.
9.

Reſponſoria de D
præcedenti ex I. & II.
no alternatim ſecund
riam.

Non dicitur Te De

AD LAUD

MATUTINA

℣. *Sacerdotalis*, E
cor meum in ſalutá
℟. Cantábo Dómino q
tríbuit mihi. *Pſ.* 12. 6.

Antiphonæ & Pſalmi
terio ſecundùm Feriam.

Capitulum. *Gen.*

NON auferétur ſc
de Juda, & dux
more ejus, donec vé
mittendus eſt, & ipſe
pectátio géntium.

Hymnus.

x clara terris nos gravi
mno ſepúltos éxcitat:
: facéſſant, nox cadat;
ideſt mortálibus.
ERE tandem témpora;
cœli déſuper,
Deum nubes pluant,
que terra gérminet.
ᴇʙᴜᴍ Dei, ſplendor
itris,
ráte géntibus,
niníſter fœderis,
jacénti náſcere.
c atra terris íncubat,
it horror críminum;
ålúbre méntibus
s è ſinu jubar.
ɴᴅᴏ Redémptor qui
enis,
bi laus máxima,
'atre, nec tibi minor
itriúſque Spíritus.
ien.

s Doxologia dicitur in mnorum hujus metri, d primas Veſperas Na- Domini, exceptis Fe-

iitte Agnum, Dómine, tórem terræ, ℟. De eſérti ad montem filiæ *ai.* 16. 1.

enedíctus, *Antiphona, ut in qualibet Feria. s flexis genibus, ut in o,* 136.

o Dominica precedentis. mmemoratio de omni- ctis uſque ad Vigiliam atis excluſivè, per An- n ſequentem.

Ant. Véniet Dóminus Deus meus, omnéſque Sancti cum eo: & erit Dóminus rex ſuper omnem terram. *Zach.* 14. 59.

℣. Dóminus Deus illuminábit illos, ℟. Et regnábunt in ſæcula ſeculórum. *Apoc.* 22. 5.

Orémus. *Oratio.*

Conſciéntias noſtras, quæſumus Dómine, viſitándo purífica; ut véniens Dóminus noſter Jeſus Chriſtus fílius tuus cum omnibus Sanctis ſuis, parátam ſibi in nobis invéniat manſiónem; Qui tecum vivit & regnat.

Ad Primam, *Ant.* 1. 4. Salutáre tuum expectábo Dómine. *Gen.* 49. 18.

Capitulum. *Iſai.* 33. 2.

Domine miſerére noſtri; te enim expectávimus: eſto bráchium noſtrum in manè, & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis.

℟. *breve*, Chriſte Jeſu fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Repetitur*, Chriſte. ℣. Qui ventúrus es in mundum. * Miſerére nobis. Glória Patri. ℟. Chriſte. *Matt.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Joan.* 6. 14.

℣. Exúrge Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 27.

Sic dicitur quotidie ℣. Qui ventúrus es, *uſque ad Nativitatem Domini, etiam in quibuſlibet Feſtis.*

Preces flexis genibus, ut in Pſalterio, 138.

AD TERTIAM, *Ant.* 1. a. Obſécro, Dómine, mitte quem miſſúrus es. *Exod.* 4. 13.

Capitulum. *Iſai.* 62. 1.

PRopter Sion non tacébo, & propter Jeruſalem non quiéſcam, donec egrediátur ut ſplendor Juſtus ejus, & Salvátor ejus ut lampas accendátur.

℟. *breve*, Meménto noſtrî, Dómine,* In beneplácito pópuli tui: ℟. Meménto. ℣. Viſita nos in ſalutári tuo. * In beneplácito. Glória. ℟. Meménto. *Pſ.* 105. 4.

℣. Miríſica miſericórdias tuas, ℟. Qui ſalvos facis ſperántes in te. *Pſ.* 16. 7.

Preces flexis genibus, ut in Pſalterio, 143.

Oratio Dominicæ præcedentis.

AD SEXTAM, *Ant.* 3. *g.* Dómine atténde & fac; ne moréris propter temetípſum, Deus meus. *Dan.* 9. 19.

Capitulum. *Jer.* 33. 14. 15.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus: & ſuſcitábo verbum bonum quod locútus ſum ad domum Iſraël, & ad domum Juda. In diébus illis, & in témpore illo germináre fáciam David germen juſtítiæ; & fáciet judícium & juſtítiam in terra.

℟. *breve*, Miſerére noſtrî, Deus ómnium,* Et réſpice nos, ℟. Miſerére. ℣. Et oſténde nobis lucem miſeratiónum tuárum. * Et reſpice nos. Glória. ℟. Miſeréré
36. 1.

℣ Excita poténtiam
& veni, ℟. Ut ſalvo
nos. *Pſ.* 79. 3.

Preces flexis genibu
Pſalterio, 143.

Oratio Dominicæ præ

AD NONAM, *A*
Expectátio Iſraël, ſalv
in témpore tribulatió
mine, ne derelínq
Jer. 14. 8. 9.

Capitulum. *Jer.*

IN témpore illo, a
nus; quærétur iníq
raël, & non erit; & p
Juda, & non invenié
niam propítius ero e
relíquero.

℟. *breve*, Tu exúrg
mine, * Miſeréber
℟. Tu exúrgens. ℣. Q
pus miſeréndi ejus. *
beris. Glória. ℟. Tu e
Pſ. 101. 14.

℣. Feſtína tempu
ne: ℟. Et meménto ſi
36. 10.

Preces flexis genib
Pſalterio, 143.

Oratio Dominicæ pr

AD VESPE

Antiphonæ & P
Pſalterio ſecundùm I

Capitulum. *Iſ*

ERit in noviſſimi
præparátus mon
Dómini in vértice m
& elevábitur ſuper
& fluent ad eum om
tes.

Hymnus.
TOR alme ſiderum,
:nde votis ſúpplicum;
mor cleméntiæ
ledémptor ómnium.
sus hoſtis fraúdibus
jacébat pérditus:
on tuus poteſt amor!
iti mundi ſalus.
ı piáres ſánguine
os ſcelus commíſimus,
ıis prodis ſinu,
o par víctima.
ris autor vix ades,
es & ínferi
te curváti genu
: tuo ſe número.
:precámur ſéculi
ıtúrum júdicem,
énti grátiâ
: nos ab hóſtibus.
DO Redémptor qui
enis,
i laus máxima,
ıtre, nec tibi minor
triúſque Spíritus.
.men.
oráte cœli déſuper, &
luant Juſtum: ℟. Ape-
:rra, & gérminet Sal-
ı. *Iſai.* 45. 8.
lagníficat, *Antiphona*
, *ut habetur in qualibet*

s flexis genibus, ut in
o, 136.
Dominicæ præcedentis.
mmemoratio de omni-
ctis uſque ad diem quâ
Antiphona major, O
ia, per Antiphonam ſe-
:
iemalis.

Ant. Ecce venit Dóminus in Sanctis míllibus ſuis, fácere judícium contra omnes: voſmetipſos in dilectióne Dei ſerváte, expectántes miſericórdiam Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vitam ætérnam. *Judæ* 14. 15. 21.

℣. Deus, qui glorificátur in consílio Sanctórum, magnus & terríbilis ℟. Super omnes qui in circúitu ejus ſunt. *Pſ.* 88. 8.

Oratio, Conſciéntias, *ſuprà in fine Laudum*, 159.

Completorium, ut in Pſalterio, 144.

FERIA SECUNDA.

De Iſáia prophéta.

Lectio j. *c.* 1. 16. *ad* 18.

LAvámini, mundi eſtóte, auférte malum cogitatiónum veſtrárum ab óculis meis: quiéſcite ágere pervérsè, díſcite benefácere: quærite judícium, ſubveníte oppréſſo, judicáte pupíllo, deféndite víduam. Et veníte, & argúite me, dicit Dóminus: ſi fúerint peccáta veſtra ut cóccinum, quaſi nix dealbabúntur; & ſi fúerint rubra quaſi vermículus, velut lana alba erunt. Hæc dicit.

℟. Scribe viſum, *ſuprà*, 152.

Lectio ij. *v.* 19. *ad* 23.

SI voluéritis, & audiéritis me, bona terræ comedétis. Quòd ſi noluéritis, & me ad iracúndiam provocavéritis, gládius devorábit vos, quia

os Dómini locútum eſt. Quómodo facta eſt méretrix cívitas fidélis, plena judicii? juſtítia habitávit in ea, nunc autem homicídæ. Argéntum tuum verſum eſt in ſcóriam: vinum tuum miſtum eſt aquâ. Príncipes tui infidéles, ſócii furum; omnes díligunt múnera, ſequúntur retributiónes. Pupíllo non júdicant: & cauſa víduæ non ingréditur ad illos. Hæc dicit.

℟. Rex unus, *ſuprà*, 152.

Lectio iij. *v.* 24. *ad* 28.

PRopter hoc ait Dóminus Deus exercítuum fortis Iſraël: Heu, conſolábor ſuper hóſtibus meis, & vindicábor de inimícis meis. Et convértam manum meam ad te, & éxcoquam ad purum ſcóriam tuam, & aúferam omne ſtannum tuum. Et reſtítuam júdices tuos ut fuérunt priùs, & consiliários tuos ſicut antíquitus: poſt hæc vocáberis cívitas juſti, urbs fidélis. Sion in judício redimétur, & redúcent eam in juſtítia: & cónteret ſceléſtos, & peccatóres ſimul: & qui dereliquérunt Dóminum, conſuméntur. Hæc dicit.

℟. Præparábitur, *ſuprà*, 153.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. f. Egrediétur virga de radíce Jeſſe: & erit juſtítia cíngulum lumbórum ejus; & fides cinctórium renum ejus. *Iſai.* 11. 1. 5.

C A N O [...]

Ex Concílio Toletán[...]

An. 633. *cap.*

SCiant Sacerdótes [...] ras ſanctas, & Cán[...] diténtur; ut omne [...] rum in prædicatióne [...] doctrína consíſtat; a[...] ficent cunctos tam [...] tiâ, quàm óperum d[...]

Ad Magníficat, [...] Non ſecúndùm viſió[...] lórum judicábit, [...] cúndùm audítum a[...] guet; ſed judicábit i[...] *Iſai.* 11. 3. 4.

FERIA TER[...]

De Iſáia proph[...]

Lectio. j *c.* 2.

ET erit in noví[...] bus præpará[...] domûs Dómi[...] ce móntium, & elev[...] per colles, & fluer[...] omnes gentes; & ib[...] multi, & dicent: Ve[...] cendámus ad monte[...] ni, & ad domum De[...] & docébit nos vias ſ[...] bulábimus in sémitis [...] de Sion exíbit lex, [...] Dómini de Jerúſale[...] cábit gentes, & árgue[...] multos: & conflábu[...] ſuos in vómeres, [...] ſuas in falces: no[...] gens contra gentem [...] nec exercebúntur ult[...] lium. Domus Jacob [...] ambulémus in lúmi[...] ni. Projeciſti enim [...] tuum, domum Ja[...]

ɛpléti ſunt ut olim, & aúgu-
ɛs habuérunt ut Philíſtiim,
: púeris aliénis adhæſérunt.
Hæc dicit.

℟. Accedámus, *ſuprà*, 153.

Lectio ij. *c.* 3. 1. *ad* 4.

ECce enim dominátor Dóminus exercítuum aúferet à Jerúſalem, & à Juda válidum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: fortem, & virum bellatórem, júdicem, & prophétam, & ariolum, & ſenem: príncipem ſuper quinquagínta, & honorábilem vultu, & conſiliárium, & ſapiéntem de architéctis, & prudéntem elóquii míſtici. Et dabo púeros príncipes eórum, & effemináti dominabúntur eis. Hæc dicit.

℟. Has habéntes, *ſuprà*, 154.

Lectio iij. *c.* 4. 2. *ad* 5.

IN die illa erit germen Dómini in magnificéntia & glória, & fructus terræ ſublímis, & exultátio his qui ſalváti fúerint de Iſraël. Et erit: Omnis qui relíctus fúerit in Sion, & resíduus in Jerúſalem, ſanctus vocábitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jerúſalem. Si ablúerit Dóminus ſordes filiárum Sion, & ſánguinem Jerúſalem láverit de médio ejus in ſpíritu judícii, & ſpíritu ardóris. Et creábit Dóminus ſuper omnem locum montis Sion, & ubi invocátus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendórem ignis flammántis in nocte: ſuper omnem enim glóriam protéctio. Hæc dicit.

℟. Anima noſtra, *ſuprà*, 154.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Non dominabúntur Jerúſalem ámpliùs aliéni; ſed ſérvient Dómino Deo ſuo, & Regi ſuo, quem ſuſcitábo eis. *Jer.* 30. 8. 9.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 22. *cap.* 1. *de reform.*

STátuit ſancta Synodus ut, quæ aliàs à ſummis Pontíficibus, & à ſacris Concíliis de Clericórum vita, honeſtáte, cultu doctrináque retinénda, ac ſimul de luxu, comeſſatiónibus, chóreis, áleis, luſibus, ac quibuſcúnque crimínibus, necnon ſeculáribus negótiis fugiéndis copióſè ac ſalúbriter ſancita fuérunt, éadem in pósterum iiſdem pœnis, vel majóribus, arbítrio Ordinárii imponéndis, obſervéntur.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Pacem & ótium dabo in Iſraël cunctis diébus ejus, firmabóque ſólium regni ejus in ætérnum. 1. *Par.* 22. 9. 10.

FERIA QUARTA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 5. 1. *ad* 4.

CAntábo dilécto meo cánticum patruélis mei víneæ ſuæ: Vínea facta eſt dilécto meo in cornu filio ólei. Et ſepívit eam, & lápides elégit ex illa, & plantávit electam, & ædificávit

in médio ejus, & tórcular extrúxit in ea; & expectávit ut fáceret uvas, & fecit labrúſcas. Nunc ergo habitatóres Jerúſalem, & viri Juda, judicáte inter me & víneam meam. Quid eſt quod débui ultrà fácere víneæ meæ, & non feci ei? an quòd expectávi ut fáceret uvas, & fecit labrúſcas? Hæc dicit.

℟. Scribe viſum, *ſuprà*, 152.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 9.

ET nunc oſténdam vobis quid ego fáciam víneæ meæ; Aúferam ſepem ejus, & erit in direptiónem: díruam macériam ejus, & erit in conculcatiónem: Et ponam eam deſértam: non putábitur, & non fodiétur: & aſcéndent vepres & ſpínæ: & núbibus mandábo ne pluant ſuper eam imbrem. Vínea enim Dómini exercítuum domus Iſraël eſt: & vir Juda germen ejus delectábile: & expectávi ut fáceret judícium, & ecce iníquitas: & juſtítiam, & ecce clamor. Væ qui conjúngitis domum ad domum, & agrum agro copulátis uſque ad términum loci: numquid habitábitis vos ſoli in médio terræ? In aúribus meis ſunt hæc, dicit Dóminus exercítuum. Hæc dicit.

℟. Rex unus, *ſuprà*, 152.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 16.

VÆ qui conſúrgitis manè ad ebrietátem ſectándam, & potándum uſque ad véſperam, ut vino æſtuétis. Cíthara,
& lyra, & tímpanum, & tí
& vinum in convíviis veſ
& opus Dómini non reſ
tis, nec ópera mánuum
conſiderátis. Proptérea ca
vus ductus eſt pópulus me
quia non hábuit ſciéntiam
nóbiles ejus interiérunt fa
& multitúdo ejus ſiti exá
Proptérea dilatávit inf
ánimam ſuam, & apéru
ſuum abſque ullo término
deſcéndent fortes ejus, &
pulus ejus, & ſublímes,
rioſíque ejus, ad eum. E
curvábitur homo, & hum
bitur vir, & óculi ſublím
depriméntur. Et exaltáb
Dóminus exercítuum in j
cio, & Deus ſanctus ſancti
bitur in juſtítia. Hæc dici

℟. Præparábitur, *ſu*
153.

Ad Benedíctus, *Ant.*
Convértam manum mea
te, Sion; & éxcoquam ad
rum ſcóriam tuam: poſ
vocáberis cívitas juſti,
fidélis. *Iſai.* 1. 25. 26.

CANON.

Ex Concílio Cabilon
ſecúndo.

An. 813. *Can.* 37.

OMnia Concília cáno
quæ recipiúntur, ſu
Sacerdótibus legénda & i
ligénda, & per ea eſt eis vi
dum & prædicándum.

Ad Magníficat, *Ant.*
Erit tibi Dóminus in lu
ſempitérnam: pópulus
omnes juſti, in perpétuum

editábunt terram, germen plantatiónis meæ. *Iſai.* 60. 10. 21.

FERIA QUINTA.

De Iſáia prophéta.

Lectio j. *c.* 5. 18. *ad* 23.

VÆ qui tráhitis iniquitátem in funículis vanitátis, & quaſi vínculum plauſtri peccátum. Qui dícitis: Feſtínet, & citò véniat opus ejus, ut videámus: & apprópiet, & véniat consílium ſancti Iſraël, & ſciémus illud. Væ qui dícitis malum bonum, & bonum malum: ponéntes ténebras lucem, & lucem ténebras: ponéntes amárum in dulce, & dulce in amárum. Væ qui ſapiéntes eſtis in óculis veſtris, & coram vobiſmetípſis prudéntes. Væ qui poténtes eſtis ad bibéndum vinum, & viri fortes ad miſcéndam ebrietátem. Qui juſtificátis ímpium pro munéribus, & juſtítiam juſti aufértis ab eo. Hæc dicit.

℟. Accedámus, *ſuprà*, 153.

Lectio ij. *v.* 24. *ad* 26.

PRopter hoc, ſicut dévorat ſtípulam lingua ignis, & calor flammæ exúrit; ſic radix eórum quaſi favílla erit, & germen eórum ut pulvis aſcendet. Abjecérunt enim legem Dómini exercítuum, & elóquium ſancti Iſraël blaſphemavérunt. Ideo irátus eſt furor Dómini in pópulum ſuum, & exténdit manum ſuam ſuper eum, & percúſſit eum: & conturbáti ſunt montes, & facta ſunt morticína eórum, quaſi ſtercus in médio plateárum. In his ómnibus non eſt avérſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus exténta. Et elevábit ſignum in natiónibus procul, & ſibilábit ad eum de fínibus terræ: & ecce feſtínus velóciter véniet. Hæc dicit.

℟. Has habéntes, *ſuprà*, 154.

Lectio iij. *c.* 8. 13. *ad* 17.

DOminum exercítuum ipſum ſanctificáte: ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter; Et erit vobis in ſanctificatiónem; In lápidem autem offenſiónis, & in petram ſcándali duábus dómibus Iſraël; in láqueum & in ruínam habitántibus Jerúſalem. Et offéndent ex eis plúrimi, & cadent, & conteréntur, & irretiéntur, & capiéntur. Liga teſtimónium, ſigna legem in diſcípulis meis. Et expectábo Dóminum, qui abſcóndit fáciem ſuam à domo Jacob, & præſtolábor eum. Hæc dicit.

℟. Anima noſtra, *ſuprà*, 154.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Jurávi ut non iráſcar tibi, & non íncrepem te. Miſericórdia mea non recédet à te, & fœdus pacis meæ non movébitur. *Iſai.* 54. 9. 10.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *decret.* 3. *de fide.*

COncíliis generálibus, ſi ea decernéndi quæ ad ſinceritátem fidei, & extirpatiónem hæreſum, Ec-

réformatiónem, & morum integritátem pértinent, potéſtas adimátur, nihil certum, nihil ſtábile futúrum eſt.

Ad Magníficat, *Ant*, 5. a. Pónam viſitatiónem tuam pacem: non audiétur ultrà iníquitas in terra tua; & occupábit ſalus muros tuos, & portas tuas laudátio. *Iſai.* 60. 17. 18.

FERIA SEXTA.

De Iſáia prophéta.

Lectio j. *c.* 9. 13. *ad* 17.

POpulus non eſt revérſus ad percutiéntem ſe, & Dóminum exercítuum non inquiſiérunt. Et diſpérdet Dóminus ab Iſraël caput & caudam, incurvántem & refrænántem die unâ. Longævus & honorábilis, ipſe eſt caput: & prophéta docens mendácium, ipſe eſt cauda. Et erunt, qui beatíficant pópulum iſtum, ſeducéntes; & qui beatificántur, præcipitáti. Propter hoc ſuper adoleſcéntulis ejus non lætábitur Dóminus: & pupillórum ejus, & viduárum non miſerébitur: quia omnis hypócrita eſt & nequam, & univérſum os locútum eſt ſtultítiam. In ómnibus his non eſt avérſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus exténta. Hæc dicit.

℟. Scribe viſum, *ſuprà*, 152.

Lectio ij. *c.* 10. 1. *ad* 5.

VÆ qui condunt leges iníquas; & ſcribéntes, injuſtítiam ſcripſérunt; ut opprímerent in judício páuperes,
& vim fácerent cauſæ hu
lium pópuli mei: ut eſſent
duæ præda eórum, & pupi
diríperent. Quid faciétis
die viſitatiónis, & calamit
de longè veniéntis? ad c
confugiétis auxílium? &
derelinquétis glóriam
tram, ne incurvémini ſub
culo, & cum interféctis c
tis? Super ómnibus his no
avérſus furor ejus, ſed ad
manus ejus exténta. Væ A
virga furóris mei & báci
ipſe eſt, in manu eórum i
gnátio mea. Hæc dicit.

℟. Rex unus, *ſuprà*,

Lectio iij. *c.* 11. 10. *ad* 1

IN die illa radix Jeſſe,
ſtat in ſignum populóru
ipſum gentes deprecabún
& erit ſepúlcrum ejus glo
ſum. Et erit in die illa: A
ciet Dóminus ſecúndò
num ſuam ad poſſidéndum
ſíduum pópuli ſui, quod
linquétur ab Aſsíriis, &
Ægypto, & à Phetros, &
Æthiópia, & ab Ælam,
Sénnaar, & ab Emath, &
ínſulis maris. Et levábit ſig
in natiónes, & congreg
prófugos Iſraël, & diſpé
Juda cólliget à quátuor pl
terræ. Hæc dicit.

℟. Præparábitur, *ſup*
153.

Ad Benedíctus, *Ant.*
Eris coróna glóriæ in m
Dómini, & diadéma regn
manu Dei tui. Non vocát
ultrà derelícta. *Iſai.* 62. 3

C A N O N.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *decret.* 3. *de Fide.*

QUòd ſi ubi duo vel tres in nómine Dómini congregántur, (licèt ſibiipſis relícti falli poſſint) contínuò tamen in médio eórum ſit Dóminus; quantò magis, ubi ſummus Póntifex, ceteríque primóres Eccleſiáſtici convéniunt, ut hærésibus ſubínde pullulántibus occúrrant, & Domínicum agrum ſubórtis expúrgent zizániis?

Ad Magníficat, *Ant.* 5. *F.* Vidébunt gentes Juſtum tuum, & cuncti reges Inclytum tuum; & vocábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominávit. *Iſai.* 62. 2.

S A B B A T O.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 13. 1. *ad* 5.

ONus Babylónis, quod vidit Iſáias fílius Amos. Super montem calìginóſum leváte ſignum, exaltáte vocem; leváte manum, & ingrediántur portas duces. Ego mandávi ſanctificátis meis, & vocávi fortes meos in ira mea, exultántes in glória mea. Vox multitúdinis in móntibus, quaſi populórum frequéntium: vox ſónitus regum, géntium congregatárum: Dóminus exercítuum præcépit milítiæ belli, veniéntibus de terra procul, à ſummitáte *cœli: Dóminus, & vaſa furóris ejus, ut diſ*pérdat omnem terram. Hæc dicit.

℞. Accedámus, *ſuprà*, 153.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 10.

ULuláte, quia propè eſt dies Dómini: quaſi váſtitas à Dómino véniet. Propter hoc omnes manus diſſolvéntur, & omne cor hóminis contabéſcet, & conterétur. Torſiónes & dolóres tenébunt, quaſi partúriens dolébunt: unuſquiſque ad próximum ſuum ſtupébit, fácies combúſtæ vultus eórum. Ecce dies Dómini véniet, crudélis, & indignatiónis plenus, & iræ, furoríſque ad ponendam terram in ſolitúdinem, & peccatóres ejus conteréndos de ea. Quóniam ſtellæ cœli, & ſplendor eárum non expándent lumen ſuum; obtenebrátus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendébit in lúmine ſuo. Hæc dicit.

℞. Has habéntes, *ſuprà*, 154.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 15.

ET viſitábo ſuper orbis mala, & contra ímpios iniquitátem eórum, & quiéſcere fáciam ſupérbiam infidélium, & arrogántiam fórtium humiliábo. Pretióſior erit vir auro, & homo mundo obrízo. Super hoc cœlum turbábo: & movébitur terra de loco ſuo propter indignatiónem Dómini exercítuum, & propter diem iræ furóris ejus. Et erit quaſi dámula fúgiens, & quaſi ovis; & non erit qui cóngreget: u[illegible]

quiſque ad pópulum ſuum convertétur, & ſínguli ad terram ſuam fúgient. Omnis qui invéntus fúerit, occidétur: & omnis qui ſupervénerit, cadet in gládio. Hæc dicit.

℞. Anima noſtra, *ſuprà*, 154.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. *irr.* c. Erit fides in tempóribus tuis; divítiæ ſalútis ſapiéntia & ſciéntia. *Iſai.* 33. 6.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *decret.* 3. *de Fide.*

SAnâa & inviolábilis eſt ſacrórum Conciliórum univerſálium autóritas, cui quiſquis pertinácius refragátur, hoſtis fídei jure óptimo cenſéri debet.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi, ut in Pſalterio, 133.

Capitulum. Jer. 31. 31. 32.

ECce dies vénient, dicit Dóminus: & fériam dómui Iſraël, & dómui Juda fœdus novum: non ſecúndùm pactum quod pépigi cum pátribus eórum.

Hymnus, Creátor alme, ℣. Roráte, *ſuprà*, 161.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Hoc erit pactum quod fériam cum domo Iſraël poſt dies illos: Dabo legem meam in viſcéribus eórum, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in pópulum. *Jer.* 31. 33.

Oratio, Excita, Dómine, corda noſtra, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA SECUNDA *Adventûs Domini.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Statim véniet dominátor, quem vos quærítis. * Veníte, adorémus. *Malac.* 3. 1.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Prædícta priſcis; *ſuprà*, 158.

Pſalmi, ut in Pſalterio, 3.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Ecce ego congregábo fílios Iſraël & fílios Juda de univérſis terris, ad quas ejéci eos in furóre meo. *Jer.* 32. 37.

Ant. 8. c. Ponam óculos meos ad placándum, & redúcam eos. *Jer.* 24. 6.

Ant. 3. a. Ædificábo eos, & non déſtruam: plantábo eos, & non evellam; & dabo eis cor ut ſciant me. *Jer.* 24. 6. 7.

℣. Dabo eis cor unum, & viam unam; ℞. Ut tímeant me univérſis diébus. *Jer.* 32. 39.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. *c.* 14. 1. *ad* 2.

PRopè eſt ut véniat tempus ejus, & dies ejus non elongabúntur: miſerébitur enim Dóminus Jacob, & éliget adhuc de Iſraël, & requiéſcere eos fáciet ſuper humum ſuam: adjungétur advena ad eos, & adhærébit dómui Jacob. Et tenébunt eos pópuli, & addúcent eos in locum ſuum: & poſſidébit eos domus Iſraël ſuper terram

nini in ſervos & ancíllas : unt capiéntes eos qui ſe :rant, & ſubjícient exac- s ſuos. Hæc dicit Dómi- Deus : Convertímini ad , & ſalvi éritis.

℟. Exultáte in lætítia ; per- íte, & dícite : Salva, Dó- ıe, relíquias Iſraël : Ecce congregábo eos ab extré- terræ : in miſericórdia re- am eos ; * Addúcam eos ria recta, quia factus ſum ıéli pater. *Jer.* 31, 7, 8. 9. Si fúerit númerus filiórum ıël tanquam aréna maris ; quiæ ſalvæ fient. *Rom.* 9. * Addúcam.

ctio ij. *v.* 3. *ad* 8.

T erit in die illa ; cùm ré- ı quiem déderit tibi Deus à óre tuo, & à concuſſióne , & à ſervitúte dura, quâ è ſervíſti : ſumes parábo- ı iſtam contra regem Baby- ıis,& dices : Quómodo ceſ- rit exáctor, quiévit tribú- n ? Contrívit Dóminus bá- lum impiórum, virgam do- nántium, cædéntem pópu- ; in indignatióne, plagâ in- ıábili, ſubjiciéntem in fu- re gentes, perſequéntem udéliter. Conquiévit & sí- it omnis terra, gavíſa eſt & :ultávit : abíetes quoque læ- tæ ſunt ſuper te, & cedri íbani : ex quo dormíſti, non céndet qui ſuccídat nos. Hæc cit.

℟. *Suſcitábo eis germen minátum, & non portábunt* ultrà oppróbrium géntium, & ſcient quia ego Dóminus Deus eórum cum eis, * Et ipſi pópulus meus. *Ezech.* 34. 29. 30. ℣. Inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos ; & ero illórum Deus. 2. *Cor.* 6. 16. * Et ipſi.

Lectio iij. *v.* 9. *ad* 15.

INférnus ſubter conturbátus eſt in occúrſum advéntûs tui ; ſuſcitávit tibi gigántes. Omnes príncipes terræ ſurre- xérunt de ſóliis ſuis, omnes príncipes natiónum. Univérſi reſpondébunt, & dicent tibi : Et tu vulnerátus es ſicut & nos, noſtrî ſímilis effèctus es. Detrácta eſt ad ínferos ſupér- bia tua ; cóncidit cadáver tuum : ſubter te ſternétur tí- nea, & operiméntum tuum erunt vermes. Quómodo ce- cidíſti de cœlo lúcifer, qui manè oriebáris ? corruíſti in terram, qui vulnerábas gen- tes ? qui dicébas in corde tuo : In cœlum conſcéndam, ſuper aſtra Dei exaltábo ſólium meum, ſedébo in monte teſ- taménti, in latéribus Aqui- lónis. Aſcéndam ſuper alti- túdinem núbium, ſímilis ero Altíſſimo. Verúntamen ad in- férnum detrahéris in profún- dum laci. Hæc dicit.

℟. Fériam eis pactum ſem- pitérnum, & non déſinam eis benefácere, * Et † Timórem meum dabo in corde eórum, ut non recédant à me. *Jer.* 32. 40. ℣. Hoc eſt teſtaméntum

quod diſpónam : in corde eórum ſuperſcríbam leges meas. *Hebr.* 8. 10. * Et timórem. Glória. † Timórem.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Adjíciet Dóminus ſecúndò manum ſuam ad poſſidéndum resíduum pópuli ſui. *Iſai.* 11. 11.

Ant. 8. c. Congregábit prófugos Iſraël, & diſpérſos Juda cólliget à quátuor plagis terræ. *Iſai.* 11. 12.

Ant. 1. â. Erit via resíduo pópulo, ſicut fuit Iſraéli in die illa, quâ aſcéndit de terra Ægypti. *Iſai.* 11. 16.

℣. Addúcet Deus Iſraël cum jucunditáte, ℟. In lúmine majeſtátis ſuæ, cum miſericórdia. *Baruch.* 5. 9.

Sermo ſancti Bernárdi abbátis.

Serm. 4. *de Adventu*, §. 1.

Lectio iv.

DIgnum eſt, fratres, ut tota cum devotióne Dómini celebrétis Advéntum, delectáti tantâ conſolatióne, ſtupefácti tantâ dignatióne, inflammáti tantâ dilectióne. Nec verò ſolum cogitétis advéntum, quo venit quærere & ſalvum fácere quod períerat; ſed & illum nihilóminus, quo véniet & aſsúmet nos ad ſeipſum. Utinam circa hos duos advéntus jugi meditatióne versémini, ruminántes in córdibus veſtris, quantum in prióre præſtíterit, quantum promíſerit in ſecúndo.

Tu autem Dómine mi noſtri.

℟. Annuntiáte in quæ procul ſunt, & di * Qui diſpérſit Iſraël, gregábit eum : & cuſ eum ſicut paſtor gregem *Jer.* 31. 10. ℣. Non Deus plebem ſuam, præſcívit. *Rom.* 11. 2. diſpérſit.

Lectio v. §.

TEmpus eſt, fratres judícium incípiat à Dei. Quis finis eórum qu obédiunt Evangélio ? judícium his qui in hoc ju non resúrgunt ? Quic enim judicári diſsímula judício quod nunc eſt, i princeps hujus mundi e forás ; júdicem expécten magìs tímeant, à quo cu príncipe ſuo forás ejici & ipſi. Nos autem ſi pe judicámur nunc, ſécu vatórem expectémus I num noſtrum Jeſum tum. Tu autem Dómine ſerére noſtri.

℟. Resíduum Iſraël tétur ſuper Dóminum i ritáte : * Relíquiæ conv tur ; relíquiæ, inquam, ad Deum fortem. *Iſai.* 1 21. ℣. Secúndùm electi ſalvæ factæ ſunt. *Rom.* * Relíquiæ.

Lectio vj. §

ADvéniens enim Sal reformábit corpus litátis noſtræ, configu

laritátis ſuæ;] ſi ta-
s fúerit cor reformá-
configurátum humi-
dis ipsíus. Propter
dicébat: [Díſcite à
. mitis ſum, & húmi-
] Consídera ſanè in
s, quóniam humíli-
x eſt: áltera cogni-
tera affectiónis, quæ
ır cordis. Prióre co-
ıs quòd nihil ſumus;
íſcimus à nobis ipſis,
nfirmitáte própria:
e calcámus glóriam
& hanc ab illo díſci-
i exinanívit ſemetíp-
mam ſervi accípiens.
1.
bit Dominátor in Iſ-
paſcet in ſublimitáte
Dómini Dei ſui:
Magnificábitur uſque
nos terræ. *Mich.* 5. 4.
ait: Erit radix Jeſſe,
get régere gentes.
. 12. * Et magnificá-
loria. † Magnificábi-

I. NOCTURNO.

d. Ecce dies Dómini
rudélis, & indigna-
enus, & iræ furoríſ-
peccatóres contéren-
. 13. 9.
. c. Ignis in conſpéctu
rdéſcet: advocábit
esúrſum, & terram
re pópulum ſuum:
i judex eſt. *Pſ.* 49. 3.

. *d.* Interrogábit ópe-

ra veſtra, & cogitatiónes ſcrutábitur. *Sap.* 6. 4.

℣. Judicábit orbem terrárum in juſtítia, ℟. Et pópulos in æquitáte. *Pſ.* 97. 9.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 21. 25. *ad* 36.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Erunt ſigna in ſole, & luna; & ſtellis, & in terris preſſúra géntium. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 1. *in Evang.*

DOminus ac Redémptor noſter, fratres caríſſimi, parátos nos inveníre desíderans, ſeneſcéntem mundum, quæ mala ſequántur, denúntiat; ut nos ab ejus amóre compéſcat. Appropinquántem ejus términum quantæ percuſſiónes prævéniant, innotéſcit; ut ſi Deum metúere in tranquillitáte nólumus, ſaltem vicínum ejus judícium vel percuſſiónibus attríti timeámus. Tu autem Dómine miſerére noſtrî.

℟. Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis; & in terris preſſúra géntium: &* Tunc videbunt Fílium hóminis veniéntem in nube cum poteſtáte magna, & majeſtáte. *Luc.* 21. 25. 27. ℣. Sol convertétur in ténebras, & luna in ſánguinem; ántequam véniat dies Dómini magnus, & horríbilis. *Joel* 2. 31. * Tunc vidébunt.

Lectio viij. *Poſt pauca.*

TUnc vidébunt Filium hóminis veniéntem in núbibus cum poteſtáte magna & majeſtáte.] Ac ſi apérte dicerétur: In poteſtáte magna & majeſtáte visúri ſunt, quem in humilitáte pósitum audíre noluérunt; ut virtútem ejus tantò tunc diſtríctiùs ſéntiant, quantò nunc cervícem cordis ad ejus patiéntiam non inclínant. Sed quia hæc contra réprobos dicta ſunt, mox ad electórum conſolatiónem verba vertúntur; nam & súbditur: [His autem fieri incipiéntibus, reſpícite & leváte cápita veſtra, quóniam appropinquat redémptio veſtra.] Tu autem.

℟. Cœli ardéntes ſolvéntur, & eleménta ignis ardóre tabéſcent; propter quod hæc expectántes, * Satágite immaculáti & invioláti inveníri. 2. *Petr.* 3. 12. 14. ℣. Erunt pópuli quaſi de incéndio cinis, ſpinæ congregátæ igni comburéntur. Quis habitábit ex vobis cum ardóribus ſempitérnis? *Iſai.* 33. 12. 14. * Satágite.

Lectio ix. *Poſt pauca.*

LEváre cápita, eſt mentes noſtras ad gaúdia pátriæ cœléſtis erígere. Qui ergo Deum díligunt, ex mundi fine gaudére atque hilaréſcere jubéntur: quia vidélicet eum, quem amant, mox invéniunt, dum tranſit is, quem non amavérunt. Abſit enim, ut fidélis quiſque qui Deum vidére desiderat, de mundi percuſſiónibus lúgeat, quem finíri eíſdem ſuis percuſſiónibus non ignórat. Scriptum namque eſt: [Quicúnque volúerit amicus eſſe ſéculi hujus, inimícus Dei conſtitúitur.] Qui ergo appropinquánte mundi fine non gaudet, amícus ſe illíus eſſe teſtátur, atque per hoc inimícus Dei eſſe convíncitur. Sed abſit hoc à fidélium córdibus, abſit ab his, qui & eſſe áliam vitam per fidem credunt, & eam per operatiónem díligunt. Tu autem.

℟. Magnus dies Dómini, & terríbilis valde; & quis ſuſtinébit eum? Nunc ergo, dicit Dóminus: * Convertímini ad Dóminum, quia benígnus & miséricors eſt. *Joel* 2. 11. 12. 13. ℣. Vigiláte omni témpore orántes, ut digni habeámini ſtare ante Fílium hóminis. *Luc.* 21. 36. * Convertímini. Glória. *Repetitur* ℟. Magnus.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exultábit cor meum in ſalutári tuo: ℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. *Pſ.* 12. 6.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 1. *toni.* a.

AUdíte me domus Jacob, & omne resíduum domûs Iſraël, qui portámini à meo

: Ego feci, & ego fe-
ego portábo, & ego ſal-
. *Iſai.* 46. 3. 4.
t. 3. g. Ego ſcio cogita-
s, quas ego cógito ſuper
cogitatiónes pacis, &
afflictiónis. *Jer.* 29. 11.
t. 7. a. Cùm quæſiéritis
i toto corde veſtro, in-
r à vobis, & redúcam
ritátem veſtram. *Jer.* 29.
4.
t. 4. *irreg.* c. Congregá-
s de univérſis géntibus,
cunctis locis, & revérti
íciam. *Jer.* 29. 14.
t. 5. a. Ædificábo vos,
n déſtruam; jam enim
tus ſum, & dabo vobis
icórdias, & miſerébor ve-
Jer. 42. 10. 12.
itulum. *Ezech.* 20. 41.
odórem ſuavitátis ſuſcí-
m vos, cùm edúxero vos
pulis, & congregávero
e terris, in quas diſpérſi
& ſanctificábor in vobis
ulis natiónum.
mnus, Vox clara, ℣. E-
, *ſuprà*, 159.
Benedíctus, *Ant.* 4. *E.*
t homo finem ſuum: ſed
piſces capiúntur hamo,
ut aves láqueo compre-
úntur, ſic capiúntur hó-
in témpore malo, cùm
extémplo ſupervénerit.
9. 12.

Oratio.

cita, Dómine, corda
ſtra ad præparándas Uni-
tui vias; ut per ejus adventum, purificátis tibi méntibus ſervíre mereámur; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

AD PRIMAM, *Ant.* Audíte me, *ſuprà.*

Ad ℟. *breve*, ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Reliqua ut in Pſalterio.*

C A N O N.

Ex Concílio Románo.

An. 1059. *can.* 13.

NUllus Laïcus ad quémlibet gradum Eccleſiáſticum repéntè promoveátur, niſi poſt mutátum hábitum ſeculárem, diutúrnâ converſatióne inter Cléricos fúerit comprobátus.

AD TERTIAM, *Ant.* Ego ſcio.

Capitulum. *Ezech.* 11. 17.

HÆc dicit Dóminus Deus: Congregábo vos de pópulis, & adunábo de terris in quibus diſpérſi eſtis, dabóque vobis humum Iſraël.

℟. *breve*, Meménto, 160.

Oratio, Excita, *ut ſuprà.*

AD SEXTAM, *Ant.* Cùm quæſiéritis me.

Capitulum. *Zach.* 10. 6.

COnfortábo domum Juda, & domum Joſeph ſalvábo; & convértam eos, quia miſerébor eórum; & erunt ſicut fuérunt quando non projéceram eos; ego enim Dóminus Deus eórum, & exaúdiam eos.

℟. *breve*, Miſerére

AD NONAM, *Ant.* Ædificábo vos.

Capitulum. *Ezech.* 20. 44.

SCiétis quia ego Dóminus, cùm beneféceto vobis propter nomen meum, & non ſecúndùm vias veſtras malas, neque ſecúndùm ſcélera veſtra péſſima, domus Iſraël, ait Dóminus Deus.

℟. *breve*, Tu exúrgens, 160.

AD VESPERAS.

Antiphonæ quinque de Laudibus, nullâ prætermiſſâ.

Pſalmi de Dominicâ.

Capitulum. *Mich.* 2. 12.

COngregatióne congregábo Jacob totum te: in unum condúcam relíquias Iſraël, páriter ponam illum quaſi gregem in ovíli, quaſi pecus in médio caulárum, tumultuabúntur à multitúdine hóminum.

Hymnus, Creátor alme, ℣. Roráte, *ſuprà*, 161.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Attréndite vobis, ne fortè gravéntur corda veſtra in crápula, & ebrietáte, & curis hujus vitæ; & ſupervéniat in vos repentína dies illa: tanquam láqueus enim ſupervéniet in omnes. *Luc.* 21. 34. 35.

Oratio, Excita, *ſuprà in Laudibus.*

FERIA SECUNDA.

De Iſáia prophéta.

Lectio j. *c.* 16. 1. *ad* 5.

EMitte agnum Dómine dominatórem terræ, de petra deſérti ad montem fíliæ Sion. Et erit: Sicut avis fúgiens, & pulli de nido avolántes, ſic erunt fíliæ Moab in ttanſcénſu Arnon. Ini conſílium, coge concílium: pone quaſi noctem umbram tuam in merídie: abſcónde fugientes, & vagos ne prodas. Habitábunt apud te prófugi mei: Moab eſto latíbulum eórum à fácie vaſtatóris: finitus eſt enim pulvis, conſummátus eſt miſer: defecit qui conculcábat terram. Et præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud in veritáte in tabernáculo David, júdicans & quærens judícium, & velóciter reddens quod juſtum eſt. Hæc dicit.

℟. Exultáte, 169.

Lectio ij. *c.* 19. 1. *ad* 4.

ONus Ægypti. Ecce Dómi nus aſcéndet ſuper nuben levem, & ingrediétur Ægyp tum, & commovebúntur ſimu lácra Ægypti à fácie ejus, & co Ægypti tabéſcet in médio eju Et concúrrere fáciam Ægyptio advérsùs Ægyptios; & pugnáb vir contra fratrem ſuum, & vi contra amícum ſuum, civita advérsùs civitátem, regnum ad vérsùs regnum. Et dirumpétu ſpíritus Ægypti in viſcéribu ejus, & conſílium ejus præci pitábo: & interrogábunt ſimu lácra ſua, & divínos ſuos, & pythónes, & aríolos. Et tradam Ægyptum in manu dominó rum crudélium, & rex forti dominábitur eórum. Hæc dici

℟. Suſcitábo, 169.

v. 19. *ad* 22.
it altáre Dómi-
terræ Ægypti ,
:nini juxta tér-
it in ſignum , &
ı Dómino exer-
a Ægypti. Cla-
ad Dóminum à
s , & mittet eis
›ropugnatórem,
:. Et cognoſcé-
ıb Ægypto , &
:gyptii Dómi-
, & colent eum
ı munéribus : &
t Dómino , &
cútiet Dóminus
gâ , & ſanábit
rténtur ad Dó-
ıcábitur eis , &
æc dicit.
169.
Ant. 3. *a.* Ecce
eis cicatrícem &
:urábo eos : &
deprecatiónem
is. *Jer.* 33. 6.
N O N.
Aquiſgranénſi
mo.
p. 135. *lib.* 1.
:lero puer eſt ,
éntes exíſtunt ,
› conclávi átrii
; ut lúbricæ ætá-
ı luxúria , ſed in
.eſiáſticis agant,
ıtiſſimo ſenióri,
.trum doctrínæ ,
hábeant.
:at, *Ant.* 7. b.
s ; & ſtátuam il-

lis teſtaméntum álterum ſempitérnum, ut ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in pópulum. *Baruch* 2. 34. 35.

FERIA TERTIA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 24. 1. *ad* 5.

Ecce Dóminus diſſipábit terram , & nudábit eam , & afflíget fáciem ejus , & diſpérget habitatóres ejus. Et erit ſicut pópulus, ſic ſacérdos : & ſicut ſervus , ſic dóminus ejus : ſicut ancílla, ſic dómina ejus : ſicut emens , ſic ille qui vendit : ſicut fenerátor , ſic is qui mútuum áccipit : ſicut qui répetit , ſic qui debet. Diſſipatióne diſſipábitur terra , & direptióne prædábitur ; Dóminus enim locútus eſt verbum hoc. Luxit , & deflúxit terra , & infirmáta eſt : deflúxit orbis , infirmáta eſt altitúdo pópuli terræ. Et terra inféƈta eſt ab habitatóribus ſuis : quia tranſgréſſi ſunt leges , mutavérunt jus , diſſipavérunt fœdus ſempitérnum. Hæc dicit.

℞. Annuntiáte , 170.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 12.

Propter hoc malediƈtio vorábit terram, & peccábunt habitatóres ejus : ideóque inſánient cultóres ejus , & relinquéntur hómines pauci. Luxit vindémia , infirmáta eſt vitis , ingemuérunt omnes qui lætabántur corde. Ceſſávit gaúdium tympanórum , c[illegible] ſónitus lætántium , c[illegible]

dulcédo cítharæ. Cum cántico non bibent vinum : amára erit pótio bibéntibus illam. Attríta eſt cívitas vanitátis, clauſa eſt omnis domus nullo introëúnte. Clamor erit ſuper vino in platéis : deſérta eſt omnis lætítia : tranſlátum eſt gaúdium terræ. Relícta eſt in urbe ſolitúdo ; & calámitas ópprimet portas.

℞. Resíduum, 170.

Lectio iij. *v.* 13. *ad* 16.

Quia hæc erunt in médio terræ, in médio populórum : quómodo ſi paucæ olívæ, quæ remansérunt, excutiántur ex ólea : & racémi, cùm fúerit finíta vindémia. Hi levábunt vocem ſuam, atque laudábunt : cum glorificátus fúerit Dóminus, hínnient de mari. Propter hoc in doctrínis glorificáte Dóminum : in ínsulis maris nomen Dómini Dei Iſraël. A fínibus terræ laudes audívimus, glóriam juſti.

℞. Stabit, 171.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. *d.*
Ecce ego ſalvábo pópulum meum de terra oriéntis, & de terra occáſûs ſolis; & addúcam eos, & habitábunt in médio Jerúſalem. *Zach.* 8. 7. 8.

CANON.

Ex Concílio Montepeſſuláno.
An. 1258. *cap.* 2.

In tonſurándo cautélam hábeat Ordinátor, ut talem *aſcríbat milítiæ* Clericáli, qui *ex devotióne*, non per frau-

dem aſcríbi cúpiat ó
ricáli, & qui non ſ
expers ſciéntiæ Cler

Ad Magníficat, .
Convértam eos, qu
bor eórum, & exaú
ſibilábo eis ; & cc
illos, quia redémi e
10. 6. 8.

FERIA QU
De Iſaía propl

Lectio j. *c.* 28.

Væ corónæ
ébriis Ephr
ri decidént
exultatiónis ejus, q
vértice vallis pinguí
rántes à vino. Ecce
fortis Dóminus ſici
grándinis; turbo co
ſicut ímpetus aquár
rum inundántium,
rum ſuper terram
Pédibus conculcáb
ſupérbiæ ebriórum
Et erit flos décid
exultatiónis ejus, q
vérticem vallis p
quaſi temporáneun
turitátem autúmni
aſpéxerit videns, ſt
nu tenúerit, devo
Hæc dicit.

℞. Exultáte, 16

Lectio ij.

In die illa erit
exercítuum coró
& ſertum exultatió
pópuli ſui : & ſpír
ſedénti ſuper judíci
titúdo reverténtibı
ad portam. Verùm

no neſciérunt, & præ
ite erravérunt: ſacérdos
ophéta neſciérunt præ
ite, abſórpti ſunt à vi-
rravérunt in ebrietáte,
runt vidéntem, ignora-
t judícium. Omnes enim
: replétæ ſunt vómitu
mque, ita ut non eſſet
locus. Quem docébit
iam? & quem intellíge-
iet audítum? ablactá-
lacte, avúlſos ab ubéri-

Suſcitábo, 169.

o iij. *v.* 14. *ad* 18.
)pter hoc audíte verbum
)ómini, viri illuſóres,
ominámini ſuper pópu-
neum, qui eſt in Jerú-
. Dixíſtis enim: Per-
ius fœdus cum morte,
n inférno fécimus pac-
Flagéllum inúndans cùm
erit, non véniet ſuper
quia poſúimus mendá-
ſpem noſtram, & men-
protécti ſumus. Idcírco
icit Dóminus Deus: Ec-
o mittam in fundaméntis
ápidem, lápidem probá-
angulárem, pretióſum
ıdaménto fundátum; qui
derit, non feſtínet. Et
n in póndere judícium,
títiam in menſúra: &
rtet grando ſpem men-
: & protectiónem aquæ
lábunt. Et delébitur fœ-
eſtrum cum morte, &
m *veſtrum cum inférno*
abit: flagéllum inún-
Hiemalis.

dans cùm transíerit, éritis ei in conculcatiónem.

℟. Fériam, 169.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. *irreg.* A. Congregabúntur fílii Juda, & fílii Iſraël páriter; & ponent ſíbimet caput unum. *Oſee.* 1. 11.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi quinto.

An. 1579. *part.* 3. *tit.* 6. *de his quæ ad divina Offic. pertinent.*

DUm ſuperpellíceum, qui amíctus ex tela línea cándida conſtat, índuit Clerus, cógitet quam perſónam ſuſtíneat; nempe à ſórdibus labéque puram, qualem veſtítus ille índicat.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Servus meus princeps eórum in perpétuum; & percútiam illis fœdus pacis, pactum ſempitérnum erit eis. *Ezech.* 37. 26. 27.

FERIA QUINTA.

De Iſáia prophéta.

Lectio j. *c.* 29. 9. *ad* 12.

OBſtupéſcite, & admirámini: fluctuáte, & vacilláte: inebriámini, & non à vino: movémini, & non ab ebrietáte. Quóniam míſcuit vobis Dóminus ſpíritum ſopóris, claudet óculos veſtros, prophétas & príncipes veſtros, qui vident viſiónes, opériet. Et erit vobis víſio ómnium ſicut verba libri ſignáti, quem cùm déderint ſciénti litteras, dicent: Le[illegible]

reſpondébit : Non poſſum, ſignátus eſt enim. Et dábitur liber neſciénti lítteras, dicetúrque ei : Lege ; & reſpondébit : Néſcio lítteras. Hæc dicit.

℟. Annuntiáte, 170.

Lectio ij. *v.* 13. *ad* 14.

ET dixit Dóminus : Eò quòd appropínquat pópulus iſte ore ſuo, & lábiis ſuis gloríficat me, cor autem ejus longè eſt à me, & timuérunt me mándato hóminum & doctrínis : Ideo ecce ego addam ut admiratiónem fáciam pópulo huic miráculo grandi & ſtupéndo : períbit enim ſapiéntia à ſapiéntibus ejus, & intelléctus prudéntium ejus abſcondétur.

℟. Resíduum, 170.

Lectio iij. *v.* 15. *ad* 20.

VÆ qui profúndi eſtis corde, ut à Dómino abſcondátis consílium, quorum ſunt in ténebris ópera, & dicunt : Quis videt nos, & quis novit nos ? Pervérſa eſt hæc veſtra cogitátio : quaſi ſi lutum contra figulum cógitet, & dicat opus factóri ſuo : Non fecíſti me ; & figméntum dicat fictóri ſuo : Non intélligis. Nonne adhuc in módico & in brevi convertétur Líbanus in charmel, & charmel in ſaltum reputábitur ? Et aúdient in die illa ſurdi verba libri, & de ténebris & calígine óculi cæcórum vidébunt. Et addent mites in Dómino lætítiam, & paúperes hómines in S[...] Iſraël exultábunt : quó[...] defécit qui prævalébat, co[...] ſummátus eſt illúſor, & ſ[...] ciſi ſunt omnes qui vigilá[...] ſuper iniquitátem.

℟. Stabit, 171.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G[...] Noli timére, Iſraël : ab orie[...] te addúcam ſemen tuum, [...] ab occidénte congregábo [...] *Iſai.* 43. 5.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *cap.* 11. *de reform.*

ITa de gradu in gradu[...] céndant Clérici minóres, [...] in eis cum ætáte, vitæ [...] ritum & doctrína major [...] créſcat.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. I[...] Veníte ad me ; audíte, & viva[...] ánima veſtra : & fériam vobí[...] cum pactum ſempitérnum [...] miſericórdias David fidéles [...] *Iſai.* 55. 3.

FERIA SEXTA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 30. 1. *ad* 3.

VÆ filii deſertóres, dici[...] Dóminus, ut facerétis consílium, & non e[...] me : & ordirémini telam, & no[...] per ſpíritum meum, ut adderé[...] tis peccátum ſuper peccátum qui ambulátis ut deſcendáti[...] in Ægyptum, & os meum no[...] interrogáſtis, ſperántes auxílium in fortitúdine Pharaónis & habéntes fidúciam in umbra Ægypti. Et erit vobis fortitúdo Pharaónis in confuſió[...]

idúcia umbræ Ægypti
íniam. Hæc dicit Dó-
eus, convertímini ad
ſalvi éritis.
ultáte, 169.
j. *v. 9. ad* 13.
lus ad iracúndiam pró-
ns eſt, & filii mendá-
i noléntes audíre le-
i. Qui dicunt vidénti-
lite vidére; & aſpi-
: Nolíte aſpícere no-
æ recta ſunt: loquí-
is placéntia, vidéte
róres. Auférte à me
eclináte à me ſémi-
et à facie noſtra Sanc-
l. Proptérea hæc dicit
ſraël: Pro eo quòd
tis verbum hoc; &
in calúmnia, & in tu-
innixi eſtis ſuper eo:
a erit vobis iníquitas
t interrúptio cadens,
íta in muro excélſo,
ſúbitò, dum non
véniet contrítio ejus.
citábo, 169.
j. *v. 18. ad* 21.
érea expéctat Dómi-
it miſereátur veſtri:
exaltábitur parcens
uia Deus judícii Dó-
beáti omnes qui ex-
eum. Pópulus enim
itábit in Jeruſálem:
equáquam plorábis,
miſerébitur tuî: ad
lamóris tui ſtatim ut
reſpondébit tibi. Et
bis Dóminus *panem*
& aquam brevem: &

non fáciet avoláre à te ultrà
doctórem tuum: & erunt ócu-
li tui vidéntes præceptórem
tuum. Et aures tuæ áudient
verbum poſt tergum monén-
tis: Hæc eſt via, ambuláte in
ea: & non declinétis neque
ad déxteram, neque ad ſiniſ-
tram. Et contaminábis lámi-
nas ſculptílium argénti tui, &
veſtiméntum conflátilis auri
tui, & diſpérges ea.

℞. Fériam, 169.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* In témpore illo, ero Deus uni-
vérſis cognatiónibus Iſraël, &
ipſi erunt mihi in pópulum.
Jer. 31. 1.

CANON.

Ex enchirídio Concilii Coloniénſis.

An. 1536. *de Sacram. Ord. cap.* 8.

CОnſtat Ordines minóres véluti gradus quoſdam fuiſſe, per quos exploráti, gradátim ad majóres pertra-heréntur, niſi aliud diviná revelatióne fuiſſet indicátum; nam & Paulus vetat neóphy-tum Epiſcopátum ſuſcípere.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* In die illa inclinábitur homo ad factórem ſuum, & óculi ejus ad Sanctum Iſraël reſpí-cient. *Iſai.* 17. 7.

Hæc Antiphona prætermit-titur, ſi ejus locò ponénda ſit prima ex majoribus Antipho-nis O, quæ habentur infrà ante Vigiliam Natalis *Do-mini.*

SABBATO.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 30. 26. *ad* 28.

ERit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptemplíciter ſicut lux ſeptem diérum, in die quâ alligáverit Dóminus vulnus pópuli ſui, & percuſſúram plagæ ejus ſanáverit. Ecce nomen Dómini venit de longínquo, ardens furor ejus, & gravis ad portándum: lábia ejus repléta ſunt indignatióne, & lingua ejus quaſi ignis dévorans. Spíritus ejus velut torrens inúndans uſque ad médium colli, ad perdéndas gentes in níhilum, & frænum erróris quod erat in maxíllis populórum. Hæc dicit.

℟. Annuntiáte, 170.

Lectio ij. *v.* 29. *ad* 31.

CAnticum erit vobis ſicut nox ſanctificátæ ſolemnitátis, & lætítia cordis ſicut qui pergit cum tíbia, ut intret in montem Dómini ad Fortem Iſraël. Et audítam fáciet Dóminus glóriam vocis ſuæ, & terrórem bráchii ſui oſténdet in comminatióne furóris, & flamma ignis devorántis: allídet in túrbine, & in lápide grándinis. A voce enim Dómini pavébit Aſſur virgâ percúſſus.

℟. Resíduum, 170.

Lectio iij. *c.* 31. 5. *ad* 9.

SIcut aves volántes, ſic prótegetDóminus exercítuum *Jerúſalem; prótegens* & líberans, tránſiens & ſalvans. Convertímini, ſicut in profúndum receſſerátis, filii Iſraël. In die enim illa abjíciet vir idóla argénti ſui, & idóla auri ſui, quæ fecérunt vobis manus veſtræ in peccátum. Et cadet Aſſur in gládio non viri, & gládius non hóminis vorábit eum, & fúgiet non à facie gládii; & júvenes ejus vectigáles erunt: & fortitúdo ejus à terróre tranſíbit, & pavébunt fugiéntes príncipes ejus: dixit Dóminus, cujus ignis eſt in Sion, & camínus ejus in Jerúſalem.

℟. Stábit, 171.

Si incœpta jam fuerint Antiphonæ majores O, tunc ad Laudes & per Horas dicuntur Ant. propria ut infrà ordinantur ante Vigiliam Natalis Domini.

Ad Bened. *Ant.* 8. G.* Non éxcidit verbum Dómini: qui diſpérſi ſunt à terra Iſraël revertėntur ad eam; & domus Dei reædificábitur; & relínquent gentes idóla ſua. *Tob.* 14. 6. 7.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *cap.* 17. *de reform.*

UT ſanctórum Ordinum à Diaconátu ad Oſtiariátum functiónes ab Apoſtolórum tempóribus in Eccléſia laudabíliter recéptæ... in uſum juxta ſacros Cánones revocentúr; ... ſancta Synodus decérnit, ut in póſterum hujuſcémodi miniſtéria, non niſi per conſtitútos in dictis Ordínibus exerceántur.

AD VESPERAS.

Capitulum. *Deut.* 18. 15.

PRophétam de gente tua & de frátribus tuis ſicut me, uſcitábit tibi Dóminus Deus uus: ipſum aúdies.

Hymnus, Creátor alme, ℣. Roráte, *ſuprà*, 161.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Miſerans, miſerébitur tuî Dóminus, & non fáciet avoláre te ultrà doctórem tuum; & erunt óculi tui vidéntes præceptórem tuum. *Iſai.* 30. 19. 20. [*Niſi dicenda ſit Antiph.* O.]

Oratio, Excita, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA TERTIA *Adventûs Domini.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Meſsías venit, (qui dícitur Chriſtus;)* Veníte, adorémus. *Joan.* 4. 25.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Prædícta priſcis, *ſuprà*, 158.

Pſalmi ut in Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Scriptum eſt in Prophétis: Erunt omnes docíbiles Dei. *Joan.* 6. 45.

Ant. 2. D. Non caligábunt óculi vidéntium, & aures audiéntium diligénter auſcultábunt. *Iſai.* 32. 3.

Ant. 3. g. Cor ſtultórum intélliget ſciéntiam; & lingua balbórum velóciter loquétur, & planè. *Iſai.* 32. 4.

℣. De Sion egrediétur lex, ℟. *Et verbum Dómini de Jeruſalem. Mich.* 4. 2.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 32. 1. *ad* 5.

ECce in juſtítia regnábit rex, & príncipes in judício præerunt. Et erit vir ſicut qui abſcónditur à vento, & celat ſe à tempeſtáte; ſicut rivi aquárum in ſiti, & umbra petræ prominéntis in terra deſérta. Non caligábunt óculi vidéntium, & aures audiéntium diligénter auſcultábunt. Et cor ſtultórum intélliget ſciéntiam, & lingua balbórum velóciter loquétur, & planè. Non vocábitur ultrà is qui insípiens eſt, princeps: neque frauduléntus appellábitur major. Hæc dicit.

℟. Atténdite ad me, pópule meus: & tribus mea me audíte;* Quia lex à me éxiet, & judícium meum in lucem populórum requiéſcet. *Iſai.* 51. 4. ℣. Omnes ſcient me à minóre uſque ad majórem. *Hebr.* 8. 11. * Quia.

Lectio ij. *c.* 33. 13. *ad* 17.

AUdíte qui longè eſtis, quæ fécerim; & cognóſcite, vicíni, fortitúdinem meam. Contérriti ſunt in Sion peccatóres, poſſédit tremor hypócritas. Quis póterit habitáre de vobis cum igne devoránte? Quis habitábit ex vobis cum ardóribus ſempitérnis? Qui ámbulat in juſtítiis, & lóquitur veritátem; qui prójicit avarítiam ex calúmnia, & éxcutit manus ſuas ab omni múnere, qui obtúrat aures

ſuas ne aúdiat ſánguinem, & claudit óculos ſuos ne vídeat malum. Iſte in excélſis habitábit, muniménta ſaxórum ſublímitas ejus: panis ei datus eſt, aquæ ejus fidéles ſunt. Regem in decóre ſuo vidébunt óculi ejus, cernent terram de longè.

℟. Pópulus durâ cervíce convertétur: & ſcient quia ego ſum Dóminus Deus eórum, & * Dabo eis cor, & intélligent; & aures, & aúdient; & laudábunt me. *Baruch* 2. 30. 31. 32. ℣. Non docébit unuſquíſque próximum ſuum, & unuſquíſque fratrem ſuum, dicens: Cognóſce Dóminum. *Hebr.* 8. 11. * Dabo eis.

Lectio iij. *c.* 35. 1. *ad* 7.

LÆtábitur deſérta & ínvia, & exultábit ſolitúdo, & florébit quaſi lílium. Gérminans germinábit, & exultábit lætabúnda & laudans: glória Líbani data eſt ei; decor Carméli, & Saron. Ipſi vidébunt glóriam Dómini, & decórem Dei noſtri. Confórtate manus diſſolútas, & génua debília roboráte. Dícite puſillánimis: Confortámini, & nolíte timére: ecce Deus veſter ultiónem addúcet retributiónis: Deus ipſe véniet, & ſalvábit vos. Tunc aperiéntur óculi cæcórum, & aures ſurdórum patébunt. Tunc ſáliet ſicut cervus claudus, & apérta erit lingua mutórum: quia ſciſſæ ſunt in deſérto aquæ, & torréntes in ſolitúdine. Et quæ erat árida, erit in ſtagnum, & ſítiens in fontes aquárum.

℟. Properábunt gentes multæ, & dicent: Veníte, aſcendámus ad montem Dómini; & * Docébit nos de viis ſuis, & † Ibimus in ſémitis ejus. *Mich.* 4. 2. ℣. Meſsías venit: cùm vénerit, ille nobis annuntiábit ómnia. *Joan.* 4. 25. * Docébit. Glória. † Ibimus.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Tempus requiréndi Dóminum; cùm vénerit qui docébit vos juſtítiam. *Oſee* 10. 12.

Ant. 5. a. Propè eſt ut véniat tempus ejus, & dies ejus non elongabúntur. *Iſai.* 14. 1.

Ant. 4. *irreg.* A. Quǽrite Dóminum, dum inveníri poteſt: invocáte eum, dum propè eſt. *Iſai.* 55. 6.

℣. Bonus eſt Dóminus ſperántibus in eum, ℟. Animæ quærénti illum. *Thren.* 3. 25.

Sermo ſancti Leónis papæ.

Serm. 2. *de Jejunio decimi menſis, & Collectis.*

Lectio iv.

QUod témporis rátio, & devotiónis noſtræ ádmonet conſuetúdo, paſtoráli vobis, dilectíſſimi, ſolicitúdine prædicámus, décimi menſis celebrándum eſſe jejúnium, quo pro conſummata perceptióne ómnium frúctuum, digníſſimè largitóri eórum Deo continéntiæ libámen offértur. Quid enim poteſt efficácius

: jejúnio, cujus obſervántiâ
›ropinquámus Deo, & reſi-
ntes diábolo, vítia blanda
›erámus? Tu autem.

℟. Jejúnium décimi erit
mui Juda in gaúdium & læ-
iam, & in ſolemnitátes præ-
iras: * Veritátem tantùm
pacem dilígite. *Zach.* 8. 19.
Pacem ſequímini cum óm-
›us, & ſanctimóniam, ſine
a nemo vidébit Deum. *Hebr.*
. 14. * Veritátem.

Lectio v.

Emper enim virtúti cibus
jejúnium fuit. De abſtinén-
dénique pródeunt caſtæ co-
tatiónes, rationábiles volun-
tes, ſalubrióra consília: &
r voluntárias afflictiónes ca-
concupiſcéntiis móritur,
rtútibus ſpíritus innovátur.
:d quia non ſolo jejúnio ani-
árum noſtrárum ſalus acquí-
:ur, jejúnium noſtrum miſe-
córdiis paúperum ſuppleá-
us. Impendámus virtúti,
ıod ſubtráhimus voluptáti.
at reféctio paúperis, abſti-
:ntia jejunántis.

℟. Quæ ſurſum ſunt ſápite,
›n quæ ſuper terram. * Mor-
ficáte membra veſtra; im-
ıundítiam, concupiſcéntiam
ıalam, & avarítiam. *Coloſſ.* 3.
. 5. ℣. Semináte vobis in juſ-
tia, & métite in ore miſeri-
›rdiæ, innováte vobis novále.
ſee 10. 12. * Mortificáte.

Lectio vj.

Tudeámus *viduárum de-
fenſióni, pupillórum uti-*
litáti, lugéntium conſolatióni,
diſſidéntium paci. Suſcipiátur
peregrínus, adjuvétur oppréſ-
ſus, veſtiátur nudus, foveátur
ægrótus: ut quicúnque noſ-
trûm de juſtis labóribus autóri
bonórum ómnium Deo ſacri-
fícium hujus pietátis obtúle-
rit, ab eódem regni cœléſtis
præmium percípere mereátur.

℟. Bona eſt orátio cum je-
júnio, & eleemóſyna; * Quó-
niam† Eleemóſyna facit inve-
níre miſericórdiam, & vitam
ætérnam. *Tob.* 12. 8. 9. ℣. Date
eleemóſynam: & ecce ómnia
munda ſunt vobis. *Luc.* 11.
41. * Quóniam. Glória. † Elee-
móſyna.

In III. Nocturno.

Ant. 1. D. Flos de radice
Jeſſe aſcéndet: & requiéſcet
ſuper eum ſpíritus ſapiéntiæ
& intelléctûs. *Iſai.* 11. 1. 2.

Ant. 8. G. In ſciéntia ſua
juſtificábit ipſe multos, & ini-
quitátes eórum ipſe portábit.
Iſai. 53. 11.

Ant. 4. E. Scient errántes
ſpíritu intelléctum, & muſſi-
tatóres diſcent legem. *Iſai.*
29. 24.

℣. Sanctificábunt Sanctum
Jacob, ℟. Et Deum Iſraël
prædicábunt. *Iſai.* 29. 23.

Léctio ſancti Evangélii ſecún-
dùm Mathæum.

Lectio vij. *c.* 11. 2. *ad* 10.

IN illo témpore; Joánnes
cùm audíſſet in vínculis
ópera Chriſti, mittens duos
de diſcípulis ſuis, ait illi; Tu

es, qui ventúrus es, an álium expectámus? Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 6. in Evang. ante med.

VIſis tot ſignis, tantíſque virtútibus, non ſcandalizári quiſquam pótuit, ſed admirári. Sed infidélium mens grave in illo ſcándalum pértulit, cùm eum poſt tot mirácula moriéntem vidit. Unde & Paulus dicit: [Nos autem prædicámus Chriſtum crucifíxum, Judæis quidem ſcándalum, géntibus autem ſtultítiam.] Stultum quippe homínibus viſum eſt, ut pro homínibus autor vitæ morerétur: & inde contra eum homo ſcándalum ſumpſit, unde ei ámpliùs débitor fieri débuit. Nam tantò Deus ab homínibus digniùs honorándus eſt, quantò pro homínibus & indígna ſuſcépit. Tu autem.

℟. Deus ipſe véniet, & ſalvábit vos: tunc aperiéntur óculi cæcórum, & aures ſurdórum patébunt; tunc * Sáliet ſicut cervus claudus, & apérta erit lingua mutórum. *Iſai.* 35. 4. 5. 6. ℣. Cæci vident, claudi ámbulant, lepróſi mundántur, ſurdi aúdiunt. *Matt.* 11. 5. * Sáliet.

Lectio viij.

QUid eſt ergo dícere: [Beátus qui non fúerit ſcandalizátus in me,] niſi apértâ voce abjectiónem mortis ſuæ humilitatémque ſignáre? Ac ſi paténter dicat: Mira fácio, ſed abjécta pér dedígnor. Quia ergo do te ſúbſequor, cá valde eſt homínibus, moitem deſpíciant, q venerántur.

℟. Aúdient in die verba libri, & de téı calígine óculi cæcóru bunt;* Et paúperes hó Sancto Iſraël exultábı 29. 18. 19. ℣. Mórt gunt, paúperes evan tur: *Matt.* 11. 5. * Et p

Lectio ix. *Long*

SEd quid exíſtis in c vidére? Prophétan dico vobis, & pluſqu: phétam.] Prophétæ miniſtérium eſt, vent dícere, non étiam deı re. Joánnes ergo p prophéta eſt, quia eu: præcurréndo prophe étiam oſtendéndo mo: Sed quia arúndo vent eſſe denegátur, quia veſtitus móllibus díci: Prophétæ nomen hui eſſe perhibétur, jam gnè dici poſſit, audiáı quitur: [Hic eſt de qı tum eſt: Ecce ego mitt lum meum ante fáciei qui præparábit vian ante te.]

℟. Hæc dicit Dó Vocávi te in juſtítia, te in fœdus pópuli, ı res óculos cæcórum. 5. 6. 7. ℣. Póſui te i

, ut ſis in ſalútem
xtrémum terræ. *Act.*
Et dedi te. Glória.
℟. Hæc dicit.
L A U D E S
T U T I N A S.
ɛrdotalis, Exultábit
m in ſalutári tuo:
›o Dómino qui bona
ihi. *Pſ.* 12. 6.
›hona 4. *toni. E.*
ınus formans me ex
o ſervum ſibi, ut re-
cob ad eum, dixit:
.i te in lucem gén-
i. 49. 5. 6.
c. Evangelizáre pau-
niſit me, prædicáre
·emiſſiónem, & cæcis
uc. 4. 18. 19.
. *g.* Miſit me ut præ-
annum placábilem
, ut conſolárer om-
ıtes. *Iſai.* 61. 2.
. d. Ducam in viam
ciunt; & in ſémitis
›ravérunt, ambuláre
n. *Iſai.* 42. 16.
. a. Ponam ténebras
is in lucem, & prava
Iſai. 42. 16.
im. *Iſai.* 50. 10.
ex vobis timens Dó-
um, aúdiens vocem
' qui ambulávit in té-
k non eſt lumen ei;
nómine Dómini, &
ſuper Deum ſuum.
ıs, Vox clara, ℣. E-
prà, 159.
ıedíctus, *Ant.* 4. *irr.* A.
o mitto Angelum
meum, & præparábit viam ante fáciem meam. *Malach.* 3. 1.

Oratio.

EXcita, quæſumus Dómine, poténtiam tuam, & veni; ut hi qui in tua pietáte confídunt, ab omni cítiùs adverſitáte liberéntur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs-ſancti Deus per ómnia ſécula ſeculórum.

AD PRIMAM, *Ant.* Dóminus formans me.

Ad ℟. *breve*, ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Reliqua ut in Pſalterio.*

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *cap.* 5. *de reform.*

QUi ad síngulos majóres Ordines erunt aſſuméndi, ante ordinatiónem Epíſcopum ádeant, qui Párocho, aut álteri cui magìs expedíre vidébitur, commíttat; ut nomínibus eórum públicè in Eccléſia propóſitis, de ipſórum natálibus, ætáte, móribus, & vita à fide dignis diligénter inquírat.

AD TERTIAM, *Ant.* Evangelizáre.

Capitulum. *Iſai.* 48. 17.

HÆc dicit Dóminus redémptor tuus ſanctus Iſraël: Ego Dóminus Deus tuus docens te utília, gubérnans te in via, quâ ámbulas.

℟. *breve*, Mémento, 160.

Oratio, Excita, *ut ſuprà in Laudibus.*

Ad Sextam, *Ant.* Miſit me.

Capitulum. Iſai. 54. 13.

Ponam univérſos filios tuos doctos à Dómino; & multitúdinem pacis filiis tuis: & in juſtítia fundáberis.

℞. *breve*, Miſerére, 160.

Ad Nonam, *Ant.* Ponam.

Capitulum. Iſai. 60. 20. 21.

Erit tibi Dóminus in lucem ſempitérnam, & complebúntur dies luctûs tui: pópulus autem tuus omnes juſti, in perpétuum hereditábunt terram, germen plantatiónis meæ, opus manûs meæ ad glorificándum.

℞. *breve*, Tu exúrgens, 160.

AD VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Pſalmi de Dominica.

Capitulum. Iſai. 61. 1.

Spíritus Dómini ſuper me, eò quòd únxerit Dóminus me: ad annuntiándum manſuétis miſit me, ut medérer contrítis corde, ut prædicárem captívis indulgéntiam, & clauſis apertiónem.

Hymnus, Creátor alme,

℣. Roráte, *ſuprà*, 161.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Quid exíſtis (in déſertum) vidére? Prophétam? Etiam dico vobis, & pluſquam prophétam; Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te. *Matth.* 11. 9. 10.

*[*Niſi dicenda ſit Antiph.* O.]

Oratio, Excita, *ſuprà*.

FERIA SECUNDA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 41. 1. *ad* 4.

Taceant ad me inſulæ, & gentes mutent fortitúdinem: accédant, & tunc loquántur, ſimul ad judícium propinquémus. Quis ſuſcitávit ab oriénte juſtum, vocávit eum ut ſequerétur ſe? dabit in conſpéctu ejus gentes, & reges obtinébit: dabit quaſi púlverem gládio ejus, ſicut ſtípulam vento raptam arcûi ejus. Perſequétur eos, tranſibit in pace, ſémita in pédibus ejus non apparébit. Quis hæc operátus eſt, & fecit, vocans generatiónes ab exórdio? Ego Dóminus, primus & noviſſimus ego ſum. Hæc dicit.

℞. Atténdite, 181.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 12.

Et tu Iſraël ſerve meus, Jacob quem elégi, ſemen Abraham amíci mei: in quo apprehéndi te ab extrémis terræ, & à longínquis ejus vocávi te, & dixi tibi: Servus meus es tu, élegi te, & non abjéci te. Ne tímeas, quia ego tecum ſum: ne declínes, quia ego Deus tuus: confortávi te, & auxiliátus ſum tibi, & ſuſcépit te déxtera juſti mei. Ecce confundéntur & erubéſcent omnes, qui pugnant advérſùm te: erunt quaſi non ſint, & períbunt viri, qui contradícunt tibi. Quæres eos, & non invénies, viros rebélles tuos: erunt quaſi non ſint; & véluti

conſúmptio, hómines bellántes advérsùm te.

℟. Pópulus, 182.

Lectio iij. *v.* 13. *ad* 16.

QUia ego Dóminus Deus tuus apprehéndens manum tuam, dicénſque tibi: Ne tímeas, ego adjúvi te. Noli timére, vermis Jacob, qui mórtui eſtis ex Iſraël: ego auxiliátus ſum tibi, dicit Dóminus: & redémptor tuus Sanctus Iſraël. Ego póſui te quaſi plauſtrum tritúrans novum, habens roſtra ſerrántia: trituràbis montes, & comminues; & colles quaſi púlverem pones. Ventilábis eos, & ventus tollet, & turbo diſpérget eos; & tu exultábis in Dómino, in Sancto Iſraël lætáberis.

℟. Properábunt, 182.

Ad Laudes Matutinas, ut in Pſalterio, niſi dicenda ſint Antiphona propria.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. * In die ſalútis auxiliátus ſum tuî; & dedi te in fœdus pópuli, ut díceres his qui in ténebris: Revelámini. *Iſai.* 49. 8. 9.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *cap.* 11. *de reform.*

CUm à minóribus ordínibus ad altióres gradus & ſacratíſſima myſtéria ſit ingréſſus; nemo iis initiétur, quem non ſciéntiæ ſpes majóribus ordínibus dignum oſtendat.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Dedi te in lucem géntium, ut edúceres de domo cárceris ſedéntes in ténebris. *Iſai.* 42. 6. 7.

[*Niſi dicenda ſit Antiph.* O.]

FERIA TERTIA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 42. 1. *ad* 5.

ECce ſervus meus, ſuſcípiam eum: eléctus meus complácuit ſibi in illo ánima mea: dedi ſpíritum meum ſuper eum, judícium géntibus próferet. Non clamábit, neque accípiet perſónam, nec audiétur vox ejus foris. Cálamum quaſſátum non cónteret, & linum fúmigans non extínguet: in veritáte edúcet judícium. Non erit triſtis, neque turbuléntus; donec ponat in terra judícium: & legem ejus ínſulæ expectábunt. Hæc dicit Dóminus Deus, creans cœlos, & exténdens eos: firmans terram, & quæ gérminant ex ea: dans flatum pópulo, qui eſt ſuper eam, & ſpíritum calcántibus eam. Hæc dicit.

℟. Jejúnium, 183.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 10.

EGo Dóminus vocávi te in juſtítia, & apprehéndi manum tuam, & ſervávi te. Et dedi te in fœdus pópuli, in lucem géntium: ut aperíres óculos cæcórum, & edúceres de concluſióne vinctum, de domo cárceris ſedéntes in ténebris. Ego Dóminus, hoc eſt nomen meum: glóriam meam álteri non dabo, & laudem meam ſculptílibus. Quæ prima fuérunt, ecce venérunt: nova quo-

que ego annúntio : ántequam oriántur, audíta vobis fáciam. Cantáte Dómino cánticum novum, laus ejus ab extrémis terræ : qui deſcénditis in mare, & plenitúdo ejus ; ínſulæ, & habitatóres eárum.

℟. Quæ ſurſum ſunt, 183.

Lectio iij. *v.* 16. *ad* 19.

DUcam cæcos in viam quam néſciunt, & in ſémitis quas ignoravérunt, ambuláre eos fáciam : ponam ténebras coram eis in lucem, & prava in recta : hæc verba feci eis, & non derelíqui eos. Convérſi ſunt retrórſum : confundántur confuſióne qui confídunt in ſcúlptili, qui dicunt conflátili : Vos dii noſtri. Surdi, audíte ; & cæci, intuémini ad vidéndum. Quis cæcus, niſi ſervus meus? & ſurdus, niſi ad quem núntios meos miſi? quis cæcus, niſi qui venúndatus eſt? & quis cæcus, niſi ſervus Dómini?

℟. Bona eſt, 183.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Ecce ſuper montes pedes evangelizántis, & annuntiántis pacem : Juda redde vota tua, quia non adjíciet ultrà ut pertránſeat in te Bélial : univérſus intériit. *Nahum* 1. 15.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23 *cap.* 11. *de reform.*

CLérici non niſi poſt annum à ſuſceptióne poſtrémi gradûs minórum Ordinum, ad ſacros Ordines promoveántur ; niſi neceſſitas, aut Eccléſiæ utílitas, judício Epíſcopi, áliud expóſcat.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Ecce teſtem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem géntibus. *Iſai.* 55. 4.

[*Niſi dicenda ſit Antiph.* O.]

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 43. 1. *ad* 4.

ET nunc hæc dicit Dóminus creans te, Jacob, & formans te, Iſraël : Noli timére, quia redémi te, & vocávi te nómine tuo ; meus es tu. Cùm tranſíeris per aquas, tecum ero, & flúmina non opérient te, cùm ambuláveris in igne, non comburéris, & flamma non ardébit in te. Quia ego Dóminus Deus tuus Sanctus Iſraël ſalvátor tuus, dedi propitiatiónem tuam Ægyptum, Æthiópiam, & Saba, pro te. Ex quo honorábilis factus es in óculis meis & glorióſus, ego diléxi te ; & dabo hómines pro te, & pópulos pro ánima tua. Hæc dicit.

℟. Conſolámini, pópule meus, dicit Deus veſter, quóniam * Compléta eſt malítia Jeruſalem, dimíſſa eſt iníquitas illíus. *Iſai.* 40. 1. 2. ℣. Ait Deus : Témpore accépto exaudívi te, & in die ſalútis adjúvi te. 2. *Cor.* 6. 2. * Compléta eſt.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 8.

NOli timére, quia ego tecum ſum : ab oriénte ad-

.ticam ſemen tuum,& ab occidénte congregábo te. Dicam aquilóni : Da ; & auſtro : Noli prohibére ; affer fílios meos de longínquo ; & fílias meas ab extrémis terræ. Et omnem, qui ínvocat nomen meum, in glóriam meam créavi eum, formávi eum, & feci eum. Educ foràs pópulum cæcum, & óculos habéntem ; ſurdum, & aures ei ſunt.

℟. Super montem excélſum aſcénde tu, qui evangelízas Sion ; exálta in fortitúdine vocem tuam, dic civitátibus Juda : * Ecce Deus veſter, & opus illíus coram illo. *Iſai.* 40. 9. 10. ℣. Quæ ad Patres noſtros repromíſſio facta eſt, hanc Deus adimplévit. *Act.* 13. 32. 33. * Ecce Deus.

[*In Eccleſiis Cathedrali & Collegiatis, Evangelium Miſſus eſt, &c. prout habetur in Miſſali, cantatur ex pulpito, ſub tono lectionum, ab uno de Choro, veſtibus Sacerdotalibus induto, præcedentibus cruciferis & ceroferariis.*]

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 1. 26. *ad* 38.

IN illo témpore ; Miſſus eſt ángelus Gábriël à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem deſponſátam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David ; & nomen vírginis, María. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ presbyteri.

In c. 1. *Luc. in feſto Annunt. tom.* 7.

EXórdium noſtræ redemptiónis, fratres caríſſimi, hodiérna nobis ſancti Evangélii léctio comméndat, quæ Angelum de cœlis à Deo miſſum narrat ad Vírginem ; ut novam in carne nativitátem Fílii Dei prædicáret, per quam nos abjéctâ vetuſtáte nóxiâ, renovári atque inter fílios Dei computári poſsímus... Aptum proféctò humánæ reſtaurationis princípium fuit, ut Angelus à Deo mitterétur ad Vírginem partu conſecrándam divíno : quia prima perditiónis humánæ fuit cauſa, cùm ſerpens à diábolo mittebátur ad mulíerem ſpíritu ſupérbiæ decipiéndam : imò ipſe in ſerpénte diábolus veniébat, qui genus humánum decéptis paréntibus primis, immortalitátis glóriâ nudáret. Tu autem Dómine miſerére noſtrî.

℟. Audíte domus David : * Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium, & † Vocábitur nomen ejus Emmánuël. *Iſai.* 7. 13. 14. ℣. Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum : Ecce concípies, & páries fílium. *Luc.* 1. 30. 31. * Ecce Virgo. Glória. † Vocábitur.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Créavit Dóminus novum ſuper terram : fémina circúndabit virum. *Jer.* 31. 22.

Oratio.

FEſtína, quæſumus Dómine, ne tardáveris; & auxílium nobis ſupérnæ virtútis impénde; ut advéntûs tui conſolatiónibus ſublevéntur, qui in tua pietáte confídunt; Qui vivis. *Et dicitur ad Horas diei tantùm.*

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi quarto.

An. 1576. *part.* 1. *tom.* 5. *de ſacris* 4. *Temporibus.*

SAcra quátuor jejuniórum Témpora, ex ſancti-Spíritûs doctrína ſalutáriter inſtitúta, ſicut olim, & frequénti fidélium convéntu, & ſolémni celebritáte, & religióſo ſupplicatiónum officio celebrántur; ita ad illórum cultum, paſtoráli curâ erudítis fidélium méntibus, in uſum antíquæ pietátis revocánda ſunt.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Spíritus-ſanctus ſupervéniet in te, & virtus Altíſſimi obumbrábit tibi. Ideóque & quod naſcétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. *Luc.* 1. 35.

[*Niſi dicenda ſit Antiph.* O.]

Oratio, Excita, *ſuprà*, 185.

FERIA QUINTA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 44. 1. *ad* 5.

ET nunc audi, Jacob ſerve meus, & Iſraël quem elégi: Hæc dicit Dóminus fáciens & formans te, ab útero auxiliátor tuus: Noli timére, ſerve meus Jacob, & Rectiſſime quem élegi. Effúndam enim aquas ſuper ſitiéntem, & fluénta ſuper áridam: effúndam ſpíritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiónem meam ſuper ſtirpem tuam. Et germinábunt inter herbas, quaſi sálices juxta præterfluéntes aquas. Iſte dicet: Dómini ego ſum: & ille vocábit in nómine Jacob; & hic ſcribet manu ſuâ: Dómino; & in nómine Iſraël aſſimilábitur. Hæc dicit.

℟. Jejúnium, 183.

Lectio ij. *v.* 24. *ad* 28.

HÆc dicit Dóminus redémptor tuus, & formátor tuus ex útero: Ego ſum Dóminus, fáciens ómnia, exténdens cœlos ſolus, ſtabíliens terram, & nullus mecum; irrita fáciens ſigna divinórum, & aríolos in furórem vertens; convértens ſapiéntes retrórſum, & ſciéntiam eórum ſtultam fáciens; ſúſcitans verbum ſervi ſui, & consílium nuntiórum ſuórum complens; qui dico Jerúſalem: Habitáberis; & civitátibus Juda: Ædificabímini, & deſérta ejus ſuſcitábo; qui dico profúndo: Deſoláre, & flúmina tua arefáciam; qui dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntátem meam complébis; qui dico Jerúſalem: Ædificáberis; & Templo: Fundáberis.

℟. Quæ ſurſum ſunt, 185.

ectio iij *c.* 45. 13. *ad* 17.

Go ſuſcitávi eum ad juſtí-
tiam, & omnes vias ejus
igam: ipſe ædificábit civi-
em meam, & captivitátem
am dimíttet, non in pré-
, neque in munéribus, di-
Dóminus Deus exercí-
um. Hæc dicit Dóminus:
bor Ægypti, & negotiátio
hiópiæ, & Sábaïm viri ſu-
mes ad te transíbunt, &
erunt: poſt te ambulábunt,
cti mánicis pergent; & te
rábunt, teque deprecabún-
: Tantùm in te eſt Deus,
non eſt abſque te Deus.
rè tu es Deus abſcónditus
us Iſraël ſalvátor. Confúſi
t, & erubuérunt omnes:
ul abiérunt in confuſiónem
ricatóres errórum. Iſraël
átus eſt in Dómino ſalúte
rnâ: non confundémini,
on erubeſcétis uſque in ſé-
um ſéculi.

i ſit 21. *Decembris, locò* ℟.
Antiphona ſequentium, di-
ur ℟. Æquo ánimo, 206.
Ant. Oráte, *ibid.*
. Bona eſt, 183.
Ad Bened. *Ant.* 1. a. Domus
ob veníte, & ambulémus
lúmine Dómini. *Iſai.* 2. 5.

C A N O N.

x Concílio Tridentíno.

ſſ. 23. *cap.* 12. *de reform.*

Ciant Epíſcopi, non ſín-
gulos in ætáte conſtitútos
ére ad Ordines aſſúmi; *ſed*
os duntáxat, & quorum
ita vita ſenéctus ſit.

Ad Magníficat, *Antiph.* O, *infrà ante Officium Vigiliæ Nativitatis Domini.*

FERIA SEXTA
Quatuor Temporum.
De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 49. 1. *ad* 3.

Udíte ínsulæ, & atténdite pópuli de longè: Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus eſt nóminis mei. Et póſuit os meum quaſi gládium acútum: in umbra manûs ſuæ protéxit me, & póſuit me ſicut ſagíttam eléctam; in pháretra ſua abſcóndit me. Et dixit mihi: Servus meus es tu, Iſraël, quia in te gloriábor.

℟. Prophétam ſuſcitábo eis de médio fratrum ſuórum, & ponam verba mea in ore ejus; * Loquéturque ad eos ómnia quæ præcépero illi. *Deut.* 18. 18. ℣. Hic eſt verè Prophéta qui ventúrus eſt in mundum. *Joan.* 6. 14. * Loquéturque.

Lectio ij. *v.* 5 *ad* 7.

ET nunc dicit Dóminus, formans me ex útero ſervum ſibi, ut redúcam Jacob ad eum, & Iſraël non congregábitur: & glorificátus ſum in óculis Dómini, & Deus meus factus eſt fortitúdo mea. Et dixit: Parum eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitándas tribus Jacob, & fæces Iſraël convertendas. * Ecce dedi te in lucem géntium, ut ſis ſalus mea uſque ad extrémum terræ.

Hæc dicit Dóminus redémptor Iſraël, ſanctus ejus ad contemptíbilem ánimam, ad abominátam gentem, ad ſervum dominórum: Reges vidébunt, & conſúrgent príncipes, & adorábunt propter Dóminum, quia fidélis eſt, & Sanctum Iſraël qui elégit te.

℟. Ne meminéritis priórum, & antíqua ne intueámini: Ecce ego fácio nova, * Et nunc oriéntur. *Iſai.* 43. 18. 19. ℣. In Chriſto nova creatúra, vétera tranſiérunt: Ecce facta ſunt ómnia nova. 2. *Cor.* 5. 17. * Et nunc.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 1. 39. *ad* 47.

Exúrgens María in diébus illis ábiit in montána cum feſtinatióne, in civitátem Judæ: & intrávit in domum Zacharíæ, & ſalutávit Eliſabeth. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 2. *§.* 19.

Moràle eſt ómnibus, ut qui fidem éxigunt, fidem áſtruant. Et ídeo Angelus cùm abſcóndita nuntiáret, ut fides aſtruerétur exèmplo, ſenióris féminæ ſterilíſque concéptum vírgini Maríæ nuntiávit; ut poſsíbile Deo omne quod ei placúerit, afféreret. Ubi audívit hoc María, non quaſi incrédula de oráculo, nec quaſi incérta de núntio, nec quaſi dúbitans de exémplo;

ſed quaſi læta pro vo[...] gióſa pro offício, fe[...] gaúdio, in montána [...] Quò enim jam Deo p[...] ad ſuperióra cum fe[...] contènderet? Neſcit t[...] límina ſancti-Spíritûs [...]

Si ſit 21. *Decembri[...] & Antiphona ſequen[...] centur* ℟. Æquo áni[...] *& Ant.* Oráte, *ibid.*

℟. Unde hoc mi[...] niat mater Dómini m[...] * Et beáta quæ credi[...] niam † Perficiéntur [...] dicta ſunt tibi à Dóm[...] 1. 43. 45. ℣. Benedí[...] minus qui te diréxit i[...] cápitis príncipis ini[...] noſtrórum. *Judith* 1[...] beáta. Glória. † Pe[...]

Ad Laudes Matuti[...] Horas, Antiphona p[...] infrà ordinantur ant[...] Vigiliæ Natalis Dom[...] in ſequentibus Feriis.

Ad Benedíctus, *An[...]* Benedícta tu inter [...] & benedíctus fructu[...] tui. *Luc.* 1. 42.

Oratio.

Aurem tuam, [...] Dómine, précib[...] accómmoda; & men[...] ténebras grátiâ tuæ v[...] illúſtra; Qui vivis & [...]

Et dicitur ad Hor[...]

C A N O [...]

Ex Concílio Rotho[...]

An. 1445. *cap.*

Ad ſacros Ordin[...] véndi hábeant

trimónium, vel tí-
m & non ſictum à
ous & propinquis,
, in quo ſi quis ſuos
: promotóres cir-
t, ſuórum ſint ór-
cutióne ſuſpénſi.
ficat, *Ant.* O, *infrà.*
xcita, *ſuprà*, 185.
B B A T O
or *Temporum.*
aía. prophéta.
c. 49. 8. *ad* 11.
c dicit Dóminus:
témpore plácito
audívi te, & in die
liátus ſum tuî: &
& dedi te in fœdus
ſuſcitáres terram,
s hereditátes diſſi-
ceres his qui vincti
; & his qui in téne-
lámini. Super vias
& in ómnibus pla-
eórum. Non eſú-
ue sítient, & non
os æſtus & ſol: quia
órum reget eos, &
uárum potábit eos.
mnes montes meos
ſémitæ meæ exal-
Hæc dicit.
ue muro habitábi-
em præ multitúdine
* Et ego ero ei, ait
murus ignis in cir-
n glória ero in mé-
ach. 2. 4. 5. ℣. Re-
afferent glóriam
honórem in illam;
us non claudéntur.
24. 25. * Et ego.
Hiemalis.

Lectio ij. *v.* 22. *ad* 25.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce levábo ad gentes manum meam, & ad pópulos exaltábo ſignum meum. Et áfferent fílios tuos in ulnis, & fílias tuas ſuper húmeros portábunt. Et erunt reges nutrítii tui, & regínæ nutríces tuæ: vultu in terram demíſſo adorábunt te, & púlverem pedum tuórum lingent. Et ſcies quia ego Dóminus, ſuper quo non confundéntur qui expéctant eum. Nunquid tollétur à forti præda? aut quod captum fúerit à robúſto, ſalvum eſſe póterit? Quia hæc dicit Dóminus: Equidem, & captívitas à forti tollétur: & quod ablátum fúerit à robúſto, ſalvábitur. Eos verò, qui judicavérunt te, ego judicábo, & fílios tuos ego ſalvábo.

℟. Erit ſémita & via, & via ſancta vocábitur: * Et erit dirécta via, & ambulábunt qui liberáti fúerint. *Iſai.* 35. 8. 9. ℣. Vénient ab oriénte, & occidénte, & aquilóne, & auſtro. *Luc.* 13. 29. * Et erit.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 3. 1. *ad* 6.

ANno quinto décimo impérii Tibérii Cæſaris, procuránte Póntio-Piláto Judæam, tetrárchâ autem Galilææ Heróde, Philíppo autem fratre ... jus tetrárchâ Iturææ & ... chonítidis regiónis, & L... Abilínæ tetrárchâ, ſub pri...

bus Sacerdótum Anna & Cáipha; factum eſt verbum Dómini ſuper Joánnem Zachariæ filium, in deſérto. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 20. in Evang.

REdemptóris noſtri Præcúrſor quo témpore prædicatiónis officium accéperit, memoráto Románæ reipúblicæ príncipe, & Judææ régibus, deſignátur.... Quia enim illum prædicáre veniébat, qui & ex Judæa quoſdam, & multos ex géntibus redemptúrus erat, per regem géntium & príncipes Judæórum prædicatiónis ejus témpora deſignántur. Quia autem gentílitas colligénda erat, & Judæa pro culpa perfídiæ diſpergénda; ipſa quoque deſcríptio terréni principátûs oſténdit, quóniam & in Romána república unus præfuíſſe deſcríbitur, & in Judææ regno per quartam partem plúrimi principabántur.

Si ſit 21. Decembris, omiſſis ℟. *& Antiphonâ ſequentibus, dicentur,* ℟. Æquo ánimo, 206. *& Ant.* Oráte, *ibid.*

Si verò ſit 23. dicentur ℟. Vade, 206. *& Ant.* Sanctificávit, *ibid.*

℟. Erunt prava in dirécta, & áſpera in vias planas: * Et † Vidébit omnis caro ſalutáre Dei. *Luc.* 3. 5. 6. ℣. Conſtítuit Deus humiliáre omnem montem excélſum, & conválles replére in æqualitátem terræ; ut ámbulet Iſraël diligénter in honórem Dei. *Baruch* 5. 6. 7. * Et vidébit. Glória. † Vidébit.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. * Joánnes venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptíſmum pœniténtiæ in remiſſiónem peccatórum. *Luc.* 3. 3.

Oratio.

DEus qui cónſpicis, qui ex noſtra pravitáte affligimur; concéde propítius, ut ex tua viſitatióne conſolémur; Qui vivis. *Et dicitur ad Horas.*

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. cap. 8. de reform.

ORdinatiónes ſacrórum Ordinum, ſtatútis à jure tempóribus, ac in Cathedráli Eccléſia, vocátis præſentibúſque ad id Eccléſiæ Canónicis, públicè celebréntur.

AD VESPERAS.

Capitulum. Iſai. 59. 19. 20.

TImébunt qui ab occidénte, nomen Dómini; & qui ab ortu ſolis, glóriam ejus; cùm vénerit quaſi flúvius violéntus, quem ſpíritus Dómini cogit; & vénerit Sion Redémptor.

Hymnus, Creátor alme, ℣. Roráte, *ſuprà*, 161.

Ad Magníficat, *Ant.* O, *infrà.*

Oratio. Excita, *infrà ad Laud.*

DOMINICA QUARTA

Adventûs Domini.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Ecce Salvátor venit. * Veníte, adorémus. *Iſai.* 62. 11.

Pſalmus, Veníte, 2.

us, Prædícta priſcis, 58.

. NOCTURNO.

. D. Próteget Dómi-
ſalem, prótegens &
, tránſiens & ſalvans.
5.
. D. Viſitábit eos Dó-
eus eórum, & avértet
:em eórum. *Sophon.*

. g. Mittet eis ſalva-
propugnatórem, qui
os. *Iſai.* 19. 20.
n immíttet ultrà fu-
um Deus; ℟. Quó-
olens miſericórdiam
7. 7. 18.
Iſaía prophéta.
c. 51. 4. *ad* 6.
Ttendite ad me, pó-
ule meus, & tribus
nea, me audíte: quia
: éxiet, & judícium
1 lucem populórum
:t. Propè eſt juſtus
egréſſus eſt ſalvátor
brǽchia mea pópu-
ibunt: me ínſulæ ex-
t, & bráchium meum
nt. Leváte in cœlum
:ſtros, & vidéte ſub
rſum: quia cœli ſicut
uéſcent, & terra ſicut
tum atterétur, & ha-
ejus ſicut hæc inte-
Salus autem mea in
ıum erit, & juſtítia
defíciet. Hæc dicit.
i Iſraël & fílii Juda
:nient &* Apponén-
ómınum fœdere ſem-

pitérno, quod nullâ oblivióne delébitur. *Jer.* 50. 5. ℣. Dicit Dóminus: Conſummábo teſtaméntum novum; non ſecúndùm teſtaméntum quod feci pátribus eórum, quóniam ipſi non permanſérunt in teſtaménto meo. *Hebr.* 8. 8. 9. * Apponéntur.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 9.

Audite me qui ſcitis juſtum, pópulus meus, lex mea in corde eórum: nolíte timére oppróbrium hóminum, & blaſphémias eórum ne metuátis. Sicut enim veſtiméntum, ſic cómedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic devorábit eos tínea: Salus autem mea in ſempitérnum erit, & juſtítia mea in generatiónes generatiónum. Conſúrge, conſúrge, indúere fortitúdinem bráchium Dómini: conſúrge ſicut in diébus antíquis, in generatiónibus ſeculórum. Nunquid non tu percuſſíſti ſupérbum, vulneráſti dracónem?

℟. Copióſa apud Dóminum redémptio, &* Ipſe rédimet Iſraël ex ómnibus iniquitátibus ejus. *Pſ.* 129. 7. 8. ℣. Venit dare ánimam ſuam, redemptiónem pro multis. *Matt.* 20. 28. * Ipſe.

Lectio iij. *v.* 17. *ad* 19.

Eleváre, eleváre, conſúrge Jeruſalem, quæ bibíſti de manu Dómini cálicem iræ ejus: uſque ad fundum c… ſopóris bibíſti, & potá… que ad fæces. Non eſt q…

ſténtet eam ex ómnibus filiis quos génuit : & non eſt qui apprehéndat manum ejus ex ómnibus filiis quos enutrívit. Duo ſunt quæ occurrérunt tibi ; quis contriſtábitur ſuper te ? váſtitas & contrítio ; & fames & gládius ; quis conſolábitur te ?

℟. Redémpti à Dómino converténtur, * Et vénient in Sion cum laude : & † Lætítia ſempitérna ſuper caput eórum. *Iſai.* 35. 10. ℣. Et erit : In loco, ubi dictum eſt eis : Non plebs mea vos ; ibi vocabúntur filii Dei vivi. *Rom.* 9. 26. * Et vénient. Glória. † Lætítia.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Animæquior eſto pópulus Dei, memorábilis Iſraël ; venúndati eſtis, non in perditiónem. *Baruch* 4. 5. 6.

Ant. 5. a. Erit memória veſtra ab eo : ipſe addúcet vobis ſempitérnam jucunditátem cum ſalúte veſtra. *Baruch* 4. 27. 29.

Ant. 7. a. Hæc dicit Dóminus : Gratìs venúndati eſtis, & ſine argénto rediméмini. *Iſai.* 52. 3.

℣. Rédimet Dóminus ánimas ſervórum ſuórum ; ℟. Et non delínquent omnes qui ſperant in eo. *Pſ.* 33. 23.

Sermo ſancti Leónis papæ.

Serm. 1. *de Jejunio decimi menſis, & Collectis.*

Lectio IV.

SI fidéliter, dilectiſſimi, atque ſapiénter creatiónis noſtræ intelligámus exórdium ... niémus hóminem ideo ... ginem Dei conditum, ... tátor ſui eſſet autóris : ... eſſe naturálem noſtri ... dignitátem, ſi in nob... in quodam ſpéculo di... nignitátis forma reſp... Ad quam quotídie no... réparat grátia Salvató... quod cécidit in Adam ... erígitur in ſecúndo. T...

℟. Redúcet vos D... cum gaúdio & jucun... ſempitérnum, * Pópu... citò vidébis perditiór... mici tui. *Baruch* 4. ℣. Citò fáciet Dómi... dictam electórum ... *Luc.* 18. 8. * Pópulu...

Lectio V.

CAuſa autem rep... noſtræ non eſt n... ricórdia Dei, quem ... gerémus, niſi priùs ... dilígeret, & ténebr... rántiæ noſtræ, ſuæ ... luce diſcúteret. Quo... ctum in Iſaiam Dóminus ... tians ait : [Addúcam ... viam quam ignorába... mitas quas neſciébant ... illos calcáre. Fáciam ... bras in lucem, & pra... récta. Hæc verba fáci... & non relínquam eos ... rum : [Invéntus ſu... quit, [à non quærént... & palàm appárui iis ... non interrogábant.]

℟. Nunc clamémus ... lum ; & * Miſeréb...

ninus, & memor erit te-
iénti patrum noſtrórum.
Mach. 4. 10. ℣. Jurávit ad
'aham patrem noſtrum da-
im ſe nobis; ut ſine timóre
manu inimicórum noſtró-
i liberáti, ſerviámus illi in
ſtitáte. *Luc.* 1. 73. 74. 75.
liſerébitur.

Lectio vj.

Uod quómodo implétum
ſit, Joánnes apóſtolus do-
dicens: [Scimus quóniam
ius Dei venit; & dedit no-
ſenſum, ut cognoſcámus
rum, & ſimus in vero Fílio
s.] Et íterum: [Nos ergo
gámus Deum, quóniam
prior diléxit nos.] Dili-
do ítaque nos Deus, ad
ginem ſuam nos réparat;&
n nobis formam ſuæ bonitá-
nvéniat, dat unde ipſi quo-
quod operátur, operémur:
ndens ſcílicet méntium
rárum lucérnas, & igne
ſuæ caritátis inflámmans;
on ſolùm ipſum, ſed étiam
lquid díligit, diligámus.
Abundántiùs volens Deus
ndere pollicitatiónis heré-
is immobilitátem consílii
, * Interpóſuit jusjurán-
i; ut fortíſſimum ſolátium
eámus. *Hebr.* 6. 17. 18.
Jurávit Dóminus, dicens:
ómodo mente tractávi, ſic
niet: auferétur ab eis ju-
n. *Iſai.* 14. 24. 25. * Inter-
uit. Glória. * Interpóſuit.

N III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. *Vox clamántis in* deſérto: Paráte viam Dómini. *Iſai.* 40. 3.

Ant. 8. G. Pœniténtiam ágite; appropinquávit enim regnum cœlórum. *Matt.* 3. 2.

Ant. 1. a. Confortámini, & nolíte timére; ecce Deus veſter. *Iſai.* 35. 4.

℣. Revelábitur glória Dómini, ℟. Et vidébit omnis caro páriter quòd os Dómini locútum eſt. *Iſai.* 40. 5.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 1. 19. *ad* 28.

IN illo témpore; Miſérunt Judæi ab Jeroſólymis Sacerdótes & Levítas ad Joánnem, ut interrogárent eum: Tu quis es? Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 7. *in Evang.*

EX hujus nobis lectiónis verbis, fratres caríſſimi, Joánnis humílitas commendátur: qui cùm tantæ virtútis eſſet, ut Chriſtus credi potuíſſet, elégit ſólidè ſubsíſtere in ſe, ne humánâ opinióne raperétur ínániter ſuper ſe. [Nam conféſſus eſt, & non negávit, & conféſſus eſt: Quia non ſum ego Chriſtus.] Sed qui dixit: [Non ſum:] negávit planè quod non erat; ſed non negávit quod erat; ut veritátem loquens, ejus membrum fíeret, cujus ſibi nomen fallácìter non uſurpáret. Cùm ergo non vult appétere nomen Chriſti, factus eſt membrum Chriſti; quia dum infirmit

ſtúduit humíliter agnóſcere, illíus celſitúdinem méruit veráciter obtinére. Tu autem.

℞. Hoc eſt téſtimonium Joánnis, quando miſérunt Judæi ad eum: Non ſum ego Chriſtus; ego vox clamántis in deſérto: * Dirigite viam Dómini. *Joan.* 1. 19. 20. 23. ℣. Rectas fácite ſémitas Dei noſtri. *Iſai.* 40. 3.* Dirígite.

Lectio viij. *Paulò pòſt.*

INquisítus à diſcípulis Dóminus de Elíæ advéntu, reſpóndit: [Elías jam venit, & non cognovérunt eum, ſed fecérunt in eum quæcúnque voluérunt.] Et ſi vultis ſcire: [Joánnes ipſe eſt Elías.] Requisítus autem Joánnes, dicit: [Non ſum Elías.] Quid eſt hoc, fratres cariſſimi, quia quod Véritas affirmat, hoc Prophéta Veritátis negat?... Sed ſi ſubtíliter véritas ipſa requirátur, hoc quod inter ſe contrárium ſonat, quómodo contrárium non ſit, invenítur. Ad Zacharíam namque de Joánne Angelus dicit: [Ipſe præcédet ante illum in ſpíritu, & virtúte Elíæ.] Qui idcírco ventúrus in ſpíritu, & virtúte Elíæ dícitur; quia ſicut Elías ſecúndum Dómini advéntum prævéniet, ita Joánnes prævénit primum. Sicut ille præcúrſor ventúrus eſt Júdicis, ita iſte præcúrſor eſt factus Redemptóris. Joánnes igitur in ſpíritu Elías erat, in perſóna

Elías non erat. Q
Dóminus fatétur
hoc Joánnes déneg
ſóna.

℞. Quærite Dóm
nes manſuéti terræ
cium ejus eſtis oper
rite juſtum, quæri
tum. *Sophon.* 2. 3. ℣
manus, & ſolúta g
te, & greſſus recto
dibus veſtris. *Hebr.*
* Quærite.

Lectio ix. *P*

JOánnes vocem
rit, quia Verbum
Advéntum ítaque D
præcúrrens, vox dí
per ejus miniſtéri
Verbum ab homi
tur. Qui étiam in d
mat: quia derelíct
tæque Judææ ſolát
demptóris annúnt
autem clamet insi
ſubjúngit: [Dirígit
mini, ſicut dixit Iſa
ta.] Via Dómini ad
tur, cùm veritátis ſe
liter audítur. Via
cor dirígitur, cùm
tum illíus vita præp
de ſcriptum eſt: [Si
me, ſermónem m
bit, & Pater meus d
& ad eum veniémi
ſiónem apud eum

Si ſit 21. *Decem*
ſequentis ℞. *dicetur*
ánimo, *infrà*, 206.
23. dicetur ℞. Vade
Poſt Glória Patri

Præparáte viam, planum
te iter, dícite: * Ecce Sal-
tor venit. *Iſai.* 62. 10. 11.
. Appropinquáte Deo, & ap-
ropinquábit vobis: emundá-
e manus; & purificáte corda.
Jac. 4. 8. * Ecce. Glória. *Re-
ititur* ℟. Præparáte.

AD LAUDES
MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exultábit
or meum in ſalutári tuo:
t. Cantábo Dómino qui bona
ibuit mihi. *Pſ.* 12. 6.

Antiphona 2. *toni*. D.

HÆc dicit Dóminus Re-
démptor Iſraël, Sanctus
us ad contemptíbilem áni-
am: In témpore plácito
audívi te. *Iſai.* 49. 7. 8.

Ant. 5. a. Sciet omnis caro,
ia ego Dóminus ſalvans te,
Redémptor tuus fortis. *Iſai.*
. 26.

Ant. 3. g. Captívitas à forti
létur; & quod ablátum fúe-
à robúſto, ſalvábitur, *Iſai.*
. 25.

Ant. 1. a. In die illa cónte-
n jugum de collo tuo, &
icula diſrúmpam, & non
minabúntur ámpliùs aliéni.
r. 30. 8.

Ant. 4. d. Dominábitur tuî
i fecit te: & Redèmptor
us Sanctus Iſraël, Deus om-
terræ vocábitur. *Iſai.* 54. 5.

Capitulum. *Iſai.* 54. 8.

N moménto indignatiónis
abſcóndi fáciem meam pa-
*mper à te, & in miſericórdia
mpitérna miſértus ſum tuî*, dixit redémptor tuus Dómi-
nus.

Hymnus, Vox clara, ℣. E-
mítte, *ſuprà*, 159.

Si ſit 21. *Decembris*, *locò
Antiphonæ ſequentis*, *dicetur
Antiphona*, Oráte, 206.

Si verò ſit 23. *dicetur Anti-
phona*, Sanctificávit, 206.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. *a.*
Médius veſtrûm ſtetit, quem
vos neſcítis: ipſe eſt, qui poſt
me ventúrus eſt, qui ante me
factus eſt; cujus ego non ſum
dignus ut ſolvam ejus corrí-
giam calceaménti. *Joan.* 1.
26. 27.

Oratio.

EXcita, quæſumus Dómi-
ne, poténtiam tuam, &
veni, & magnâ nobis virtúte
ſuccúrre; ut per auxílium grá-
tiæ tuæ, quod noſtra peccáta
præpédiunt, indulgéntia tuæ
propititiatiónis accéleret; Qui
vivis & regnas cum Deo Patre
in unitáte Spíritûs-ſancti Deus.

AD PRIMAM, *Ant.* Hæc
dicit Dóminus.

Ad ℟. *breve*, ℣. Qui ven-
túrus es in mundum.

Reliqua ut in Pſalterio.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi
primo.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 7.

DEcrevérunt Apóſtoli, A-
poſtolorúmque Succeſſó-
res, per omnes Ecclésias ſep-
tem Diáconos ordinándos eſſe,
qui ſublimióri gradu céteris
próximè circa aram

quaſi colúmnæ altáris, aſsíſterent.

Ad Tertiam, *Ant.* Sciet omnis caro.

Capitulum. Philip. 4. 4. 5.

FRatręs, gaudéte in Dómino ſemper: íterum dico, gaudéte. Modéſtia veſtra nota ſit ómnibus homínibus: Dóminus propè eſt.

℟. *breve*, Meménto, 160.

Oratio, Excita, *ut ſuprà.*

Ad Sextam, *Ant.* Captívitas.

Capitulum. Philip. 4. 6.

NIhil ſolíciti ſitis: ſed in omni oratióne & obſecratióne, cum gratiárum actióne, petitiónes veſtræ innotéſcant apud Deum.

℟. *breve*, Miſerére, 160.

Ad Nonam, *Ant.* Dominábitur tuî.

Capitulum. Philip. 4. 7.

PAx Dei, quæ exúperat omnem ſenſum, cuſtódiat corda veſtra, & intelligéntias veſtras, in Chriſto Jeſu.

℟. *breve*, Tu exúrgens, 160.

AD VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Pſalmi de Dominica.

Capitulum. Iſai. 44. 21. 22.

SErvus meus es tu, Iſraël; ne oblivíſcáris meî: delévi ut nubem iniquitátes tuas, & quaſi nébulam peccáta tua: revértere ad me, quóniam redémi te.

Hymnus, Creátor alme síderum, ℣. Roráte, *ſuprà*, 161.

Ad Magníficat, *Antiphona*, O, *infrà.*

Oratio, Excita, ſ
Laudes.

FERIA SECU

De Iſaía proph

Lectio j. *c.* 54. 1

LAuda ſtérilis
paris: decánta
& hinni quæ n
bas: quóniam multi
ſértæ, magis quàm e
habet virum, dicit D
Diláta locum tentóri
pelles tabernaculórum
exténde, ne parcas
fac funículos tuos,
tuos conſólida. Ad d
enim & ad lævam per
& ſemen tuum gentes
tábit, & civitátes deſ
habitábit. Hæc dicit.

℟. Fílii Iſraël, 15

Lectio ij. *v.* 4

NOli timére, q
confundéris, ne
béſces: non enim te
quia confuſiónis ado
tuæ oblivíſcéris; &
viduitátis tuæ non re
ris ámpliùs. Quia don
tuî qui fecit te, Dómi
cítuum nomen ejus
démptor tuus Sanctu
Deus omnis terræ v
Quia ut mulíerem d
& mœréntem ſpíritu
te Dóminus, & ux
adoleſcéntia abjéctam
Deus tuus. Ad pur
módico dereliqui te,
ſeratiónibus magnis
gábo te. In moménto
tiónis abſcóndi fáci

ı te, & in miſericór-
:érna miſértus ſum
·edémptor tuus Dó-

ióſa, 195.
v. 9. ad 14.
diébus Noë iſtud
t, cui jurávi ne in-
quas Noë ultrà ſu-
ı: ſic jurávi ut non
i, & non íncrepem
s enim commove-
& colles contremíſ-
ricórdia autem mea
et à te, & fœdus pa-
on movébitur, dixit
tuus Dóminus. Pau-
:empeſtáte convúlſa
a conſolatióne. Ecce
ım per órdinem lá-
;, & fundábo te in
, & ponam jáſpidem
:ula tua; & portas
ides ſculptos, & om-
ıos tuos in lápides
les: Univérſos filios
ɔs à Dómino; &
ıem pacis filiis tuis.
tia fundáberis.
émpti, 196.
endum ſit ℟. Æquo
el ℟. Vade, *infrà*,

ıedíctus, *Ant.* 7. a.
:itávi (Chriſtum
l juſtítiam, & omnes
lirigam: ipſe capti-
ıeam dimíttet, non
, neque in munéri-
45. 13.
enda ſit Ant. Oráte,
nctificávit, ibidem.

C A N O N.

Ex Concílio Aquiſgranénſi primo.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 7.

DIáconi clarâ voce in modum præcónis ádmonent cunctos, ſive in orándo, ſive in flecténdis génibus, ſive in pſalléndo, ſive in lectiónibus audiéndis. Ipſi étiam, ut aures habeámus ad Dóminum, clamant.

Ad Magníficat, *Ant.* O, *infrà.*

FERIA TERTIA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 56. 1. *ad* 2.

HÆc dicit Dóminus: Cuſtodíte judícium, & fácite juſtítiam: quia juxtà eſt ſalus mea ut véniat, & juſtítia mea ut revelétur. Beátus vir qui facit hoc, & fílius hóminis qui apprehéndet iſtud; cuſtódiens ſábbatum ne pólluat illud; cuſtódiens manus ſuas ne fáciat omne malum. Hæc dicit.

℟. Redúcet vos, 196.

Lectio ij. *v.* 3. *ad* 7.

ET non dicat eunúchus: Ecce ego lignum áridum. Quia hæc dicit Dóminus eunúchis: Qui cuſtodiérint ſábbata mea, & elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum; dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen mélius à filiis & filiábus: nomen ſempitérnum dabo eis quod non períbit. Et filios ádvenæ qui adhærent Dómino, ut colant eum, & díligant

nomen ejus, ut ſint ei in ſervos : omnem cuſtodiéntem ſábbatum ne pólluat illud, & tenéntem fœdus meum; addúcam eos in montem ſanctum meum, & lætificábo eos in domo oratiónis meæ : holocaúſta eórum, & víctimæ eórum placébunt mihi ſuper altári meo; quia domus mea domus oratiónis vocábitur cunctis pópulis.

℟. Nunc clamémus, 196.

Lectio iij. *v.* 8. *ad* 11.

AIt Dóminus Deus qui cóngregat diſpérſos Iſraël : Adhuc congregábo ad eum congregátos ejus. Omnes béſtiæ agri veníte ad devorándum, univérſæ béſtiæ ſaltûs. Speculatóres ejus cæci omnes, neſciérunt univérſi:canes muti non valéntes latráre, vidéntes vana, dormiéntes, & amántes ſómnia. Et canes impudentíſſimi neſciérunt ſaturitátem : ipſi paſtóres ignoravérunt intelligéntiam : omnes in viam ſuam declinavérunt, unuſquíſque ad avarítiam ſuam, à ſummo uſque ad noviſſimum.

℟. Abundántiùs, 197.

[*Niſi dicendum ſit* ℟. Æquo ánimo; *vel* ℟. Vade, *infrà*, 206.]

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Dábo vos in nomen, & in laudem ómnibus pópulis terræ, cùm convértero captivitátem veſtram. *Sophon.* 3. 20.

[*Niſi dicenda ſit Ant.* Oráte, 206. *vel* Sanctificávit, *ibidem*.]

C A N O N.

Ex Concílio Aquiſgran[illegible]
primo.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 7.

SIne Diáconis Sacérdos [illegible] men habet, officium [illegible] habet. Nam ſicut in ſacerd[illegible] conſecrátio, ita in mini[illegible] diſpenſátio Sacraménti eſt. [illegible] oráre, hic pſállere mand[illegible] ille obláta ſanctíficat, hic ſ[illegible] ctificáta diſpénſat.

Ad Magníficat, *Ant.* O, *inf*[illegible]

FERIA QUART[illegible]

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 59. 1. *ad* 4.

ECce non eſt abbrevi[illegible] manus Dómini ut ſalv[illegible] re néqueat, neque [illegible] graváta eſt auris ejus ut non exaúdiat : Sed iniquitátes veſtræ diviſérunt inter vos & Deum veſtrum, & peccáta veſtra abſcondérunt fáciem ejus à vobis ne exaudíret. Manus enim veſtræ pollútæ ſunt ſánguine, & dígiti veſtri iniquitáte : lábia veſtra locúta ſunt mendácium, & lingua veſtra iniquitátem fatur. Non eſt qui ínvocet juſtítiam, neque eſt qui júdicet verè : ſed confídunt in níhilo, & loquúntur vanitátes : concepérunt labórem, & peperérunt iniquitátem. Hæc dicit Dóminus Deus, convertímini ad me, & ſalvi éritis.

℟. Fílii Iſraël, 195.

Lectio ij. *v.* 10. *ad* 12.

PAlpávimus ſicut cæci paríetem, & quaſi abſque

lis attrectávimus : impé-
ius merídie quaſi in téne-
, in caliginóſis quaſi mór-
Rugiémus quaſi urſi om-
, & quaſi colúmbæ medi-
es geménus : expectávi-
judícium, & non eſt ; ſa-
m, & elongáta eſt à nobis.
tiplicátæ ſunt enim ini-
átes noſtræ coram te, &
cáta noſtra reſpondérunt
is : quia ſcélera noſtra no-
um, & iniquitátes noſtras
nóvimus.

℟. Copióſa, 195.

ctio iij. *v.* 19. *ad* 21.

Imébunt qui ab occidén-
te, nomen Dómini ; & qui
ortu ſolis, glóriam ejus ;
venerit quaſi flúvius vio-
tus, quem ſpíritus Dómi-
ogit : & vénerit Sion re-
ptor, & eis qui rédeunt
iniquitáte in Jacob, dicit
minus. Hoc fœdus meum
eis, dicit Dóminus : Spí-
s meus qui eſt in te, &
ba mea quæ póſui in ore
, non recédent de ore tuo,
le ore ſéminis tui, & de
ſéminis ſéminis tui.

℟. Redémpti, 196.

Niſi dicendum ſit ℟. Æquo
mo, *vel* ℟. Vade, *infrà*,
ſ.]

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a.
Dómino meæ ſunt juſtítiæ
impérium. In Dómino ju-
icábitur & laudábitur omne
nen Iſraël. *Iſai.* 45. 24. 25.
Niſi dicenda ſit Ant. Oráte,
vel Sanctificávit, *ibid.*]

CANON.

Ex Concílio Laodicéno.

Sec. 4. *can.* 20.

NOn opórtet Diáconum ante Preſbyterum ſedére, ſed ſedére cum juſſu Preſbyteri. Simíliter autem étiam habéri honórem Diáconis à miníſtris & ómnibus cléricis opórtet.

Ad Magníficat, *Ant* O, *infrà*.

FERIA QUINTA.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 61. 1. *ad* 4.

SPíritus Dómini ſuper me, eò quòd únxerit Dóminus me : ad annuntiándum manſuétis miſit me, ut medérer contrítis corde, & prædicárem captívis indulgéntiam, & clauſis apertiónem : ut prædicárem annum placábilem Dómino, & diem ultiónis Deo noſtro : ut conſolárer omnes lugéntes : ut pónerem lugéntibus Sion, & darem eis corónam pro cínere, óleum gaúdii pro luctu, pállium laudis pro ſpíritu mœróris : & vocabúntur in ea fortes juſtítiæ, plantátio Dómini ad glorificándum. Et ædificábunt deſérta à ſéculo, & ruínas antíquas érigent, & inſtaurábunt civitátes deſértas, diſſipátas in generatiónem & generatiónem, Hæc dicit.

℟. Redúcet vos, 196.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 8.

ET ſtabunt aliéni, & paſcent pécora veſtra : & filii peregrinórum, agrícolæ & vi-

noſtrórum ; veni , & ſcient gentes , quia eſt qui rédimat & líberet Iſraël. *Agg.* 2. 8. 1. *Mach.* 4. 10. 11.

DIE XVII. DECEMBRIS.

Antiphona 2. *toni.* D.*

O Radix Jeſſe, qui ſtas in ſignum populórum, quem gentes deprecabúntur ; veni, & cóngrega prófugos Iſraël, & diſpérſos Juda cóllige à quatuor plagis terræ. *Iſai.* 11. 10. 12.

DIE XVIII. DECEMBRIS.

Antiphona 2. *toni.* D.*

O Clavis David, qui apéries, & non erit qui claudat ; claudes, & non erit qui apériat ; veni, & érue nos de ſervitúte, & rédime in bráchio excélſo. *Iſai.* 22. 22. *Exod* 6. 6.

DIE XIX. DECEMBRIS.

Antiphona 2. *toni.* D.*

O Oriens, in viſcéribus miſericórdiæ víſita nos ex alto ; & veni ad dirigéndos pedes noſtros in viam pacis *Luc.* 1. 78. 79.

DIE XX. DECEMBRIS.

Antiphona 2. *toni.* D.*

O Rex géntium, qui ſuper ſólium David, & ſuper regnum ejus ſedébis ; veni, & vide deſolatiónem noſtram ; atténde & fac ; ne moréris propter temetípſum. *Iſai.* 9. 7. *Dan.* 9. 18. 19.

DIE XXI. DECEMBRIS.

℟. *ultimum in Officio Nocturno.* Æquo ánimo eſtóte, fratres ; & hos quinque dies expéctemus à Dómino miſe[...] córdiam : * Et dabit gló[...] nómini ſuo. *Judith* 7. 23.[...]

℣. Voſmetípſos in dilecti[...] Dei ſerváte, expectántes [...] ſericórdiam Dómini no[...] Jeſu Chriſti. *Juda v.* 21. *[...] dabit. Glória. * Et dabit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1.[...] Oráte ut in diébus quinq[...] reſpíciat Dóminus pópul[...] ſuum Iſraël. *Judith* 8. 32.[...]

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.[...]

O Bone paſtor, qui requ[...]ris & viſitas oves, veni[...] & líbera eas de ómnibus loc[...] in quibus diſpérſæ fúerant [...] die nubis & calíginis. *Ezech.* 34. 11. 12.

DIE XXII. DECEMBRIS.

Antiphona 2. *toni.* D.*

O Emmánuel nobíſcum Deus, quem Virgo páriet fílium ; veni, & ſalvum fac pópulum tuum à peccátis eórum. *Matt.* 1. 23. 21.

DIE XXIII. DECEMBRIS.

℟. *ultimum in Officio Nocturno.* Vade ad pópulum, & ſanctífica illos hódie & cras ; & ſint paráti in diem tértium ; * In die enim tértio déſcendet Dóminus. *Exod.* 19. 10. 11.

℣. Qui juſtus eſt, juſtificétur adhuc ; & ſanctus, ſanctificétur adhuc. *Apoc.* 22. 11. * In die. Glória. * In die.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. E. Sanctificávit Móyſes pópulum, & aït ad eos : Eſtóte paráti in diem tértium. *Exod.* 19. 14. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.*

O Dómine, fac mirabília, cogitatiónes antíquas fi-[illegible]les: múlier cónterat caput [illegible]péntis; erit enim hoc me-[illegible]oriále nóminis tui, cùm ma-[illegible]s féminæ dejécerit eum. [illegible]ai. 25. 1. *Gen.* 3. 15. *Judith* [illegible] 15.

Decimâ-ſextâ die Decembris [illegible]*manè incipiuntur Antiphonæ Laudum Ferialium propriæ (quæ* [illegible]*iam dicuntur ad Horas, quar-*[illegible]*â prætermiſſâ) inchoando ab his* [illegible]*Antiphonis quæ aſſignantur Fe-*[illegible]*iæ occurrenti die 16. ſive fuerit* *Feria tertia, aut alia, aut Sab-*[illegible]*batum. Si verò fuerit Domini-*[illegible]*ca, inchoantur poſtridie. Quæ* *autem occurrunt die quâ fit* *Officium S. Thomæ, dicuntur in* [illegible]*vigilia Natalis Domini, ſci-*[illegible]*licet 23. die Decembris. Quòd* [illegible] *hâc die occurrerit Domini-*[illegible]*ca IV. hoc anno omittuntur.*

Ad Veſperas autem in iis Feriis *dicuntur Antiphonæ de Pſalt.*

FERIA SECUNDA
poſt XV. *Decembris.*

Ad Laudes Matutinas.
Antiphona 1. *toni.* â.

EXpectábo Dóminum qui abſcóndit fáciem ſuam à [illegible]omo Jacob, & præſtolábor [illegible]um. *Iſai.* 8. 17.

Ant. 4. a. Super Dómino non confundéntur qui expé-[illegible]tant eum. *Iſai.* 49. 23.

Ant. 4. *irreg.* c. Non repél-[illegible]et in ſempitérnum Dóminus: [illegible] abjécit, & miſerébitur. *Thren.* 3. 31. 32.

Ant. 8. c. Deſcéndet ſicut plúvia in vellus; & ánimas paúperum ſalvas fáciet. *Pſ.* 71. 6. 13.

Ant. 1. *a.* Venit mihi gaúdium à Sancto ſuper miſericórdia, quæ véniet ab ætérno ſalutári noſtro. *Baruch* 4. 22.

FERIA TERTIA
poſt XV. *Decembris.*

Ad Laudes Matutinas.
Antiphona 7. *toni.* a.

ATténde, Dómine, & vide de habitáculo ſancto tuo: ubi eſt multitúdo miſeratiónum tuárum? Super me continuérunt ſe. *Iſai.* 63. 15.

Ant. 8. G. Tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die: reminíſcere miſeratiónum tuárum, quæ à ſéculo ſunt. *Pſ.* 24. 5. 6.

Ant. 8. G. Oſténde fáciem tuam, placáre Dómine; atténde & fac; quia nomen tuum invocátum eſt ſuper pópulum tuum. *Dan.* 9. 17. 19.

Ant. 4. *irreg.* A. Adjútor meus & protéctor meus es tu: Deus meus, ne tardáveris. *Pſ.* 39. 18.

Ant. 1. a. Véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine, ſalutáre tuum ſecúndùm elóquium tuum. *Pſ.* 118. 41.

FERIA QUARTA
poſt XV. *Decembris.*

Ad Laudes Matutinas.
Antiphona 3. *toni.* c.

REſpice, Dómine, oppróbrium noſtrum: ſervi domináti ſunt noſtri; non fuit qui redímeret de manu eórum. *Thren.* 5. 2. 8.

Ant. 4. E. Tu Dómine, pater noſter, redémptor noſter: quare erráre nos fecíſti de viis tuis? convértere propter ſervos tuos. *Iſai.* 63. 16. 17.

Ant. 7. c. Quare in perpétuum oblviſcéris noſtri? derelínques nos in longitúdinem diérum? *Thren.* 5. 20.

Ant. 1. â. Ne tradas nos in perpétuum; & ne díſſipes teſtaméntum tuum: neque aúferas miſericórdiam tuam à nobis. *Dan.* 3. 34. 35.

Ant. 5. a. Dabis, Deus, veritátem Jacob, miſericórdiam Abraham; quæ juráſti pátribus noſtris à diébus antíquis. *Mich.* 7. 20.

FERIA QUINTA
poſt xv. *Decembris.*
AD LAUDES MATUTINAS.
Antiphona 2. *toni.* D.

RECordáre, Dómine, ne írritum fácias fœdus tuum nobíſcum, nonne tu es Deus noſter quem expectávimus? *Jer.* 14. 21.

Ant. 3. *g.* Dómine, ſuſtinúimus te: nomen tuum, & memoriále tuum in deſidério ánimæ. *Iſai.* 26. 8.

Ant. 8. G. Súſcita prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres. *Eccli.* 36. 17.

Ant. 4. *irreg.* c. Da mercédem ſuſtinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniántur. *Eccli.* 36 18.

Ant. 7. c. Utinam dirúm-peres cœlos, & deſcén *Iſai.* 64. 1.

FERIA SEX
poſt xv. *Decembri*
AD LAUDES MATUT
Antiphona 1. *toni.*

DOmine Deus noſt ſedérunt nos dóm que te; tantùm in te r mur nóminis tui. *Iſai.*

Ant. 2. D. Ne ultrà neris iniquitátis noſtr réſpice, pópulus tuu nos. *Iſai.* 64. 9.

Ant. 2. D. Miſerér quem coæquáſti prim tuo: miſerére civitáti catiónis tuæ Jeruſaler 36. 14. 15.

Ant. 3. *g.* Dómi tuum, in médio ann víſica illud. *Habac.* 3

Ant. 7. *d.* Cùm ir ris, miſericórdiæ re ris: Deus ab auſtro & Sanctus de monte *Habac.* 3. 2. 3.

SABBA
poſt xv. *Decemb*
AD LAUDES MAT
Antiphona 8. *ton*

ELeváre, elevár lem, quæ bibiſti Dómini cálicem iræ 51. 17.

Ant. 5. a. Ecce tuli tua cálicem ſopóris, cálicis indignatiónis adjícies ut bibas ill *Iſai.* 51. 22.

Ant. 8. G. Noli ti confundéris; quia

tuî qui fecit te. *Iſai.* 54.

Ant. 7. b. Ad punctum in dico derelíqui te, & in erationibus magnis congábo te. *Iſai.* 54. 7.

Ant. 4. *irreg.* A. Misericórmea non recédet à te, & lus pacis meæ non movéur. *Iſai.* 54. 10.

DIE XXIV. DECEMBRIS.

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI.

¶ *Si occurrat in Dominica, Officium hoc modo.*

Ad Officium Nocturnum, Invitatorium, Qui ventúrus eſt, *Hymnus*, Prædícta priſ-, 158. *Antiphona, Pſalmi*, ℣. *de Dominica IV. Adventûs.*

I. & II. Nocturno, Lectio- & ℟℟. de Dominica IV. Adventûs, ſuprà 195.

In III. Nocturno, ℣. Citò anticipent, *infrà. Lectiones de Homilia Vigiliæ, diviſionibus ** Aſteriſcos factis; & nihil tur de Homilia Dominicæ.* ℟. vij. Páriet María, *ſine* Glória Patri, ℟. viij. Hâc ipsâ ho- ℟. ix. Sanctífica *cum* Glória Patri, *ut in Vigilia, infrà.* *etitur* ℟. Sanctífica, *uſque* ℣. *excluſivè.*

Non dicitur Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Exultábit, *rà.*

Reliqua de Vigilia ſine Commemoratione Dominicæ.

Ad Laudes & Horas, Pſal- de Dominica; omiſſo tamen Pars Hiemalis. *Ad Primam Symbolo*, Quicúnque.

¶ *Si autem Vigilia iſta occurrat in Feriis per Hebdomadam, Officium fiet ut ſequitur.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Qui ventúrus eſt, non tardábit: * Veníte, adorémus. *Hebr.* 10. 37.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Prædícta priſcis, *ſuprà*, 158.

Antiphona & Pſalmi de Feria.

℣. Citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ; ℟. Quia paúperes facti ſumus nimis. *Pſ.* 78. 8.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 66. 5. *ad* 9.

AUdíte verbum Dómini, qui trémitis ad verbum ejus: dixérunt fratres veſtri odiéntes vos, & abjiciéntes propter nomen meum: glorificétur Dóminus, & vidébimus in lætítia veſtra: ipſi autem confundéntur. Vox pópuli de civitáte, vox de templo, vox Dómini reddéntis retributiónem inimícis ſuis. Antequam parturíret, péperit: ántequam veníret partus ejus, péperit máſculum. Quis audívit unquam tale? & quis vidit huic ſímile? nunquid partúriet terra in die una? aut pariétur gens ſimul, quia parturívit & péperit Sion fílios ſuos? Nunquid ego, qui álios

párere ſácio, ipſe non páriam, dicit Dóminus? ſi ego, qui generatiónem céteris tríbuo, ſtérilis ero, ait Dominus Deus tuus? Hæc dicit.

℟. Hâc ipsâ horâ, quæ nunc eſt, cras mittam ducem ſuper pópulum meum, & ſalvábit pópulum meum; * Venit enim clamor eórum ad me. 1. *Reg.* 9. 16. ℣. Videns vidi afflictiónem pópuli mei, & gémitum eórum audívi. *Act.* 7. 34. * Venit enim.

Lectio ij. *v.* 10. *ad* 14.

LÆtámini cum Jerúſalem, & exultáte in ea omnes qui dilígitis eam: gaudéte cum ea gaúdio univérſi, qui lugétis ſuper eam, ut ſugátis, & repleámini ab úbere conſolatiónis ejus: ut mulgeátis, & delíciis affluátis ab omnímoda glória ejus. Quia hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinábo ſuper eam quaſi flúvium pacis, & quaſi torréntem inundántem glóriam géntium quam ſugétis: ad úbera portabímini, & ſuper génua blandiéntur vobis. Quómodo ſi cui mater blandiátur, ita ego conſolábor vos, & in Jerúſalem conſolabímini. Vidébitis, & gaudébit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinábunt, & cognoſcétur manus Dómini ſervis ejus, & indignábitur inimícis ſuis.

℟. Sanctífica pópulum, & dic eis; * Sanctificámini in cráſtinum. *Joſue* 7. 13. ℣. Ecce

nunc tempus accept
nunc dies ſalútis. 2.
* Sanctificámini.
Léctio ſancti Evang
dùm Matthæi
Lectio iij. *c.* 1. 1
CUm eſſet deſpo
ter Jeſu María
ántequam convenír
vénta eſt in útero h
Spíritu-ſancto. Et rél
Homília ſancti Hie
presbyteri.
Lib. 1. *Comment.* in
Matt.
QUærat díligens
dicat: Cùm Jo
ſit pater Dómini ſa
quid pértinet ad D
generatiónis ordo
uſque ad Joſeph? Cu
débimus primùm,
conſuetúdinis Script
ut mulíerum in ge
bus ordo texátur. D
una tribu fuiſſe Joſe
ríam: unde ex lege
cípere cogebátur ut
quam, & quòd ſimul
in Béthleem, ut de u
cet ſtirpe generáti..
autem dícitur, [á
convenírent:] non ſé
póſtea convénerint:
túra quod factum non
dit. [Joſeph autem
cùm eſſet juſtus, & n
tradúcere, vóluit oc
míttere eam.] Si quis
riæ conjúngitur, unum
efficitur; & in lege
tum eſt, non ſolùm re

críminum obnóxios
:áti: quómodo Joſeph
nen celáret uxóris, ju-
ıitur? Sed hoc teſtimó-
ríæ eſt, quòd Joſeph
ius caſtitátem, & ad-
quod evénerat; celat
, cujus myſtérium neſ-
[Joſeph fili David,
ére accípere Maríam
tuam.] Jam & ſuprà
ſponſas uxóres appel-
od plénius liber advér-
ŕdium docet. Et blan-
.ffectu ei per ſómnium
: lóquitur, ut juſti-
:ntii comprobáret. Si-
notándum quòd Jo-
us eſſe dicátur David,
ı quoque de ſtirpe Da-
ıſtrarétur.
:iet María fílium: &
nomen ejus Jeſum;
nim † Salvum fáciet
n ſuum à peccátis eó-
att. 1. 21. ℣. Partúriens
& relíquiæ fratrum
.verténtur. *Mich.* 5. 3.
Glória. † Salvum.
licitur Te Deum.

LAUDES

ATUTINAS.

t Duplex-minus.
cerdotalis, Exultábit
um in ſalutári tuo:
ábo Dómino qui bona
nihi. *Pſ.* 12. 6.
ſalmi de Feria.
iphona 7. toni. d.
ite me, qui longè eſtis
ıſtítia: Propè feci juſtí-
:am. *Iſai.* 46. 12. 13.

Ant. 8. G. Quaſi dilúculum præparátus eſt egréſſus ejus; & véniet quaſi imber ſerótinus. *Oſee* 6. 8.

Ant. 3. a. Sanctificámini; cras enim fáciet Dóminus inter vos mirabília. *Joſue* 3. 5.

Ant. 8. c. Véſperè ſciétis quòd Dóminus edúxerit vos de terra Ægypti: & manè vidébitis glóriam Dómini. *Exod.* 16. 6.

Ant. 4. E. Pópulus meus; adhuc paúlulum modicúmque; & auferétur onus de húmero tuo, & jugum de collo tuo. *Iſai.* 10. 25. 27.

Capitulum. Zach. 2. 12. 13.

POſſidébit Dóminus Judam partem ſuam in terra ſanctificáta; & éliget adhuc Jeruſalem. Sileat omnis caro à fácie Dómini; quia conſurréxit de habitáculo ſancto ſuo.

Hymnus, Vox clara, 159.

℣. Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam: ℟. Quia in te ſperávi. *Pſ.* 142. 8.

Ad Bened. Ant. 8. G.* *Dupl.* Chriſti generátió ſic erat: Cùm eſſet deſponſáta mater Jeſu María Joſeph, invénta eſt in útero habens de Spíritu-ſancto. *Matt.* 1. 18.

Oratio.

DEus, qui nos redemptiónis noſtræ ánnuâ expectatióne lætíficas; præſta, ut Unigénitum tuum, quem redemptórem læti ſuſcípimus, veniéntem quoque júdicem ſecúri videámus, Dóminum

noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſanĉti Deus, per ómnia ſǽcula ſeculórum. ℟. Amen.

AD HORAS, *Duplex-minus.*
Pſalmi de Feria.

AD PRIMAM, *Ant.* Audíte me, *prima de Laudibus.*

Preces ut in Dupl. majoribus.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *cap.* 14. *de reform.*

QUi piè & fidéliter in miniſtériis anteáĉtis ſe géſſerint, & ad Preſbyterátûs órdinem aſſumúntur, bonum hábeant teſtimónium: & hi ſint, qui in Diaconátu ad minus annum íntegrum (niſi ob Eccleſiæ utilitátem ac neceſſitátem áliud Epíſcopo viderétur) miniſtráverint.

AD TERTIAM, *Ant.* Quaſi dilúculum, *ſecunda de Laudibus.*

Capitulum. *Iſai.* 40. 10.

ECce Deus veſter: ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet, & bráchium ejus dominábitur.

℟. *breve*, Dícite puſillánimis: * Confortámini, ℟. Dícite. ℣. Et nolíte timére: ecce Deus veſter. * Confortámini. Glória. ℟. Dícite. *Iſai.* 35. 4.

℣. Deus ipſe vén ſalvábit vos. *Iſai.* 3

AD SEXTAM, *A* ficámini, *tertia de*

Capitulum. *Iſai.*

TRibus mea m quia lex à me judícium meum in pulórum requiéſcet. Juſtus meus, egréſſ vátor meus.

℟. *breve*, Juſtítia elongábitur, ℟. Juſ ſalus mea non * Non elongábitu ℟. Juſtítia. *Iſai.* 46.

℣. Dabo in Sion ℟. Et in Iſraël glóri *Iſai.* 46. 13.

AD NONAM, *A* lus meus, *quinta bus.*

Capitulum. *Nahum*

HÆc dicit Dóm flixi te, & non te ultrà; & nunc virgam ejus de dorſ víncula tua diſrúmpa

℟. *breve*, Lætáre, * Quia ecce ego véni táre. ℣. Et habitábo tuî. * Quia. Glória. ℟ *Zach.* 2. 10.

℣. Etiam vénio cit men. Veni, Dómi *Apoc.* 22. 20.

DIE XXV. DECEMBRIS.

NATIVITATE DOMINI.

ANNUALE.

ιIMIS VESPERIS.
'ſalmi de Feria.
hona 7. toni. a. Dupl.
ate, & vidéte magná-
ι Dómini quæ factúrus
t hódie; Ægyptios ne-
m ultrà vidébitis uſque
itérnum. Exod. 14. 13.
3. E. Vidébunt & in
te ſalútem veſtram à
quæ ſupervéniet vobis
nóre magno, & ſplen-
érno. Baruch 4. 24.
4. E. Animæquióres
Dóminus erípiet vos
u inimicórum. Baruch

. D. Statim véniet Do-
quem vos quæritis; &
; teſtaménti, quem vos
cce venit. Malach. 3. 1.
. a. Dupl. Adhuc unum
n eſt; & véniet Deſi-
cunctis géntibus. Agg.

lum. Iſai. 56. 1.
: dicit Dóminus: Cu-
díte judícium, & fá-
itiam: quia juxtà eſt
:a ut véniat, & juſtí-
ut revelétur.
›nfidénter ſtate, & vi-
uxílium Dómini ſuper
vos, ó Juda & Jerúſalem;
nolíte timére: * Cras Dómi-
nus erit vobíſcum. 2. Par. 20.
17. ℣. Virgo páriet filium, &
vocábitur Emmánuel, quod
eſt interpretátum nobíſcum
Deus. Matt. 1. 23. * Cras.
Glória. ℟. Confidénter.

Hymnus.

MUNDO tenébris óbſito
En verus affúlget dies;
Vanæ figúræ déſinant,
Adeſt propínqua Véritas.
CESSENT geméntûm lá-
crymæ,
Ceſſent patrum ſuſpíria:
Conſors Tonántis Fílius
Fit pacis obſes mútuæ.
INOPS & exul péllitur,
Qui jura terris dívidit:
Fit Conditóris síderum
Præſépe vile, régia.
INFANS creátor ómnium
Autor ſalútis náſcere;
Veni ſupréme Póntifex,
Mundi futúrus víctima.
MUNDO redémptor qui
venis,
Fili tibi laus máxima,
Cum Patre, nec tibi minor
Laus utriúſque Spíritûs. Amen.
℣. Prope timéntes Dómi-
num ſalutáre ipsíus; ℟. Ut

inhábitet glória in terra noſtra. *Pſ.* 84. 10.

Ad Magníf. *Ant.* 4. d. *Dupl.* Béthleem Ephráta, párvulus es in míllibus Juda; ex te mihi egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël, & egréſſus ejus ab initio, à diébus æternitátis. *Mich.* 5. 2.

Oratio.

PRæſta, miſéricors Deus, ut ad ſuſcipiéndum Filii tui ſinguláre nativitátis myſtérium, & mentes credéntium præparéntur, & non credéntium corda ſubdántur; Per eúndem Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Nox iſta eſt obſervábilis Dómini, quando edúxit eos de terra Ægypti. *Exod.* 12. 42.

Hymnus, Virgo Dei génitrix, *ſuprà*, 145.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 8. a. Cánticum erit vobis ſicut nox ſanctificátæ ſolemnitátis. *Iſai.* 30. 29.

Oratio, Præſta, miſéricors, *ſuprà*, *& Oratio*, Véritas, *ſub una concluſione.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Verbum caro factum eſt: * Veníte, adorémus. *Joan.* 1. 14.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Muret.*

O Nox vel médio ſplendídior die,
Cujus per ténebras, Vírginis è ſinu
Terris exóriens So
émicat,
Complens ómnia
ALTO de ſólio qui
nia,
Humanúmque Deo
genus,
Is nunc ſub túguri vi
culo
Naſcens, paupérie
PASTORES óvium,
gibus ſuis
Inténti vígiles excúbi
Primi ſuſcípiunt q
Cœlites
Terris gaúdia nún
QUI lucis Pater e
ſit Patri;
Cujus Virgo paren
Fílio,
Quo fecúnda, tibi n
bilis
Sit par glória, S
Amen.

IN I. NOCT

Ant. 8. c. *dupl.*
dixit ad me: Filiu
tu, ego hódie génui

Pſalmus, Quare
runt gentes, 3.

Ant. 5. a. Ipſe
ſponſus procédens d
ſuo. *Pſ.* 18. 6.

Pſalmus, Cœli ená

Ant. 1. D. *dupl.*
formâ præ filiis hóm
fúſa eſt grátia in l
Pſ. 44. 3.

Pſalmus, Eruct

℣. Recordátus
córdiæ ſuæ, ℟. E
ſuæ dómui Iſraël. P

quentes Lectiones le-
titulo.

Lectio j.
9. 1. ad 6.

témpore alleviáta
a Zabúlon, & terra
& noviſſimo aggra-
ia maris trans Jor-
lilææ géntium. Pó-
ambulábat in téne-
: lucem magnam :
us in regióne um-
s, lux orta eſt eis.
ſti gentem, non ma-
lætítiam. Lætabún-
te, ſicut qui lætán-
ſſe ; ſicut exúltant
ptâ prædâ, quando
pólia. Jugum enim
, & virgam húmeri
ſceptrum exactóris
ſti, ſicut in die Má-
la omnis violénta
um tumúltu, & ve-
miſtum ſánguine
nbuſtiónem, & ci-
Párvulus enim natus
& fílius datus eſt
actus eſt principátus
erum ejus : & vocá-
en ejus, Admirá-
onſiliárius, Deus,
ater futúri ſéculi,
acis. Hæc dicit.
phetíſſa péperit fi-
xit Dóminus : * Vo-
ejus, Accélera ſpó-
re : Feſtína prædári.
℣. Univérſa arma
ui aúferet, & ſpólia
buet. *Luc.* 11. 22.
men.

Lectio ij. c. 40. 1. ad 8.

Conſolámini, conſolámini, pópule meus, dicit Deus veſter. Loquímini ad cor Jerúſalem, & advocáte eam : quóniam compléta eſt malítia ejus, dimíſſa eſt iníquitas illíus : ſuſcépit de manu Dómini dupl̃icia pro ómnibus peccátis ſuis. Vox clamántis in deſérto : Paráte viam Dómini, rectas fácite in ſolitúdine ſémitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltábitur, & omnis mons & collis humiliábitur, & erunt prava in dirécta, & áſpera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini, & vidébit omnis caro páriter quòd os Dómini locútum eſt. Vox dicéntis : Clama. Et dixi : Quid clamábo? Omnis caro fœnum, & omnis glória ejus quaſi flos agri. Exſiccátum eſt fœnum, & cécidit flos, quia ſpíritus Dómini ſufflávit in eo. Verè fœnum eſt pópulus : exſiccátum eſt fœnum : & cécidit flos : Verbum autem Dómini noſtri manet in ætérnum.

℟. Ecce vir, Oriens nomen ejus : ipſe éxtruet templum Dómino ; * Ipſe portábit glóriam, & ſedébit, & dominábitur ſuper ſólio ſuo. *Zach.* 6. 12. 13. ℣. Regnábit in domo Jacob in ætérnum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. 33. * Ipſe.

Lectio iij. c. 52. 1. ad 6.

Conſúrge, conſúrge ; indúere fortitúdine tuâ, Sion, indúere veſtiméntis [illegible]

riæ tuæ, Jeruſalem cívitas Sancti: quia non adjíciet ultrà ut pertránſeat per te incircuncíſus, & immúndus. Excútere de púlvere, conſúrge; ſede, Jeruſalem: ſolve víncula colli tui, captíva fília Sion. Quia hæc dicit Dóminus: Gratìs venúndati eſtis, & ſine argénto redimémini. Quia hæc dicit Dóminus Deus: In Ægyptum deſcéndit pópulus meus in princípio, ut colónus eſſet ibi: & Aſſur abſque ulla cauſa calumniátus eſt eum. Et nunquid mihi eſt hic, dicit Dóminus, quóniam ablátus eſt pópulus meus gratìs? Dominatóres ejus iníquè agunt, dicit Dóminus, & júgiter totâ die nomen meum blaſphemátur. Propter hoc ſciet pópulus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquébar, ecce adſum.

℟. Cantáte Dómino quóniam magníficè fecit; annuntiáte hoc in univérſa terra: * Exúlta, & lauda habitátio Sion, quia magnus in médio tuî Sanctus Iſraël. *Iſai.* 12. 5. 7. ℣. Hoſánna Fílio David: benedíctus qui venit in nómine Dómini. *Matt.* 21. 9. * Exúlta. Glória. ℟. Cantáte.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. *dupl.* Suſcépimus Deus miſericórdiam tuam in médio templi tui. *Pſ.* 47. 10.

Pſalmus, Magnus Dóminus, 64.

Ant. 3. *a.* Oriétur in diébus ejus abundántia pacis minábitur. *Pſ.* 71. 7.

Pſalmus, Deus judíc

Ant. 8. c. *dupl.* V terra orta eſt, & ju cœlo proſpéxit. *Pſ.* 8

Pſalmus, Benedix mine, 102.

℣. Miſericórdia obviavérunt ſibi, ℟ & pax oſculátæ ſunt.

Sermo ſancti Leóni *Serm.* 1. *de Nativit.*

Lectio iv.

SAlvátor noſter, dil hódie natus eſt; mus. Neque enim cum eſſe triſtítiæ, ul eſt vitæ, quæ conſum talitátis timóre, nob de promíſſa æterni tiam. Nemo ab huj tátis participatióne ſe Una cunctis lætítiæ c eſt rátio; quia Dóm ſter peccáti mortíſq ctor, ſicut nullum à r rum réperit, ita l ómnibus venit. Exú ctus, quia propínqu mam. Gaúdeat peccá invitátur ad véniam. tur gentílis, quia v vitam. Dei namque cúndùm plenitúdinem ris, quam divíni co ſcrutábilis altitúdo reconciliándam autó túram géneris aſſúmp ni; ut invéntor mor lus per ipſam, quam vincerétur. Tu autem

℟. Chriſtus cùm in forma Dei eſſet,* Semetípſum exinanívit, formam ſervi accípiens, in ſimilitúdinem hóminum factus. *Philipp.* 2.6.7. ℣. Ergóne putándum eſt quòd verè Deus hábitet ſuper terram? 3. *Reg.* 8. 27. * Semetípſum.

Lectio v.

IN quo conflíctu pro nobis ínito, magno & mirábili æquitátis jure certátum eſt, dum omnípotens Dóminus cum ſæviſſimo hoſte non in ſua majeſtáte, ſed in noſtra congréditur humilitáte: objíciens ei eándem formam, eandémque natúram, mortalitátis quidem noſtræ partícipem, ſed peccáti totíus expértem. Aliénum quippe ab hac nativitáte eſt quod de ómnibus légitur: [Nemo mundus à ſorde, nec infans, cujus eſt uníus diéi vita ſuper terram.] Nihil ergo in iſtam ſingulárem nativitátem de carnis concupiſcéntia transívit, nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia Davídicæ ſtirpis elígitur, quæ ſacro gravidánda fœtu, divínam humanámque prolem priùs concíperet mente quàm córpore. Et ne ſupérni ignára consílii, ad inuſitátos pavéret affátus, quod in ea operándum erat à Spíritu-ſancto, collóquio diſcit Angélico. Nec damnum credit pudóris, Dei génitrix mox futúra.

℟. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognóvit. * In própria venit, & ſui eum non recepérunt. *Joan.* 1. 10. 11. ℣. Dóminus locútus eſt: Cognóvit bos poſſeſſórem ſuum; Iſraël autem me non cognóvit. *Iſai.* 1. 2. 3. * In própria.

Lectio vj. *Poſt pauca.*

AGámus ergo, dilectíſſimi, grátias Deo Patri, per Fílium ejus, in Spíritu ſancto, qui propter multam caritátem ſuam, quâ diléxit nos, miſértus eſt noſtrî: & cùm eſſémus mórtui peccátis, convivificávit nos Chriſto, ut eſſémus in ipſo nova creatúra, novúmque figméntum. Deponámus ergo véterem hóminem cum áctibus ſuis; & adépti participatiónem generatiónis Chriſti, carnis renuntiémus opéribus. Agnóſce, ô Chriſtiáne, dignitátem tuam: & divínæ conſors factus natúræ, noli in véterem vilitátem degéneri converſatióne redíre. Meménto, cujus cápitis & cujus córporis ſis membrum. Reminiſcere quòd érutus de poteſtáte tenebrárum, tranſlátus es in Dei lumen & regnum.

℟. Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri * Viſitávit nos, óriens ex alto: illumináre his qui in ténebris, & in umbra mortis ſedent. *Luc.* 1. 78. 79. ℣. Habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta eſt eis. *Iſai.* 9. 2. * Viſitávit nos. Glória. *Repet.* ℟. Per víſcera.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. *dupl.* Annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus. *Pſ.* 95. 2.

Pſ. Cantáte Dómino cánticum novum,* cantáte, 112.

Ant. 6. F. Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum. *Pſ.* 97. 2.

Pſalmus, Cantáte Dómino cánticum novum,* quia, 117.

Ant 7. a. *dupl.* Exaltáte Dóminum Deum noſtrum; & adoráte ſcabéllum pedum ejus, quóniam ſanctum eſt. *Pſ.* 98. 5.

Pſalmus, Dóminus regnávit, iraſcántur, 117.

℣. Deus rex noſter ante ſécula, operátus eſt ſalútem ℟. In médio terræ. *Pſ.* 73. 12.

Bened. Evangélium non ſit in ſermóne tantùm, ſed & in virtúte, & in Spíritu-ſancto, & in plenitúdine multa.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 2. 1. *ad* 14.

IN diébus illis, Exiit edíctum à Cæſare Augúſto, ut deſcriberétur univérſus orbis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 8. *in Evang.*

QUia, largiénte Dómino, Miſſárum ſolémnia ter hódie celebratúri ſumus, loqui diu de Evangélica lectióne non póſſumus. Sed nos áliquid vel bréviter dicere, Redemptóris noſtri natívitas ipſa compéllit. Quid eſt enim quòd naſcitúro Dómino mundus

deſcríbitur, niſi h[...] apértè monſtrátur, [...] apparébat in carne, q[...] ſuos aſcríberet in æte[...]

℟. Impléti ſunt di[...] reret María;* Et pépe[...] ſuum primogénitum[...] návit in præſépio, [...] erat eis locus in di[...] *Luc.* 2. 6. 7. ℣. Audí[...] David: Ecce virgo [...] lium. *Iſai.* 7. 13. 14.* E[...]

Bened. Permaneám[...] fundáti, & immóbi[...] Evangéli.

Léctio ſancti Evangél[...] dùm Lucam.

Lectio viij. *c.* 2. 15

IN illo témpore; [...] loquebántur ad i[...] Tranſeámus uſque [...] hem, & videámus h[...] bum quod factum e[...] Dóminus oſténdit n[...] réliqua.

Homília ſancti Am[...] epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. L[...] §. 50.

VIdéte Eccléſiæ [...] exórdium: Chri[...] citur, & paſtóres vigi[...] pérunt, qui géntium [...] pécudum modo ante [...] in caulam Dómini c[...] rent; ne quos ſpirit[...] ſtiárum per offúſas [...] ténebras pateréntur [...] Et bene paſtóres vígil[...] bonus paſtor infórm[...] ígitur, pópulus; nox, [...] paſtóres, ſunt ſacer[...]

‍latus eſt vobis hódie
us Dóminus in civitáte
; * Et hoc vobis ſignum;
étis infántem pannis in-
m, & póſitum in præſé-
uc. 2. 11. 12. ℣. Nolíte
re, quia Dóminus Deus
in médio veſtrî eſt, ut
‍os. *Deut.* 20. 3. 4.* Et
‍bis.
ud. Non erubeſcámus
élium; virtus enim Dei
álútem omni credénti.
ſancti Evangélii ſecún-
dùm Joánnem.
‍ix. *c.* 1. 1. *ad* 14.
‍rincípio erat Verbum,
‍erbum erat apud Deum,
‍is erat Verbum. Et ré-

‍nília ſancti Auguſtíni
epíſcopi.
t. 1. *in Joan.* §. 10. 11.
‍Jando audis: [In prin-
‍ípio erat Verbum,] ne
‍liquid putáres, quale
‍evíſti cogitáre, cùm ver-
‍ımána ſoléres audíre,
‍uid cógites: [Deus erat
‍ım.] Exeat nunc néſcio
‍ıfidélis Ariánus, & dicat.
‍Verbum Dei factum eſt.
‍uodo poteſt fieri ut Ver-
‍Dei factum ſit, quando
per Verbum fecit óm-
‍ii & Verbum Dei ipſum
‍ı eſt, per quod áliud
‍ım factum eſt? Si hoc
quia eſt Verbum Verbi,
‍iod factum eſt illud, ip-
‍ico *ego únicum Filium*
i autem non dicis Ver-
bum Verbi, concéde non fa-
ctum per quod facta ſunt óm-
nia. Non enim per ſeípſum fieri
pótuit, per quod facta ſunt óm-
nia. Crede ergo Evangeliſtæ.

℟. Verbum caro factum eſt, & habitávit in nobis: * Et vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi Unigéniti à Patre. *Joan.* 1. 14. ℣. In terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt. *Baruch* 3. 38. * Et vídimus. Glória. ℟. Verbum.

In Choro, poſt ℟. *cantatur ſequens Evangelium.*

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Inítium ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

℟. Glória tibi Dómine.

Liber generatiónis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham. Abraham génuit Iſaac. Iſaac autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam, & fratres ejus. Judas autem génuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem génuit Eſron. Eſron autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Naáſſon. Naáſſon autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Rahab. Booz autem génuit Obed ex Ruth. Obed autem génuit Jeſſe. Jeſſe autem génuit David regem. David autem rex génuit Salomónem ex ea quæ fuit Uriæ. Sálomon autem génuit Róboam. Róboam autem génuit Abíam. Abi-

autem génuit Aſa. Aſa autem génuit Jóſaphat. Jóſaphat autem génuit Joram. Joram autem génuit Ozíam. Ozías autem génuit Jóatham. Jóatham autem génuit Achaz. Achaz autem génuit Ezechíam. Ezechías autem génuit Manáſſen. Manáſſes autem génuit Amon. Amon autem génuit Josíam. Josías autem génuit Jechoníam, & fratres ejus in tranſmigratióne Babylónis. Et poſt tranſmigratiónem Babylónis, Jechonías génuit Saláthiel. Saláthiel autem génuit Zoróbabel. Zoróbabel autem génuit Abíud. Abíud autem génuit Elíacim. Elíacim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc. Sadoc autē génuit Achim. Achim autem génuit Elíud. Elíud autem génuit Eléazar. Eléazar autem génuit Mathan. Mathan autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Joſeph virum Maríæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus.

Poſtea dicitur Te Deum, *quo finito ſine* ℣. *Sacerdotali, celebratur Miſſa in-Nocte. Et Antiphonâ ad Communionem cantatâ, inchoantur Laudes abſolutè ab impoſitione Antiphonæ*, Paſtores, *Sacerdote ad altare interim remanente.*

AD LAUDES MATUTINAS.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 1. *toni.* a.

PAſtóres erant vigilántes, & cuſtodiéntes vigílias noctis ſuper gregem ſuum. *Luc.* 2. 8.

Ant. 1. D. Ecce Angelus Dómini ſtetit juxta illos, & cláritas Dei circunfúlſit illos, & timuérunt timóre magno. *Luc.* 2. 9.

Ant. 7. *d.* Dixit illis Angelus: Nolíte timére; ecce enim evangelízo vobis gaúdium magnum, quia natus eſt vobis hódie Salvátor. *Luc.* 2. 10. 11.

Ant. 7. *d.* Facta eſt.

Locò Cantici, Benedícite, *dicitur ſequens*

Canticum Iſaiæ. c. 25. 1. *ad* 9.

DOmine, Deus meus es tu; * exaltábo te, & confitébor nómini tuo;

Quóniam fecíſti mirabília, * cogitatiónes antíquas fidéles. Amen.

Quia poſuíſti civitátem in túmulum; * urbem fortem in ruínam, domum alienórum,

Ut non ſit cívitas, * & in ſempitérnum non ædificétur.

Super hoc laudábit te pópulus fortis, * cívitas géntium robuſtárum timébit te;

Quia factus es fortitúdo paúperi, fortitúdo egéno in tribulatióne ſua, * ſpes à túrbine, umbráculum ab æſtu.

Spíritus enim robuſtórum, * quaſi turbo impéllens paríetem.

Sicut æſtus in ſiti, tumúltum alienórum humíliábis; * & quaſi calóre ſub nube torrénte, propáginem fórtium marcéſcere fácies.

ciet Dóminus exercí-
ómnibus pópulis in
hoc convívium pín-
:onvívium vindémiæ,*
m medullatórum, vin-
lefæcátæ.
ɔræcipitábit in monte
iem vínculi colligáti
mnes pópulos, * & te-
ım ordítus eſt ſuper
natiónes.
ɔitábit mortem in ſem-
n ; * & aúferet Dó-
)eus lácrymam ab om-
,
ppróbrium pópuli ſui
de univérſa terra : *
ɔminus locútus eſt.
cet in die illa : Ecce
oſter iſte, * expectávi-
m, & ſalvábit nos :
)óminus, ſuſtinúimus
exultábimus, & lætá-
n ſalutári ejus.
ia Patri.
Facta eſt cum Angelo
lo milítiæ cœléſtis lau-
ı Deum, & dicéntium :
n altíſſimis Deo, & in
k homínibus bonæ vo-
Luc. 2. 13. 14.
7. a. Paſtóres loque-
.d ínvicem : Tranſeá-
ue Béthlehem, & vi-
hoc verbum quod
eſt, quod Dóminus
nobis. *Luc.* 2. 15.
i *iſtâ Antiphonâ, inci-*
'dos ad altare ſequen.
iph. qua duplicatur.
ːnedíctus, *Ant.* 1. D.*
: venérunt feſtinántes ;

& invenérunt Maríam & Joſeph, & infántem póſitum in præſépio. Vidéntes autem cognovérunt de verbo quod dictum erat illis de púero. *Luc.* 2. 16. 17.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Dómine Deus noſter, ut qui nativitátem Dómini noſtri Jeſu Chriſti myſtériis nos frequentáre gaudémus; dignis converſatiónibus ad ejus mereámur pertíngere consórtium; Qui tecum vivit.

Hodie ſic dicuntur Laudes, etiam extra Chorum.

AD HORAS, *in fine Hymnorum dicitur Doxologia,*

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.

Quæ Doxologia dicitur in fine Hymnorum ejuſdem metri, etiam cùm ſit de Sancto, uſque ad Præſentationem Domini incluſivè, niſi aliter notetur.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM, *Ant.* 6. F. Benedíctus qui venit in nómine Dómini : Deus Dóminus, & illúxit nobis. *Pſ.* 117. 26. 27.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.

Qui ℣. *dicitur quotidie uſque ad Præſentationem Domini incluſivè, niſi aliter notetur.*

Oratio.

COncéde, quæſumus omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem

natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetúſta ſérvitus tenet. *Et Oratio*, Dómine ſanćte, Pater omnípotens, &c. *ſub unica concluſione.*

Quæ duæ Orationes dicuntur ad Primam per totam Octavam, etiam in Officio de Dominica, vel de Feſto, niſi aliter notetur.

CANON.

Ex Concílio Toletáno.

An. 684. *cap.* 10.

SI quis Jeſu Chriſto Dei filio, ex útero Maríæ vírginis nato, áliquid aut divinitátis immínuit, aut de ſuſcépta humanitáte ſubdúcit, exceptâ ſolâ lege peccáti, & non eum verum Deum, hominémque perféćtum in una perſóna ſubſiſtentem ſinceríſſimè credit; anáthema ſit.

AD TERTIAM, *Ant.* 1. a. Deus prior diléxit nos, & miſit Fílium ſuum propitiatiónem pro peccátis noſtris. 1. *Joan.* 4. 10.

Capitulum. *Hebr.* 1. 1. 2.

MUltifáriàm, multíſque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis; noviſſimè diébus iſtis locútus eſt nobis in Fílio, quem conſtítuit herédem univerſórum, per quem fecit & ſécula.

℟. *breve*, Exultávit ut gigas * Ad curréndam viam, * Allelúia, allelúia. ℟. Exultávit. ℣. A ſummo cœlo egréſſio ejus. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Exultávit. *Pſ.* 18. 6.

℣. Occúrſus ejus uſ[...] ſummum ejus; ℟. Nec ſe abſcóndat à calór[...] *Pſ.* 18. 7.

Oratio, Concéde, *ſ*[...] *Primam.*

AD SEXTAM, *An*[...] Fílius Dei venit, & de[...] bis ſenſum ut cogn[...] verum Deum, & ſimu[...] to Fílio ejus. 1. *Joan.*

Capitulum. *Tit.* 2.

APpáruit grátia D[...] tóris noſtri ómni[...] mínibus, erúdiens nos[...] negántes impietátem, [...] lária deſidéria, ſóbriè, [...] & piè vivámus in hoc [...]

℟. *breve*, Fílii Sion [...] mini in Dómino Deo [...] * Allelúia, allelúia. [...] ℣. Quia dedit vobis d[...] juſtítiæ. * Allelúia, [...] Glória. ℟. Fílii. *Joel* 2[...]

℣. Ille appáruit ut [...] noſtra tólleret, ℟. E[...] tum in eo non eſt. 1. *J*[...]

Oratio, Concéde, [...] *Primam.*

AD NONAM, *A*[...] Adoráte Dóminum [...] Angeli ejus. *Pſ.* 96. 8.

Capitulum. *Heb*[...]

CUm introdúcit D[...] mogénitum in orb[...] ræ, dicit: Et adóre[...] omnes Angeli Dei.

℟. *breve*, Verè * Tu [...] abſcónditus; * Allelú[...] lúia. ℟. Verè. ℣. De[...] ſalvátor. * Allelúia, [...] Glória. ℟. Verè. *Iſai.*

℣. Te adorábunt, teque deprecabúntur: ℟. Tantùm in te eſt Deus. *Iſai.* 45. 14.

Oratio, Concéde, *ſuprà ad Primam.*

AD VESPERAS.

Antiphona 1. *toni*. D.

TEcum princípium in die virtútis tuæ, in ſplendóribus ſanctórum: ex útero ante lucíferum génui te. *Pſ.* 109. 3.

Pſalmus, Dixit Dóminus, 23.

Ant. 5. *F.* Redemptiónem miſit pópulo ſuo, mandávit in ætérnum teſtaméntum ſuum. *Pſ.* 110. 9.

Pſalmus, Confitébor, 24.

Ant. 7. b. Exórtum eſt in ténebris lumen rectis, miſéricors, & miſerátor, & juſtus. *Pſ.* 111. 4.

Pſalmus, Beátus vir, 24.

Ant. 4. *irreg.* c. Apud Dóminum miſericórdia, & copióſa apud eum redémptio. *Pſ.* 129. 7.

Pſalmus, De profúndis, 78.

Ant. 8. G. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. *Pſ.* 131. 11.

Pſalmus, Meménto, 94.

Capitulum. 1. *Joan.* 4. 9.

IN hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Fílium ſuum unigénitum miſit Deus in mundum, ut vivámus per eum.

℟. Párvulus natus eſt nobis, & Fílius datus eſt nobis; * Et vocábitur nomen ejus, Admirábilis, Conſiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri ſéculi, Princeps pacis. *Iſai.* 9. 6. ℣. Hic erit magnus, & Fílius Altíſſimi vocábitur, & dabit illi Dóminus Deus ſedem David patris ejus. *Luc.* 1. 32. * Et vocábitur. Glória. *Repetitur* ℟. Párvulus.

Hymnus.

O Quanta cœli gaúdia núntiant!
Optáta nobis exóritur ſalus,
Jugo vetúſtæ ſervitútis
Exúimur, reparátur orbis.

Quod ante mundi témpora, de Dei
Verbum patérno prodíerat ſinu,
De matris alvo prodit infans,
Tempóribus quaſi ſubderétur.

O quam ſtupéndo náſcitur órdine!
Noſtro coáptat ſe géneri volens;
Sub carne noſtra, victa mors eſt:
Iſte Deum décuit triúmphus.

Pannis amíctus vílibus, hóſpitâ
Algens ferárum vágiit in ſpecu;
Orbis ſalútem vagiéndo
Ecce Deus puer auſpicátur.

Qui nos creávit, glória ſit Patri;
Qui nos redémit, glória Fílio;
Qui pura donis corda replet,
Spirítui ſit honos perénnis.
Amen.

℣. Lætábimur in ſalutári tuo, ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſ.* 19. 6.

Ad Magníf. *Ant.* 1. *f.** *Dupl.* Ecce Deus noſter iſte, expectávimus eum, & ſalvábit nos; iſte Dóminus, ſuſtinúimus eum; exultábimus, & lætábimur in ſalutári ejus. *Iſai.* 25. 9.

Oratio, Concéde, *ſuprà ad Primam.*

Pro Commemoratione S. Stephani dicitur ſequens Antiphona 2. D.* Mittam ad illos Prophétas & Apóſtolos, & ex illis occídent & perſequéntur; ut inquirátur ſanguis ómnium Prophetárum, qui effúſus eſt à conſtitutióne mundi à generatióne iſta. *Luc.* 11. 49. 50.

Canticum Magníficat: *quo finito repetitur Antiphona* Mittam, *ſine Neumate*, *deinde* ℣. Dóminus vobíſcum, &c.

Oratio.

GRátias tibi ágimus, Dómine, de multiplicátis circa nos miſeratiónibus tuis; qui & Fílii tui nativitáte nos ſalvas, & beáti mártyris tui Stéphani deprecatióne ſuſténtas; Per eúndem Dóminum.

℣. Dóminus vobíſcum,
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

[*In Cathedrali pro Commemoratione S. Stephani fit Proceſſio in cappis ſericis & circuitu circa chorum cantando Reſponſorium de Sancto: & dicto verſu cum reclamatione, incipitur Antiphona*, Mittam, *quæ dicitur integrè.*

Deinde Canticum, Magníficat, *Et poſt* Sicut erat, *repetitâ Antiphona*, Mittam, *ſine neumate & ℣. dicitur*, Dóminus vobíſcum. *Oratio*, Grátias.

℣. Dóminus vobíſcum,
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.]

Ad Completorium.

Ant. 1. a. Egreſſus es Dómine, in ſalútem pópuli tui, in ſalútem cum Chriſto tuo. *Habac.* 3. 13.

Hymnus, Virgo Dei génitrix, *ſuprà*, 145.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Vidérunt óculi mei ſalutáre tuum. *Luc.* 2. 30.

Oratio, Concéde, *ſuprà ad Primam*, *& Oratio*, Véritas, *ſub una concluſione.*

Et ſic per Octavam, etiam in Officio de Dominica, vel de Feſto, niſi aliter notetur.

¶ *Si Feſtum Nativitatis, S. Stephani, S. Joannis, vel SS. Innocentium, incidat in Dominicam, Officium Dominica intrà Octavam fiet die* 30. *Decembris, ut habetur infrà, eodem die* 30.

DIE XXVI. DECEMBRIS.

IN FESTO
NCTI STEPHANI
ROTOMARTYRIS.

ANNUALE.

OFFICIUM
CTURNUM.
torium, Jeſum, quem
hanus ſtantem à dex-
,* Veníte, adorémus.
5.
us, Veníte, 2.
. *Santol. Vict.*
ii tuo, dux Mártym-
um,
corónam nómine,
cadúcis flóribus
ónam néctimus.
cruénta ſánguine.
axa fulgent púlcriùs
acro vértici!
micárent sídera.
r facta fronti vúlnera,
lucis émicant,
lo monſtrat parem,
odit è vultu, jubar.
ima Chriſto víctimæ
ependis víctima,
ae teſtis, æmulo
ıtéris fúnere.
rimus oſténſam tibi
ıbri ſulcas viam;
ſequéntur Mártyrum,
præis, exércitus!
natus es de Vírgine,
ibi ſit glória,
Cum Patre cúmque Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.

Pſalmi de Dominica.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. *Duplicatur.* Convocántes Duódecim multitúdinem diſcipulórum, dixérunt: Non eſt æquum nos derelínquere verbum Dei, & miniſtráre menſis. *Act.* 6. 2.

Ant. 2. D. Conſideráte viros ex vobis boni teſtimónii ſeptem, plenos Spíritu-ſancto & ſapiéntiâ, quos conſtituámus ſuper hoc opus. *Act.* 6. 3.

Ant. 5. F. *dupl.* Plácuit ſermo coram omni multitúdine. Et elegérunt Stéphanum. *Act.* 6. 5.

℣. Diáconi probéntur primùm; ℟. Et ſic miniſtrent. 1. *Tim.* 3. 10.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 6. 1. *ad* 6.

IN diébus illis, creſcénte número diſcipulórum, factum eſt murmur Græcórum advérsùs Hebræos, eò quòd deſpiceréntur in miniſtério quotidiáno viduæ eórum. Convocántes autem Duódecim

multitúdinem diſcipulórum, dixérunt: Non eſt æquum nos derelínquere verbum Dei, & miniſtráre menſis. Conſideráte ergo, fratres, viros ex vobis boni teſtimónii ſeptem, plenos Spíritu-ſancto & ſapiéntiâ, quos conſtituámus ſuper hoc opus. Nos verò oratióni & miniſtério verbi inſtántes érimus. Et plácuit ſermo coram omni multitúdine. Et elegérunt Stéphanum virum plenum fide & Spíritu-ſancto, & Philíppum, & Próchorum, & Nicánorem, & Timónem, & Pármenam, & Nicoláum ádvenam Antiochénum. Hos ſtatuérunt ante conſpéctum Apoſtolórum; & orántes impoſuérunt eis manus. Tu autem.

℟. Stéphanum, virum plenum fide & Spíritu-ſancto, * Statuérunt ante conſpéctum Apoſtolórum; & orántes impoſuérunt ei manus. *Act.* 6. 5. 6. ℣. Locútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Státues Levítas in conſpéctu Aáron & filiórum ejus, & conſecrábis oblátos Dómino. *Num.* 8. 5. 13. * Statuérunt.

Lectio ij. *v.* 8. *ad fin.*

STéphanus autem plenus grátiâ & fortitúdine faciébat prodígia & ſigna magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de ſynagóga, quæ appellátur Libertinórum, & *Cyrenénſium*, & Alexandrinórum, & *eórum* qui erant à Cilícia, & Aſia, diſputántes cum Stéphano: & non póterant reſiſtere ſapiéntiæ, & Spirítui qui loquebátur. Tunc ſummiſérunt viros, qui dícerent ſe audivíſſe eum dicéntem verba blaſphémiæ in Móyſen, & in Deum. Commovérunt itaque plebem, & Senióres, & Scribas: & concurréntes rapuérunt eum, & adduxérunt in concílium, & ſtatuérunt falſos teſtes, qui dícerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba advérsùs locum ſanctum, & legem; audívimus enim eum dicéntem: Quóniam Jeſus Nazarénus hic déſtruet locum iſtum, & mutábit traditiónes quas trádidit nobis Móyſes. Et intuéntes eum omnes qui ſedébant in concílio, vidérunt fáciem ejus tanquam fáciem Angeli.

℟. Levítes præpóſitus erat iis quæ ſponte offerebántur Dómino; * Univerſæque multitúdini fidéliter cibi præbebántur. 2. *Par.* 31. 14. 18. ℣. Quotquot poſſeſſóres agrórum erant, vendéntes afferébant prétia: dividebátur autem ſingulis prout cuíque opus erat. *Act.* 4. 34. 35. * Univerſæque.

Lectio iij. *c.* 7. 55. *ad* 59.

CUm autem eſſet plenus Spíritu-ſancto, inténdens in cœlum, vidit glóriam Dei, & Jeſum ſtantem à dextris Dei. Et ait: Ecce vídeo cœlos apértos, & Fílium hóminis ſtantem à dextris Dei. Exclamántes autem voce magnâ

: aures ſuas, &
érunt unanímiter
iciéntes eum ex-
ı, lapidábant: &
ıérunt veſtiménta
des adoleſcéntis,
r Saulus. Et lapi-
hanùm invocán-
éntem: Dómine
: ſpíritum meum.
ı génibus, clamá-
gnâ, dicens: Dó-
uas illis hoc pec-
ìm hoc dixíſſet,
ın Dómino.
ninat in benedi-
e benedictiónibus
icut ſcriptum eſt:
dedit paupéribus;
mánet in ſéculum
. 9. 6. 9. ℣. Elee-
ıs enarrábit omnis
tórum. *Eccli.* 32.
it. Glória. *Repeti-*
éminat.

I OCTURNO.

. *dupl.* Stéphanus
ı & fortitúdine, fa-
gia & ſigna magna
Act. 6. 8.
. Sapiéntia firmá-
, & non flectétur;
t illum, & exaltá-
ud próximos ſuos.
. 4.
. *dupl.* Confirmá-
ejus; non com-
, donec deſpiciat
os. *Pſ.* 111. 8.
potens *in verbis*,
éribus ſuis. Act.

Sermo ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

Serm. 3. *de S. Stephano.*

Lectio iv.

HEri celebrávimus temporálem ſempitérni Regis noſtri natálem; hódie celebrámus triumphálem mílitis paſſiónem.... Herì Chriſtus pro nobis pannis eſt involútus; hódie Stéphanus ſtolâ eſt ab eo immortalitátis indútus. Herì præſépis angúſtia Chriſtum portávit infántem; hódie imménſitas cœli ſuſcépit Stéphanum triumphántem... Neceſſárium nobis eſt, fratres cariſſimi, agnóſcere quibus armis præcínctus Stéphanus, ſævítiam Judæórum pótuit ſuperáre; ut ita meruíſſet felíciter triumpháre.

℟. Potens in Scriptúris, erat edóctus viam Dómini; &* Fervens ſpíritu loquebátur, & docébat diligénter ea quæ ſunt Jeſu. *Act.* 18. 24. 25. ℣. Sápiens tanquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ. *Eccli.* 39. 9. * Fervens.

Lectio v. *Poſt pauca.*

INvíctæ in eo enítuit inſígne virtútis, quæ nec freméntium ſævítiam formidávit, nec lapidántium íctibus devícta ſuccúbuit. Uſque ádeo enim inter freméntes permánſit intérritus, & inter lápidum fuit cruciaménta ſecúrus, ut incredulitátem Judæórum [illegible] ter argúeret, & benig[illegible] lapidántibus exorá[illegible]

eſt ergò tam magnum atque inſuperábile genus armórum? . . . Procul dúbio numínime régio ſeptus, nullátenus eſt ab adverſáriis ſuperátus, quóniam Rex noſter, cùm ſit altíſſimus, pro nobis húmilis venit; ſed inánis veníre non pótuit. Mágnum quippe donatívum ſuis milítibus áttulit, quo eos non ſolùm copióſè ditávit, ſed étiam ad certándum invictíſſimè confortávit. Attulit namque donum caritátis, quo perdúceret hómines ad conſórtium deitátis.

℟. Cœpit fiduciáliter ágere in ſynagóga; * Veheménter enim Judæos revincébat públicè, oſténdens per Scriptúras, eſſe Chriſtum Jeſum. *Act.* 18. 26. 28. ℣. Surréxit quaſi ignis, & verbum ipsíus quaſi fácula ardébat. *Eccli.* 48. 1. * Veheménter.

Lectio vj. *Paulò pòſt.*

CAritas ergo quæ de cœlo ad terras depóſuit Chriſtum, ipſa Stéphanum de terra elevávit ad cœlum. Cáritas quæ præcéſſit in Rege, ipſa ſubſequénter refúlſit in mílite. O admiránda ubíque poténtia Salvatóris! O prædicánda indeſinénter grátia Redemptóris! . . . Stéphanus ergo ut nóminis ſui corónam meruíſſet accípere, caritátem pro armis habébat; & per ipſam ubíque vincébat. Per caritátem Dei ſæviéntibus Judæis non ceſſit: per caritátem próximi pro lapidántibus intercéſſit. Per caritátem arguébat errántes, ut corrigeréntur: per caritátem pro lapidántibus orábat, ne p[illegible]réntur. Caritátis virtúte [illegible] níxus vicit Saulum crudéliter ſæviéntem; & quem hábuit in terra perſecutórem, in cœlo méruit habére conſórtem.

℟. Surrexérunt quidam [illegible] ſynagóga, diſputántes cum Stéphano; * Et non póterant reſíſtere ſapiéntiæ, & Spiritui qui loquebátur. *Act.* 6. 9. ℣. Obſtrúctum eſt os loquéntium iníqua. *Pſ.* 62. 12. * Et non. Glória. *Repet.* ℟. Surrexérunt.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. g. *dupl.* Judæi [illegible] ſunt zelo, & contradicébant his quæ dicebántur, blaſphemántes. *Act.* 13. 45.

Ant. 8. G. Summiſérunt viros qui dícerent ſe audiviſſe Stéphanum dicéntem verba blaſphémiæ in Móyſen, & in Deum. *Act.* 6. 11.

Ant. 7. d. *dupl.* Commovérunt plebem, & Senióres, & Scribas; & concurréntes rapuérunt Stéphanum. *Act.* 6. 12.

℣. Lábia dolóſa loquúntur adversùs juſtum iniquitátem, ℟. In ſupérbia, & in abuſióne. *Pſ.* 30. 19.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 23. 34. *ad* 39.

IN illo témpore; Dixit Jeſus Scribis, & Phariſæis: Ecce ego mitto ad vos Prophétas, & Sapiéntes, & Scri

is occidétis, &
& ex eis flagellá-
gógis veſtris, &
de civitáte in
réliqua.
ncti Hierónymi
ſbyteri.
*ment. in c. 23.
Matt.*
d ántea dixerá-
Impléte menſú-
veſtrórum;] ad
mini pertinére,
déndus eſſet ab
& ad diſcípulos
de quibus nunc
rgo mitto ad vos
& Sapiéntes, &
x illis occidétis,
, & flagellábitis
veſtris, & per-
civitáte in civi-
mpleátis menſú-
veſtrórum.] Si-
ra, juxta Apó-
item ad Corín-
ſe dona diſcipu-
: álios Prophé-
úra prædícant;
s, qui nóverint
nt proférre ſer-
Scribas in lege
x quibus lapidá-
mus, Paulus oc-
cus Petrus, fla-
ibus Apoſtoló-

unt Stéphanum
, & ſtatuérunt
qui dícerent:
non ceſſat loqui
locum ſanctum,

& legem. *Act.* 6. 12. 13. ℣. Addúctis viris fíliis diáboli, fecérunt eos ſedére contra eum: at illi dixérunt contra eum teſtimónium coram multitúdine. 3. *Reg.* 21. 13. * Homo.

Lectio viij. *Multò pòſt.*

JErúſalem, Jerúſalem, quæ occídis Prophétas, & lápidas eos qui ad te miſſi ſunt.] Jerúſalem non ſaxa & ædificia civitátis, ſed habitatóres vocat: quam patris plangit afféctu; ſicut & in álio loco légimus, quòd videns eam, fléverit. In eo autem quòd dicit: [Quóties vólui congregáre fílios tuos;] omnes retro Prophétas à ſe miſſos eſſe teſtátur... [Ecce relinquétur vobis domus veſtra deſérta.] Hoc ipſum ex perſóna Jeremíæ jam ante díxerat: [Relíqui domum meam: dimíſi hereditátem meam: facta eſt mihi heréditas mea quaſi ſpelúnca hyénæ.] Deſértam Judæórum domum, id eſt, templum illud quod fulgébat augúſtiùs, óculis comprobámus; quia habitatórem Chriſtum pérdidit, & hereditátem prærípere géſtiens, occídit herédem.

℟. Intuéntes Stéphanum omnes qui ſedébant in concílio, * Vidérunt fáciem ejus tanquam fáciem Angeli. *Act.* 6. 15. ℣. Símilem illum fecit Deus in glória Sanctórum, & magnificávit eum in timóre inimicórum. *Eccli.* 45. 2. * Vidérunt.

Lectio ix.

DIco enim vobis: Non me videbitis ámodo, donec dicátis: Benedíctus qui venit in nómine Dómini.] Ad Jerúſalem lóquitur, & ad pópulum Judæórum. Versículum autem iſtum, quo & párvuli atque lacténtes in ingréſſu Jerúſalem Dómini ſalvatóris uſi ſunt, quando dixérunt: [Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Oſánna in excélſis:] ſumpſit de centéſimo décimo ſéptimo Pſalmo, qui maniféſtè de advéntu Dómini ſcriptus eſt. Et quod dicit, hoc vult intélligi: Niſi pœniténtiam egéritis, & conféſſi fuéritis ipſum me eſſe, de quo Prophétæ cecinérunt, Fílium omnipoténtis Patris; meam fáciem non vidébitis. Habent Judæi datum ſibi tempus pœniténtiæ, confiteántur benedíctum qui venit in nómine Dómini, & Chriſti ora conſpícient.

℟. Cùm eſſet Stéphanus plenus Spíritu-ſancto, inténdens in cœlum, vidit glóriam Dei, & ait;* Ecce vídeo cœlos apértos, & Fílium hóminis ſtantem à dextris Dei. *Act.* 7. 55. ℣. Ecce in cœlo teſtis meus, & cónſcius meus in excélſis. *Job* 16. 20.* Ecce. Glória. ℟. Cùm eſſet.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Confitébor nómini tuo, Dómine; ℟. Quóniam adjútor & prot[...]ctus es mihi. *Eccli.* 51

Pſalmi de Dom[...]

Antiphona 1. *to*[...]

EGo replétus ſum [...]dine Spíritûs Dó[...]dício, & virtúte; [...]tiem Iſraël peccátu[...] *Mich.* 3. 8.

Ant. 3. *a.* Teſtes i[...] ſannábant me ſubſa[...] frenduérunt ſuper m[...] ſuis. *Pſ.* 34. 11. 16.

Ant. 7. *d.* Locúti [...] furor illis, ſicut áſpi[...] & obturántis aures [...] 57. 4. 5.

Ant. 8. G. Iníqui i[...]runt ſuper me, & [...] poténtium quæſiérun[...] meam. *Pſ.* 85. 14.

Ant. 2. D. Dicunt [...]tur; & aſpíciat óculi [...] ipſi autem non cog[...] cogitatiónes Dómi[...] 4. 11. 12.

Capitulum. *Apoc.*

HÆc dicit primu[...] víſſimus: Blaſp[...] ab his qui ſe dicun[...] eſſe, & non ſunt; ſe[...]nagóga ſátanæ. Nihi[...] tímeas quæ paſſúrus [...]

Hymnus. *San*[...]

QUID obſtináta [...]
Verbo Dei res[...]
Qui vos Deo plenus [...]
Hunc deſtinátis ſúne[...]

OMNES in unum [...]
Saxis gravant truces [...]
Hunc, párticeps Saul[...]
Per ómnium dextras [...]

Quid hoc? repéntè pánditur
Stelláta cœli régia.
Ad déxteram Patris videt
Sublímè ſtantem Fílium.

Non déſeris dux mílitem,
Quem Chriſte ſpectans róboras;
Stas árbiter certáminis,
Futúrus ipſe præmium.

Deo mori ſub júdice
Pugnántis eſt victória.
Dum grando ſaxórum pluit,
Nil ſentit affixus polo.

Mens nempe largo vívidæ
Torrénte lucis ébria,
Nil córporis memor ſui,
Jam ſe Beátis ínſerit.

Servire menſis paúperum
Id múneris quondam tui;
Convíva nunc dignus Deo
Menſis ſupérnis áſſides.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Data eſt ei coróna, ℟. Et exivit vincens ut vínceret. *Apoc.* 6. 2.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. *Dupl.* Exclamántes voce magnâ continuérunt aures ſuas, & ímpetum fecérunt unanímiter in Stéphanum; & ejiciéntes eum extra civitátem, lapidábant. *Act.* 7. 56. 57.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Dómine, imitári quod cólimus, ut diſcámus & inimícos dilígere; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro perſecutóribus exoráre Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum; Qui tecum.

Deinde fit Commemoratio Nativ. per Ant. Egréſſus eſt, ℣. *&* Orat. *quæ habentur infrà poſt Completorium.*

Ad Horas, *in fine Hymnorum, Doxologia*, Qui natus es de Vírgine, &c.

Pſalmi de Dominica.

Ad Primam, *Ant.* 7. a. Audíte durâ cervíce, vos ſemper Spirítui-ſancto resíſtitis. Audiéntes hæc ſtridébant déntibus in Stéphanum. *Act.* 7. 51. 54.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.

Oratio, Da nobis, *ſuprà*, *&* Dómine ſancte, Pater omnípotens, *ſub una concluſione.*

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi primo.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 7. *de Diaconibus.*

IN Evangélio Diáconûm primórdia & in Actibus Apoſtolórum ita legúntur: Convocántes autem duódecim Apóſtoli multitúdinem diſcipulórum, dixérunt: Non eſt æquum nos relínquere verbum Dei, & miniſtráre menſis. Conſiderate ex vobis viros boni teſtimónii ſeptem, plenos ſpíritu ſapiéntiæ, quos conſtituámus in hanc rem... Et elegérunt ſtatim Stéphanum, virum plenum fide & Spíritu-ſancto.

Ad Tertiam, *Ant.* 7. c. Quare detraxíſtis ſermónibus veritátis, cùm è vobis nullus ſit qui poſſit argúere me? *Job* 6. 25.

Capitulum. *Ezech.* 3. 7. 8.

DIxit ad me Dóminus: Domus Iſraël nolunt audíre te, quia nolunt audíre me; omnis quippe domus Iſraël attrítâ fronte eſt, & duro corde. Ecce dedi fáciem tuam valentiórem faciébus eórum.

℟. *breve*, Príncipes perſecúti ſunt me gratìs: *Allelúia, allelúia. ℟. Príncipes. ℣. Et à verbis tuis formidávit cor meum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Príncipes. *Pſ.* 118. 161.

℣. Sedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur; ℟. Servus autem tuus exercebátur in juſtificatiónibus tuis. *Pſ.* 118 23.

Ad Sextam, *Ant.* 5. a. Zelo zelátus ſum pro Dómino Deo, & quærunt ánimam meam ut aúferant eam. 3. *Reg.* 19. 10.

Capitulum. *Ezech.* 3. 9.

FIli hóminis, ut adamántem, & ut sílicem dedi fáciem tuam: ne tímeas eos, neque métuas à fácie eórum.

℟. *breve*, Dóminus mihi adjútor, non timébo quid fáciat mihi homo; * Allelúia, allelúia. ℟. Dóminus. ℣. Dóminus mihi adjútor, & ego deſ[illegible] inimícos meos. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dó[illegible] *Pſ.* 117. 6. 7.

℣. Dóminus [illegible] d
mihi ne commóvear:
ter hoc lætátum eſt co
Pſ. 15. 8. 9.

Ad Nonam, [illegible]
Dóminus mihi áſtitit
fortávit me, ut per m
cátio impleátur. 2. Ti

Capitulum. *Iſai.* 5

DOminus Deus a
meus, ídeo r
confúſus; ídeo póſu
meam ut petram dur
& ſcio quóniam non
dar: juxtà eſt qui juſti

℟. *breve*, Ecce De
vat me: * Allelúia,
℟. Ecce Deus. ℣. Et l
ſuſcéptor eſt ánima
* Allelúia, allelúia.
℟. Ecce Deus. *Pſ.* 5

℣. Dóminus ill
mea, & ſalus mea; n
timébo? *Pſ.* 26. 1.

A D V E S P E

Antiphonæ & Pſal
Veſperis Nativitatis,

Capitulum. *Job*

PAſſus ſum abſque
te manûs meæ, cù
rem mundas ad Deur

℟. Teſtes depoſuérı
ménta ſua ſecus pede
céntis, qui vocabátu
& * Lapidábant Sté
invocántem, & di
Dómine Jeſu, ſúſci
tum meum. *Act.* 7.

℣. Eduxérunt eum
vitátem, & lapídibus
cérunt. 3. *Reg.* 21. 13.
bant. Glória. ℟. Teſt

ius. *Santol. Vict.*
.RIS probat ſeſe modis
ſuos in hoſtes cáritas ;
ndiens & íncrepans ,
. ſemper cáritas.
CTIS jacens cervícibus ,
períre lætior ;
ſte , dixit , ſúſcipe
pono pro te ſpíritum.
I ſtans perorábat ſibi ;
s & expírans humi ,
ì diſérti ſánguinis ,
erórat hóſtibus.
DIVIT è cœlo Deus
na verba Mártyris ;
ſaulus , & teſtis necis ,
fit ipſe præmium.
M blanda mors amábili
e clauſit lúmina ;
cis ætérnæ jubar ,
; artus , évolat.
ID non , Deus , ſi réſpi-
is ,
na poſſunt péctora !
triúmphum pángimus ,
s & exémplum ſequi.
I , natus es de Vírgine ,
tibi ſit glória ,
Patre cumque Spíritu ,
ipitérna ſécula.
men.
oſuérunt advérsùm me
ro bonis ; ℟. Et ódium
ectióne mea. *Pſ.* 108. 5.
lagníf. *Ant.* 1. *D. Dupl.*
génibus clamávit voce
Stéphanus : Dómine ne
illis hoc peccátum. Et
c dixíſſet , obdormívit
nino. *Act.* 7. 59.
tio , Da nobis , *ſuprà*
dibus.

Deinde ſit Commemoratio de S. Joanne.

Ant. Aſſúmam te , ſerve meus , dicit Dóminus ; & ponam te quaſi ſignáculum , quia te elégi. *Agg.* 2. 24.

℣. Elégi te , & non abjéci te ; ne tímeas , ℟. Quia ego tecum ſum. *Iſai.* 41. 9. 10.

Oratio , Ecclésiam tuam , *infrà ad Laudes* , 240.

Et de Nativitate , *Ant.* Ecce Deus , ℣. *& Oratio infrà poſt Completorium.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Stetit in conſpéctu pópuli , & dixit eis : Quare tranſgredímini præcéptum Dómini ? Qui congregáti advérsùs eum , miſérunt lápides. 2. *Par.* 24. 20. 21.

Hymnus , Virgo Dei génitrix , *ſuprà* , 145.

Ad Nunc dimíttis , *Ant.* 5. *a.* Poſuíſti , Dómine , in cápite ejus corónam de lápide pretióſo. *Pſ.* 20. 4.

Orationes , Da nobis , *ſuprà in Laudibus* , *&* Véritas , *ſub una concluſione.*

COMMEMORATIONES OCTAVARUM.

Pro Commemoratione Nativitatis ad Laudes , *Antiphona* , Egréſſus eſt ſalvátor meus : & nunc qui redémpti ſunt à Dómino , reverténtur , & vénient in Sion laudántes. *Iſai.* 51. 5. 11.

℣. Deus rex noſter ante ſécula , operátus eſt ſalútem ℟. In médio terræ. *Pſ.* 7

Ad Veſperas, *Ant.* Ecce Deus noſter iſte, expectávimus eum, & ſalvábit nos: iſte Dóminus, ſuſtinúimus eum; exultábimus, & lætábimur in ſalutári ejus. *Iſai.* 25. 9.

℣. Lætábimur in ſalutári tuo, ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſ.* 19. 6.

Oratio.

CONcéde, quæſumus omnipotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetúſta ſérvitus tenet; Per eúndem.

Pro Commemoratione S. Stephani ad Laudes, *Ant.* Exclamántes voce magnâ continuérunt aures ſuas, & ímpetum fecérunt unanímiter in Stéphanum; & ejiciéntes eum extra civitátem, lapidábant. *Act.* 7. 56. 57.

℣. Data eſt ei coróna, ℟. Et exívit vincens ut vínceret. *Apoc.* 6. 2.

Ad Veſperas, *Ant.* Póſitis génibus clamávit voce magnâ Stéphanus: Dómine ne ſtátuas illis hoc peccátum. Et cùm hoc dixíſſet, obdormívit in Dómino. *Act.* 7. 59.

℣. Poſuérunt adversùm me mala pro bonis, ℟. Et ódium pro dilectióne mea. *Pſ.* 108. 5.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Dómine, imitári quod cólimus, ut diſcámus & inimícos dilígere; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit

étiam pro perſec
ráre Dóminum
ſum Chriſtum
Qui tecum.

DIE XXVII.
In Fe
S. JOANNIS
ET EVANG
Duplex
AD OFF
NOCTU
Invitatorium,
ligébat diſcípulu
*Veníte, adorém
Pſalmus, Ve
Hymnus.
TU quem
Chriſtus
O dulces hómini
Curárum ſócius
comes,
Et teſtis quoc
FORTUNATE ni
tum fuit
Attrectáre man
hóminem
Hunc audíre, óc
mútuo
Quin & colló
HÆC dos quan
tibi crédid
Senſus Chriſtus
ris íntimo
Quando monte
homo De
Seſe númine
JESU tu plácid
ſinu,
Potas plena D
mina;
Illápſu tácito ſe
Numen ſénſi

creber répetis; cre-
;r idem ſonas;
d ſaris, Amor, ſic
nor ímperat:
cápiens æſtuat, & ſuis
s rúmpitur ígnibus.
s ſumma Patri, ſum-
íque Fílio;
áncte tibi glória, Spí-
:us:
certa fides, fóntibus
tuis
ı divínitus haúſimus.
nen.

'almi de Feria.

. NOCTURNO.

. a. Vidit Jeſus duos
acóbum Zebedæi, &
n fratrem ejus, in navi
bedæo patre eórum.
21.
ʙ. G. Vidit ipſos Jeſus
éntes rétia in navi; &
ocávit illos. *Marc*. 1. 20.
ʀ. c. Illi ſtatim relíctis
& patre, ſecúti ſunt
Matt. 4. 22.
óminus ipſe eſt heré-
rum: ℟. Sicut locútus
t. 18. 2.

Epíſtola beáti Pauli
ſtoli ad Romános.

. *c*. 1. 1. *ad* 7.

us ſervus Jeſu Chriſti,
ıtus Apóſtolus, ſe-
; in Evangélium Dei
ante promíſerat per
as ſuos in Scriptúris
de Fílio ſuo (qui ſa-
ei ex ſémine David
m carnem; qui præ-
is eſt Fílius Dei in
virtúte, ſecúndùm Spíritum ſanctificatiónis, ex reſurrectióne mortuórum) Jeſu Chriſti Dómini noſtri; per quem accépimus grátiam, & apoſtolátum ad obediéndum fidei in ómnibus géntibus pro nómine ejus; in quibus eſtis & vos vocáti Jeſu Chriſti: Omnibus qui ſunt Romæ, diléctis Dei, vocátis ſanctis; Grátia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Dómino Jeſu Chriſto.

℟. Stupor circundéderat Petrum in captúra píſcium; ſimíliter Jacóbum & Joánnem; * Et relíctis ómnibus, ſecúti ſunt Jeſum. *Luc*. 5. 9. 10. 11. ℣. Ipſi vidérunt ópera Dómini, & mirabília ejus in profúndo. *Pſ*. 106. 24. * Et relíctis.

Lectio ij. *v*. 13. *ad* 17.

NOlo autem vos ignoráre, fratres, quia ſæpe propóſui veníre ad vos, (& prohíbitus ſum uſque adhuc) ut áliquem fructum hábeam & in vobis, ſicut & in céteris géntibus. Græcis ac Bárbaris, ſapiéntibus & inſipiéntibus débitor ſum: ita (quod in me) promptum eſt & vobis qui Romæ eſtis, evangelizáre. Non enim erubéſco Evangélium; virtus enim Dei eſt in ſalútem omni credénti, Judæo primùm & Græco. Juſtítia enim Dei in eo revelátur ex fide in fidem; ſicut ſcriptum eſt: Juſtus autem ex fide vivit.

℟. Vocávit Jeſus ad ſe quos vóluit ipſe; & fecit ut eſſent

duódecim cum illo : &*Impóſuit Jacóbo & Joánni nómina Boanérges, quod eſt, filii tonítrui. *Marc.* 3. 13. 14. 17. ℣. In omnem terram exívit ſonus eórum. *Pſ.* 18. 5.* Impóſuit.

Lectio iij. *v.* 18. *ad* 25.

REvelátur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietátem & injuſtítiam hóminum eórum qui veritátem Dei in injuſtítia détinent ; quia quod notum eſt Dei, maniféſtum eſt in illis ; Deus enim illis manifeſtávit. Inviſibília enim ipsíus, à creatúra mundi, per ea quæ facta ſunt, intelléćta conſpiciúntur ; ſempitérna quoque ejus virtus & divínitas : ita ut ſint inexcuſábiles. Quia cùm cognovíſſent Deum, non ſicut Deum glorificavérunt, aut grátias egérunt ; ſed evanuérunt in cogitatiónibus ſuis, & obſcurátum eſt insípiens cor eórum : dicéntes enim ſe eſſe ſapiéntes, ſtulti facti ſunt.

℟. Aſſúmit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem ; & * Ducit illos in montem excélſum ſeórsùm ſolos, & † Transfigurátus eſt coram ipſis. *Marc.* 9. 1. ℣. Ipſi vidébunt glóriam Dómini, & decórem Dei noſtri. *Iſai.* 35. 2.* Ducit illos. Glória. † Transfigurátus eſt.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Hæc dicit Dóminus : Vocávi te nómine tuo ; meus es tu. *Iſai.* 43. 1.

Ant. 5. F. Eg
Deus tuus, San
ſalvátor tuus ; eg
Iſai. 43. 3. 4.
Ant. 6. F. Da
ſaúros abſcónditos
ſecretórum ; ut ſci
Dóminus, qui vo
tuum. *Iſai.* 45. 3.
℣. Vocábitur
novum, ℟. Quod
nominábit. *Iſai.* 6
Ex libro ſancti H
preſbyteri, de
ribus Eccleſiá
Lectio iv
JOánnes Apóſto
Jeſus amávit
filius Zebedæi, fr
apóſtoli quem He
paſſiónem Dómini
noviſſimus ómni
Evangélium, rogá
Epíſcopis, advér
thum, alióſque he
máximè tunc E
dogma conſúrgens
runt Chriſtum ant
non fuiſſe : unde &
eſt divínam ejus
edícere.
℟. Poſtquam Jeſ
des diſcipulórum, &
buiſſet íterum, * E
bens unus ex diſcíp
Jeſu, quem dilig
Joan. 13. 12. 23.
tiſſimus Dómini
confidénter in eo: q
lamo morábitur,
meros illíus requié
33. 12. * Erat recú

Lectio v.

Jarto décimo autem an-
10, ſecúndam poſt Neró-
perſecutiónem movénte
itiáno, in Patmos ínſu-
relegátus, ſcripſit Apo-
ſim, quam interpretán-
uſtínus martyr, & Ire-
. Interféctо autem Do-
no, & actis ejus ob ní-
crudelitátem à Senátu
ſis, ſub Nerva príncipe
Epheſum; ibíque uſque
rajánum príncipem per-
ans, totas Aſiæ fundávit,
que Eccléſias. Et confé-
énio, ſexagéſimo octávo
paſſiónem Dómini anno
ius, juxta eándem ur-
ſepúltus eſt.

Dixit Jeſus: Unus ex
tradet me. Unus ex diſ-
s, quem diligébat Jeſus,
it ei: Dómine, quis eſt?
indit Jeſus: Ille eſt, cui
tum panem porréxero.
13. 21. 23. 25. 26.
piéntia denudábit abſ-
ſua illi qui illam díligit.
4. 21. * Dicit ei.
ommentáriis ejúſdem in
píſtolam ad Gálatas.
Lib. 3. *cap.* 6.

Lectio vj.

átus Joánnes evangelí-
a, cùm Epheſi morarétur
ad últimam ſenectútem,
inter diſcipulórum ma-
l Eccléſiam deferrétur:
oſſet in plura vocem ver-
ntéxere, nihil áliud per
as ſolébat proférre col-
léctas, niſi hoc, Filíoli dilígite altérutrum. Tandem diſcípuli & fratres qui áderant, tædio affécti, quod éadem ſemper audírent, dixérunt: Magíſter, quare ſemper hoc lóqueris? Qui reſpóndit dignam Joánne ſenténtiam: Quia præcéptum Dómini eſt, & ſi ſolum fiat, ſúfficit.

℟. Juxta crucem cùm vidíſſet Jeſus matrem & diſcípulum quem diligébat, dicit matri ſuæ: Múlier, ecce filius tuus; deínde* Dicit diſcípulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora † Accépit eam diſcípulus in ſua. *Joan.* 19. 25. 26. 27. ℣. Hæc dicit Dóminus: Honorábilis factus es in óculis meis, & glorióſus. *Iſai.* 43. 4. * Dicit diſcípulo. Glória. † Accépit eam.

In III. Nocturno.

Ant. 3. g. Stetit Jeſus in líttore: non tamen cognovérunt diſcípuli quia Jeſus eſt. Dixit diſcípulus ille quem diligébat Jeſus: Dóminus eſt. *Joan.* 21. 4. 7.

Ant. 6. F. Exiit ſermo inter fratres, quia diſcípulus ille non móritur. *Joan.* 21. 23.

Ant. 2. D. Non dixit Petro Jeſus: Non móritur; ſed: Sic eum volo manére donec véniam, quid ad te? *Joan.* 21. 23.

℣. Quis eſt homo, qui vivet, & non vidébit mortem: ℟. Eruet ánimam ſuam de manu ínferi? *Pſ.* 88. 49.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 21. 19. *ad* 24.

IN illo témpore; Dicit Jeſus Petro: Séquere me. Convérſus Petrus, vidit illum diſcípulum, quem diligébat Jeſus, ſequéntem; qui & recúbuit in cœna ſuper pectus ejus. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Tract. 124. *in Joan.* §. 5.

DUas vitas ſibi divínitus prædicátas & commendátas novit Ecclésia, quarum eſt una in fide, áltera in ſpécie; una in témpore peregrinatiónis, áltera in æternitáte manſiónis; una in labóre, áltera in réquie; una in via, áltera in pátria; una in ópere actiónis, áltera in mercéde contemplatiónis; una declínat à malo & facit bonum, áltera nullum habet à quo declínet malum, & magnum habet quo fruátur bonum; una cum hoſte pugnat, áltera ſine hoſte regnat; una fortis eſt in advérſis, áltera nihil ſentit advérſi; una carnáles libídines frænat, áltera ſpiritálibus delectatiónibus vacat.

℞. Loquéntibus Petro & Joánne ad pópulum, ſupervenérunt Sacerdótes, & Magiſtrátus templi, dolentes quòd annuntiárent in Jeſu reſurrectiónem, &* Poſuérunt eos in cuſtódiam. *Act.* 4. 1. 2. 3. ℣. Incluſos cuſtodiébant per quos incipiébat incorruptu[...] lumen ſéculo dari. Sa[...] * Poſuérunt eos in cu[...]

Lectio viij.

UNa eſt vincéndi[...] lícita, áltera[...] pace ſecúra; una in t[...] nibus adjuvátur, ált[...] ulla tentatióne in ip[...] tóre lætátur; una ſub[...] digénti, áltera ibi eſt[...] lum ínvenit indigénte[...] aliéna peccáta ut ſua ſi[...] cántur ignóſcit, álter[...] titur quod ignóſcat, [...] quod ſibi poſcat ignó[...] flagellátur malis, ne e[...] in bonis, áltera tant[...] dine grátiæ caret om[...] ut ſine ulla tentatió[...] biæ cohæreat ſumm[...] una bona & mala diſc[...] tera quæ ſola bona ſu[...]

℞. Vidéntes Petri[...] tiam & Joánnis, c[...] quòd hómines eſſen[...] teris, & idiótæ,* Ad[...] tur, & nihil póteran[...] dícere. *Act.* 4. 13. 14. [...] Dóminus: Ecce eg[...] ut admiratiónem fác[...] pulo huic miráculo [...] períbit enim ſapiéntia[...] tibus ejus. *Iſai.* 29. 1[...] mirabántur.

Lectio ix.

ERgo una bona [...] adhuc míſera; ál[...] lior & beáta. Iſta f[...] eſt per apóſtolum Pe[...] per Joánnem. Tota [...] iſta uſque in huju[...]

inem, & illic ínvenit finem: differtur illa compléndà poſt hujus ſéculi finem, ſed in futuro ſéculo non habet finem. Ideo dícitur huic: [Séquere me:] de illo autem: [Sic eum volo manére donec véniam, quid ad te ? Tu me ſéquere.] Quid enim eſt hoc? Quantùm ſápio, quantùm cápio, quid eſt hoc, niſi, Tu me ſéquere per imitatiónem perferéndi temporália mala, ille máneat donec ſempitérna véniо redditúrus bona?

℟. Denuntiavérunt ne omníno docérent in nómine Jeſu. Petrus verò & Joánnes dixérunt ad eos: * Non póſſumus quæ vídimus & audívimus non loqui. *Act.* 4. 18. 19. 20. ℣. Sacraméntum regis abſcóndere bonum eſt: ópera autem Dei reveláre, & confitéri honoríficum eſt. *Tob.* 12. 7. * Non póſſumus. Glória. * Non póſſumus.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Pſ.* 95. 2. 3.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 2. *toni. D.*

EGo Joánnes párticeps in tribulatióne, & regno, & patiéntia in Chriſto Jeſu, fui in ínſula Patmos, propter verbum Dei, & teſtimónium Jeſu. *Apoc.* 1. 9.

Ant. 3. g. Audívi vocem magnam tanquam tubæ dicéntis: Quod vides, ſcribe in libro; & mitte ſeptem Eccléſiis. *Apoc.* 1. 10. 11.

Ant. 5. F. Et dixit mihi Angelus: Opórtet te íterum prophetáre géntibus, & pópulis, & linguis, & régibus multis. *Apoc.* 10. 11.

Ant. 1. a. Deus ſpiríituum Prophetárum miſit Angelum ſuum oſténdere ſervis ſuis quæ opórtet fíeri citò. *Apoc.* 22. 6.

Ant. 6. F. Beátus, qui cuſtódit verba prophetíæ libri hujus: & ego Joánnes audívi, & vidi hæc. *Apoc.* 22. 7. 8.

Capitulum. *Sap.* 7. 21. 22.

QUæcúnque ſunt abſcónſa & improvíſa, dídici: ómnium enim ártifex dócuit me ſapiéntia; eſt enim in illa ſpíritus intelligéntiæ, ſanctus.

Hymnus. *Santol. Vict.*

O Dilécte Deo, lúmine ſpléndidum
Cui Numen própiùs ſe dedit áſpici,
Tu ſecréta Dei, mentis & íntimæ
Rimáris penetrália.

CEu pennis áquilæ raptus in æthera
Cœlum mente petis, sídera tránſvolas;
(Nil obſtant rútili fúlgura lúminis,)
Nudo Númine páſceris.

ÆTERNO génitum de Patre Fílium,

Démptâ nube vides, éque Deo Deum

Deſcendíſſe ſacros de pátrio ſinu,

Caſtæ Vírginis in ſinus.

In nos hoc pótuit tantus amor Dei!

Terris ipſe ſui núminis ímmemor,

Nobis factus homo, ſe facit éxulem,

Ut cœlo trahat éxules.

Patri máxima laus, máxima Fílio,

Amborúmque ſacro máxima Flámini;

Hæc eſt certa fides, fóntibus è tuis

Quam divínitus haúſimus. Amen.

℣. Annuntiámus vobis vitam ætérnam, ℟. Quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis. 1. *Joan.* 1. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Quod audívimus, quod vídimus, quod manus noſtræ contrectavérunt de verbo vitæ annuntiámus vobis, ut & vos ſocietátem habeátis nobíſcum. 1. *Joan.* 1. 1. 3.

Oratio.

Eccléſiam tuam, Dómine, benígnus illúſtra; ut beáti Joánnis apóſtoli tui & evangeliſtæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat ſempitérna; Per Dóminum.

Commemoratio de Nativitate, Ant. Egréſſus eſt, ℣. *& Oratio, ut ſuprà habentur,* 233.

Poſtea de S. Stephano, Ant. Exclamántes, ℣. *& Ora[tio]* 234.

Ad Horas, *Pſalmi* [...] *Feria.*

Ad Primam, *Ant.* E[...] Joánnes.

Reliqua ut in die Nativita[...]tis, excepto Canone.

CANON.

Ex Concílio Valentíno tértio. *An.* 855. *can.* 15.

Sacérdos maturitáte morum, & repudiatióne levitátum ac vanitátum, ómnibus ſibi adhæréntibus, ſeque intuéntibus, formam diſciplínæ & verecúndiæ ac modéſtiæ infúndat.

Ad Tertiam, *Ant.* Audívi[...]

Capitulum. *Jer.* 15. 16.

Invénti ſunt ſermónes tui, Domine, & comédi eos, & factum eſt mihi verbum tuum in gaúdium & in lætítiam cordis mei.

℟. *breve,* Meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi; * Allelúia, allelúia. ℟. Meditábar. ℣. Et levávi manus meas ad mandáta tua. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Meditábar. *Pſ.* 118. 47. 48.

℣. Quàm dúlcia faúcibus meis elóquia tua, ℟. Super mel ori meo! *Pſ.* 118. 103.

Ad Sextam, *Ant.* Et dixit mihi Angelus.

Capitulum. *Iſai.* 50. 4. 5.

Dominus dedit mihi linguam erudítam; ut ſciam ſuſtentáre eum qui laſſus eſt, verbo:

bo : érigit manè, manè éri- mihi aurem, ut aúdiam ſi magíſtrum. Dóminus us apéruit mihi aurem, autem non contradíco ; órsùm non ábii.

ɛ. *breve*, Confitébor tibi in)ulis, Dómine ;* Allelúia, lúia. ℟. Confitébor. ℣. Et lmum dicam tibi in génti- s.* Allelúia, allelúia. Gló- ℟. Confitébor. *Pſ.* 56. 10.

℣. Docuíſti me à juventúte a ; & uſque nunc pronun- bo mirabília tua : ℟. Et uſ- e in ſenéctam & ſénium. 70. 17. 18.

AD NONAM, *Ant.* Beátus.

apitulum. *Apoc.* 1. 3.

BEátus, qui legit & audit verba prophetíæ hujus ; ſervat ea quæ in ea ſcripta nt : tempus enim propè eſt.

℟. *breve*, Mirabília teſti- ónia tua : * Allelúia, allelúia. . Mirabília. ℣. Ideo ſcrutáta t ea ánima mea.* Allelúia, lelúia. Glória. ℟. Mirabília. 118. 129.

℣. Servus tuus cuſtódit ea, . In cuſtodiéndis illis retri- itio multa. *Pſ.* 18. 12.

.D VESPERAS.

Antiphona & Pſalmi de II. eſperis Nativitatis, ſuprà, 23.

Capitulum. *Apoc.* 1. 1. 2.

DEdit Jeſu Deus palàm fácere ſervis ſuis, quæ pórtet fieri citò : & ſignifi- avit, mittens per Angelum uum ſervo ſuo Joánni, qui teſtimónium perhíbuit verbo Dei.

℟. Prophéta magnus, & fidé- lis in conſpéctu Dei, ſpíritu magno vidit última, & conſo- látus eſt lugéntes in Sion.* Uſ- que in ſempitérnum † Oſtén- dit futúra & abſcóndita. *Eccli.* 48. 25. 27. 28. ℣. Joánnes perhíbuit teſtimónium Jeſu Chriſti, quæcúnque vidit. *Apoc.* 1. 2. * Uſque. Glória. † Oſténdit.

Hymnus. *Santol. Vict.*

SIT qui rite canat te modò
Vírginem,
Te ſcriptis célebrem dicat
Apóſtolum,
Jungat verídicis te quoque
Vátibus,
Chriſti te cano Mártyrem.

DIRI teſtis eras fúneris, &
comes,
Votis cum Dómino fixus eras
cruci ;
Hoc tantùm lícuit tunc tibi,
mútuis
Reſpondére dolóribus.

PENDENS funérea Chriſtus ab
árbore
Te, matri míſeræ jam ſine
fílio,
Natum ſubſtítuit ; crédere
Vírginem
Quàm par eſt tibi Vírgini !

TALI depóſito quid pretió-
ſius ?
Mater vera Dei jam tua díci-
tur ;
Natus jure pati dícere, mór-
tui
Jactúram réparas Dei.

Patri máxima laus, máxima
Fílio,
Amborúmque ſacro máxima
Flámini:
Hæc eſt certa fides, fóntibus
è tuis
Quam divínitus haúſimus.
Amen.

℣. Probátus eſt Prophéta: & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis; ℟. Quia vidit Deum lucis. *Eccli.* 46. 17. 18.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. d. Quem diligébat Jeſus, qui & recúbuit in cœna ſuper pectus ejus; hic eſt diſcípulus ille qui ſcripſit hæc; & ſcimus quia verum eſt teſtimónium ejus. *Joan.* 21. 20. 24.

Oratio, Eccléſiam tuam, *ſuprà ad Laudes.*

Fit Commemoratio SS. Innocentium, *Ant.* Hæc dicit Dóminus: Vox in excélſo audíta eſt lamentatiónis, luctûs, & fletûs Rachel plorántis fílios ſuos, & noléntis conſolári ſuper eis, quia non ſunt. *Jer.* 31. 15.

℣. Captábunt in ánimam juſti, ℟. Et ſánguinem innocéntem condemnábunt. *Pſ.* 93. 21.

Oratio, Deus, cujus, *infrà ad Laudes*, 247.

De Nativitate, *Ant.* Ecce Deus, ℣. *& Oratio, ut ſuprà*, 234.

De S. Stephano, *Ant.* Póſitis, ℣. *& Oratio ibidem.*

Completorium, *de die Nativitatis*, *ſuprà*, 224.

Die XXVIII. De
In Feſto
SS. INNOCEN
Duplex-maj
AD OFFI(
Nocturn
Invitatorium, D
perántem edúcere
médio iniquitátum,
adorémus. *Sap.* 4. 1.
Pſalmus, Veníte
Hymnus.

Salvete Chriſt
Flores tenélli M
Quos crudus enſis d
Ceu turbo naſcéntes
Vos prima me
recèns
Nato Deo tellus di
Ejus rigáta ſánguin
Quos inde fructus p
O vos puſílli mí
Veſtro ſtatis pro P
Nondum ſciéntes v
Duci potéſtis præm
Qui natus es de
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque
In ſempitérna ſécula
Pſalmi de Fe
In I. Nocti
Ant. 1. â. Futúr
Heródes quærat púe
ſum) ad perdéndu
Matt. 2. 13.
Ant. 3. a. Dirigé
in manu regis, occí
mos: & contra P
príncipum conſúrget
25.
Ant. 1. f. Non
tur homo ex impie

n non commo-
. 12. 3.
e ſtridébit ſuper
nus ſuis. ℟. Dó-
irridébit eum.
.
beáti Pauli apó-
Romános.
c. 2. 1. *ad* 4.
quod inexcuſá-
ô homo omnis
cas. In quo enim
n, teípſum con-
m enim agis quæ
is enim quóniam
eſt ſecúndùm ve-
qui tália agunt.
m hoc, ô homo
s qui tália agunt,
quia tu effúgies
i? An divítias
, & patiéntiæ,
itis contémnis?
iam benígnitas
ntiam te addú-
1.
s clam vocátis
génter dídicit ab
læ quæ appáruit
℣. Sedet in in-
tis; ut interfí-
m: inſidiátur in
uaſi leo in ſpe-
r. 30. 31.* Dili-

v. 5. *ad* 11.
utem durítiam
npœnitens cor,
bi iram in die
iónis juſti judí-
ddet unicuíque
ra ejus: iis qui-

dem qui ſecúndùm patiéntiam boni óperis, glóriam & honórem & incorruptiónem quærunt, vitam ætérnam: iis autem qui ſunt ex contentióne, & qui non acquiéſcunt veritáti, credunt autem iniquitáti, ira & indignátio. Tribulátio & angúſtia in omnem ánimam hóminis operántis malum, Judæi primùm, & Græci: glória autem & honor & pax omni operánti bonum, Judæo primùm, & Græco: non enim eſt accéptio perſonárum apud Deum.

℟. In lábiis ſuis indúlcat inimícus; & * In corde ſuo inſidiátur, & ſi invénerit tempus, non ſatiábitur ſánguine. *Eccli.* 12. 15. 16. ℣. Dixit Heródes Magis: Interrogáte diligénter de púero; & renuntiáte, ut & ego véniens adórem eum. *Matt.* 2. 8.* In corde ſuo.

Lectio iij. *v.* 12. *ad* 16.

Quicúnque enim ſine lege peccavérunt, ſine lege períbunt: & quicúnque in lege peccavérunt, per legem judicabúntur. Non enim auditóres legis juſti ſunt apud Deum, ſed factóres legis juſtificabúntur. Cùm enim gentes quæ legem non habent, naturáliter ea quæ legis ſunt, fáciunt, ejúſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſténdunt opus legis ſcriptum in córdibus ſuis, teſtimónium reddénte illis conſciéntiâ ipſórum, & inter ſe ínvicem cogi-

tatiónibus accuſántibus, aut étiam defendéntibus, in die cùm judicábit Deus occúlta hóminum, ſecúndùm Evangélium meum per Jeſum Chriſtum.

℟. Dóminus diſſipat consília géntium; & * Réprobat consília príncipum: † Consílium autem Dómini in ætérnum manet. *Pſ.* 32. 10. 11. ℣. Magi, reſpónſo accépto in ſomnis ne redírent ad Heródem, per áliam viam revérſi ſunt in regiónem ſuam. *Matt.* 2. 12. * Réprobat. Glória. † Consílium.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Heródes videns quóniam illúſus eſſet à Magis, irátus eſt valde. *Matt.* 2. 16.

Ant. 5. a. Númerus annórum incértus eſt tyránnidis ímpii, ſónitus terróris ſemper in aúribus illíus: ſemper insídias ſuſpicátur. *Job* 15. 20. 21.

Ant. 7. a. Teténdit advérsùs Deum manum ſuam, & contra Omnipoténtem roborátus eſt; cucúrrit advérsùs eum eréćto collo. *Job* 15. 25. 26.

℣. Concépit dolórem, & péperit iniquitátem; ℟. Et úterus ejus præparat dolos. *Job* 15. 35.

Ex libro ſancti Auguſtíni epíſcopi de Symbolo ad Catechúmenos.

Lectio iv. *Lib.* 3. *c.* 4.

MOriúntur párvuli pro Chriſto, neſciéntes; paréntes plangunt mártyres mo-

riéntes: Ille nondùm l
tes idóneos ſuos éffici
Ecce quómodo regna
ſic regnáre vénerat. E
líberat liberátor, &
præſtat ſalvátor. Sed
ródes néſciens hoc,
& ſævis; & dum con
vulos ſævis, jam ill
quium præbes, & neſ
enim Rex magnus qui
venit, ut per te & per ál
hinc cóngreget: tu il
ad regnum cœlórum te
candidatórum infántiu
merábilem præmíttis
tum.

℟. Rex efferátis a
juſſit milítibus interfic
párcere. * Fiébant erg
rum extermínia, & p
rum neces. 2. *Mach.* 5
℣. Heródes occídit
púeros qui erant in
hem, & in fínibus ejus,
tu & infrà, ſecúndùm
quod exquisíerat à
Matt. 2. 16. * Fiéba
natórum.

Lectio v. *Poſt*

O Magnum donum
Quibus eórum
præſtitum eſt, ut ſic ví
infántes? Necdum
tur, & Chriſtum con
Necdum mótibus m
rum valent ſuſcípere p
& victóriæ jam éffer
mam. Quómodo reg
ródes, qui ſic vínceris
ille non te armatóru
rum fórtium ſuperávit

ńumerábili vicit turbâ
ıtium parvulórum. Vis
quid infántibus quos
áſti , præſtíteris ? Ideo
ráſti ad eórum vitam,
m ſuis paréntibus occí-
: veram vitam : hoc illo
agénte, qui novit bene
iam malis tuis.

Adimplétum eſt quod
n eſt per Jeremíam pro-
m, dicéntem : * Vox in
ı audíta eſt, plorátus &
tus multus : Rachel plo-
ilios ſuos, & nóluit con-
, quia non ſunt. *Matt.* 2.
8. ℣. Defecérunt præ lá-
is óculi, cùm defíceret
lus & lactens, cùm exha-
: ánimas ſuas in ſinu ma-
ſuárum. *Thren.* 2. 11.
Vox in Rama.

io vj. *Poſt pauca.*

it & agit grátia cauſas
as, & per inimícos ſuos,
: ipſos, & in ipſos : nam
i qui moriebántur, natú-
i iræ erant, ſicut & céte-
d quid eis præſtitit grá-
uiſi ut erúeret eos de po-
e tenebrárum ? Præſtitit
Chriſtus ut pro Chriſto
eréntur, præſtitit ut ſuo
uine ab origináli peccáto
eréntur. Nati ſunt ad mor-
, ſed continuò eos mors
idit vitæ.

z. Hæc dicit Dóminus :
éſcat vox tua à plorátu, &
li tui à lácrymis. * Rever-
ur filii ad términos ſuos.
31. 16. ℣. Agnus reget
eos ; & abſtérget Deus omnem
lácrymam ab óculis eórum.
Apoc. 7. 17. * Reverténtur. Glória.
* Reverténtur.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Sínite párvulos ad
me veníre : tálium eſt enim
regnum cœlórum. *Matt.* 19. 14.

Ant. 1. a. Empti ſunt de
terra : hi vírgines ſunt, ſe-
quúntur Agnum quocúnque
íerit. *Apoc.* 14. 3. 4.

Ant. 7. a. Ambulábunt me-
cum in albis, quia digni ſunt.
Apoc. 3. 4.

℣. Heréditas immaculató-
rum in ætérnum erit. ℟. Non
confundéntur in témpore ma-
lo. *Pſ.* 36. 18. 19.

Léctio ſancti Evangélii ſecún-
dùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 2. 16. *ad* 18.

IN illo témpore ; Heródes
videns quóniam illúſus eſſet
à Magis, irátus eſt valde ; &
mittens occídit omnes púe-
ros qui erant in Béthlehem,
& in ómnibus fínibus ejus,
à bimátu & infrà, ſecúndùm
tempus quod exquiſíerat à
Magis. Et réliqua.

Homília ſancti Joánnis
Chryſóſtomi.

Homil. 9. *in Matt.*

HEródem certè non opor-
túerat iráſci, ſed cóm-
primi pótiùs ac timére, atque
intellígere quòd rem ſtultam
conarétur. Sed coercéri om-
níno nequit ánimus pravâ ſe-
mel voluntáte vitiátus, jam-
que immedicabíliter ægrótans :

neque cedit magnis quámlibet à Deo remédiis indúltis. Conſidera igitur iſtum prióribus malis áddere poſterióra certántem, & homicídia homicídiis jungéntem, perque ómnia velut furibúndum in præcipítia labéntem: quaſi enim ab áliquo dæmonum, irâ, iracúndiâ, invidiáque vexátus, nullá prorſus ratióne frænátur; ſed contra ipſam omníno furit natúram: & iram, quá advérsùs Magórum illuſiónem fremébat, in párvulos innocéntes vertit: tale quiddam in Palæſtína fácere aggréſſus, quale Phárao in Ægypto perpetrárat.

℟. Jerúſalem, lætáberis in fíliis tuis, quóniam omnes benedicéntur, & * Congregabúntur ad Dóminum. *Tob.* 13. 17. ℣. Oves meæ non peribunt in ætérnum, & non rápiet eas quiſquam de manu mea. *Joan.* 10. 28. * Congregabúntur.

Lectio viij. *Poſt Pauca.*

QUo, Heródes ſæviſſime, colóre ratiónis irátus es, cùm te à Magis illúſum vidéres? Non cognóveras ortum illum eſſe divínum? Non tu príncipes convocáveras ſacerdótum? Non ipſe congregáveras ſcribas? Non étiam illi qui à te fúerant convocáti, Prophétam ſecum in judícium illíus concílii protulérunt, qui olim iſta prædíxerat? Non intellexiſti nova vetéribus conſonáre? Non audiſti quóniam

Magos ſtella dedúxe
non ex his ómnibus
nequáquam Magóru
ni deputándum eſſe
ctum eſt, ſed divinæ vi
nia próvidè & utiliter
ti? Quòd ſi eſſes étia
rum fraude decéptus,
præjudicáret Innocé
℟. Gaudébo in pópu
& * Non audiétur in
vox fletûs & clamó
65. 19. ℣. Mors n
erit, neque luctus, n
mor, neque dolor e
Apoc. 21. 4. * Non au
Lectio ix. *Poſ*

TUnc adimplétum
dictum eſt per J
prophétam dicéntem
Rama audíta eſt; pl
ululátus multus, Ra
rans fílios ſuos, & nó
ſolári, quia non ſunt.
rábilis conſequéntia
enim auditórem mag
horróris impléverat
líſta, crudélem illan
tiónem deſcríbens; ru
conſolátur, & dicit
non idcírco illa facta
ea Deus prohibére
rit, aut futúra non
ſed quæ certè & pr
& per Prophétam lo
prædíxerit. Ne ígitu
ris & cóncidas, ad
lem providéntiam eju
ciens, quam & per
operátur ipſe, & per
ab áliis fieri ſinit, p
póſſumus intuéri.

;onvértam luctum eó-
gaúdium, * Et conſo-
os, & † Lætificábo à
uo. *Jer.* 31. 13. ℣. Ego
fonte aquæ vitæ, gra-
:. 21. 6. * Et conſolá-
ſria. *Repetitur* ℟. Con-
, *uſque ad* ℣. *& non*
Te Deum.
*t Dominica, non repe-
poſt* Glória Patri: *ſed
amatio*, † Lætificábo;
ur Te Deum.]

LAUDES
ATUTINAS.

acerdotalis, Laudáte
óminum; ℟. Laudáte
Dómini. *Pſ.* 112. 1.
ſalmi de Feria.
iphona 1. *toni.* f.
ci tui, Dómine, de-
vérunt in te mala; co-
unt consília, quæ non
nt ſtabilíre. *Pſ.* 20. 12.
2. D. Cùm cogitárent
n occídere infántes;
ieráto, ſuſcépta eſt à
ſánitas. *Sap.* 18. 5. 7.
5. a. Púeri tui, tan-
gni exultavérunt, ma-
tes te Dómine, qui
illos. *Sap.* 19. 9.
7. a. Decantavérunt,
: , nomen ſanctum
& victrícem manum
adavérunt páriter. *Sap.*

4. f. Dómine Dómi-
ter, ex ore infántium
ntium perfecíſti lau-
opter inimícos tuos.
].

Capitulum. Apoc. 22. 3. 4.

Ervient Deo & Agno: & vi-
débunt fáciem ejus; & no-
men ejus in fróntibus eórum.

Hymnus.

VOs prima Chriſti víctimæ,
Hoſtis neci quos dévovet,
Matrum ſinu vix éditi,
Palmis cadéndo lúditis.

Molles in agnos ceu lupus
Amens tyránnus írruit,
Et ſperat ipſum pública
In ſtrage Chriſtum tóllere.

Cunæ replentur ſánguine;
Sed in Deum fruſtrà furit;
Unum petit tot mórtibus,
Mortes tot unus éffugit.

Matres, querélis párcite,
Quid rapta fletis pígnora?
Agnum ſalútis óbſidem
Denſo ſequúntur ágmine.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

℣. Lætítia ſempitérna ſuper caput eórum, ℟. Gaúdium & lætítiam obtinébunt. *Iſai.* 35. 10.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Sérviunt Deo die ac nocte in templo ejus: non eſúrient, neque sitient ámpliùs, quóniam Agnus qui in médio throni eſt, dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum. *Apoc.* 7. 15. 16. 17.

Oratio.

DEus, cujus hodiérnâ die præcónium Innocéntes mártyres, non loquéndo, ſed

moriéndo confeſſi ſunt, ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua noſtra lóquitur, étiam móribus vita fateátur; Qui vivis.

Fit Commemoratio de Nativitate, & de S. Stephano, ut habetur, ſuprà, 233.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Inimíci tui Dómine.

Reliqua ut in die Nativitatis, exceptis quæ ſequuntur.

CANON.

Ex Concílio Pariſiénſi ſexto. *An.* 829. *cap.* 4.

SAcerdótes ſunt Eccléſiæ decus, in quibus ámpliùs fulget Eccléſia: ipſi colúmnæ firmíſſimæ, quibus in Chriſto fundátis innítitur omnis multitúdo credéntium.

AD TERTIAM, *Ant.* Cùm cogitárent.

Capitulum. *Tit.* 3. 4.

NOn ex opéribus juſtítiæ, quæ fécimus nos, ſed ſecúndùm ſuam miſericórdiam, Deus ſalvos nos fecit.

℟. *breve*, Propter te, Dómine, mortificámur totâ die; * Allelúia, allelúia. ℟. Propter te. ℣. Æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Propter te. *Pſ.* 43. 22.

℣. Salváſti nos de affligéntibus nos; ℟. Et odiéntes nos confudíſti. *Pſ.* 43. 9.

AD SEXTAM, *Ant.* Púeri tui.

Capitulum. 2. T
DEus nos liberá
cávit vocatión
ctâ; non ſecúndùm
ſtra, ſed ſecúndùm
tum ſuum, & grátia
℟. *breve*, Anima n
paſſer erépta eſt de l
nántium. * Allelúia
℟. Anima. ℣. Láque
tus eſt, & nos liber
* Allelúia, allelúia.
℟. Anima. *Pſ.* 123.
℣. Benedíctus D
℟. Qui non dedit n
tiónem déntibus e
123. 6.

AD NONAM,
mine Dóminus noſ

Capitulum. Epheſ.
VOcáti ſumus p
tì ſecúndùm p
ejus, qui operátur
cúndùm consílium
ſuæ; ut ſimus in lau
riæ ejus.
℟. *breve*, Dómin
militáte noſtra m
noſtrì, * Allelúia
℟. Dóminus. ℣. I
nos ab inimícis noſ
lúia, allelúia. Glóri
minus. *Pſ.* 135. 23.
℣. Dedit nobis D
riam ℟. Per Dóminu
Jeſum Chriſtum. 1.

AD VESPE

Antiphonæ & Pſa
Veſperis Nativitatis

Capitulum. Apoc.
VOcem audívi,
rœdórum cith

ſuis ; & cantábant
icum novum ante

mpti ſunt ex homi-
itiæ Deo, & Agno:
órum non eſt invén-
lácium ; * Sine má-
† Sunt ante thro-
Apoc. 14. 4. 5. ℣. Agni
i anniculi erunt in
m in odórem ſua-
Dómino. *Levit.* 23.
e mácula. Glória.
e thronum Dei.
s, Vos prima, *ut*
audibus.
lbavérunt ſtolas ſuas
e Agni : ℟. Ideo
thronum Dei. *Apoc.*

gníficat, *Ant.* 1. a.
ſtantes ſuper mare
habéntes cítharas
cantántes cánticum
c. 15. 2. 3.
Deus, cujus, *ſuprà*
s.
Sabbatum, *nihil de*
; ſed fit Commemo-
bbato ante Domini-
Octavam Nativita-
tiphonam, Vídimus,
ſt, *infrà*, 255. *&*
, Largíre, 260.
fit Commemoratio
Stephani tantùm.]
moratio S. Thomæ,
, Erit ipſi pactum
ſempitérnum, quia
pro Deo ſuo. *Num.*

nti dabo édere de
ligno vitæ, ℟. Quod eſt in paradíſo Dei mei. *Apoc.* 2. 7.

Oratio, Deus, qui glorióſum pontíficem, *infrà ad Laudes*, 252.

Deinde fiunt Commemorationes Octavarum Nativitatis Domini, & S. Stephani, per Antiphonas, Verſus, & Orationes quæ habentur ſuprà, 234.

Completorium de Nativitate, 224.

Die XXIX. Decembris.

In Feſto SANCTI THOMÆ Cantuarienſis epiſcopi & martyris.

Duplex-minus.

¶ *Hoc Feſtum, ſi in Dominica occurrat, transfertur in Feriam ſecundam, id eſt in diem* xxx. *Decembris ; & tunc in I. Nocturno Dominicæ leguntur Lectiones notatæ pro die* xxix. *de Epiſtola ad Romanos*, Scimus quóniam ; *& in II. Veſperis Dominicæ fit Commemoratio de S. Thoma per Antiphonam*, Erit ipſi, *Verſum & Orationem, ut ſuprà. Poſtea de Octava S. Stephani*, 234.

Die verò xxx. *Decembris, in quo tunc fiet de S. Thoma, legentur in I. Nocturno Lectiones notatæ pro eodem die* xxx. *de Epiſtola ad Romanos*, Quid dicit Scriptúra.]

Omnia de Communi unius Martyris, vij. *exceptis quæ ſequuntur.*

In Veſperis non dicitur Reſponſorium.

In I. Nocturno.

De Epiſtola beáti Pauli apóſtoli ad Románes.

Lectio j. c. 3. 19. ad 23.

SCimus quóniam quæcúnque lex lóquitur, iis qui in lege ſunt, lóquitur; ut omne os obſtruátur, & ſúbditus fiat omnis mundus Deo: quia ex opéribus legis non juſtificábitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognítio peccáti. Nunc autem ſine lege juſtítia Dei manifeſtáta eſt, teſtificáta à lege & Prophétis. Juſtítia autem Dei per fidem Jeſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum; non enim eſt diſtínctio: omnes enim peccavérunt, & egent glóriâ Dei.

Lectio ij. v. 24. ad 28.

JUſtificáti gratìs per grátiam ipsíus, per redemptiónem quæ eſt in Chriſto Jeſu, quem propóſuit Deus propitiatiónem per fidem in ſánguine ipsíus, ad oſtenſiónem juſtítiæ ſuæ, propter remiſſiónem præcedéntium delictórum, in ſuſtentatióne Dei, ad oſtenſiónem juſtítiæ ejus in hoc témpore: ut ſit ipſe juſtus, & juſtíficans eum qui eſt ex fide Jeſu Chriſti. Ubi eſt ergo gloriátio tua? Exclúſa eſt. Per quam legem? Factórum? Non, ſed per legem fidei. Arbitrámur enim juſtificári hóminem per fidem ſine opéribus

Lectio iij.

c. 3. 29. ad fin. & c. 4.

AN Judæórum D
tùm? nonne & g
Immo & géntium. Q
quidem unus eſt De
juſtíficat circunciſión
fide, & præpútium pe
Legem ergo deſtrúin
fidem? Abſit; ſed leg
túimus. Quid ergo
inveniſſe Abraham
noſtrum ſecúndùm c
Si enim Abraham ex o
juſtificátus eſt, habet g
ſed non apud Deum.

In II. Noctu

Lectio iv.

Ex quatuor vitæ ejus
ribus, & aliis

THomas gente
civitáte Londiné
teris Oxónii primùm
Bonóniæ, Autiſſiodór
ríſiis ſucceſſivè óperar
Públicis munéribus cu
geſtis, non ſemel à T
do Cantuariénſi archie
Romam miſſus, comr
negótia felíciter admir
Hinc archidiáconus
riénſis, tum Henríci
Anglórum regis Can
conſtitútus eſt: moxq
ríco ejus fílio inſtituér
ficitur. Theobáldo vi
ſuccéſſor eléctus eſt.
dignitáte Cancellárii
abdicáto, vitam ad ſev
diſciplínam exégit. M
in ſe concitávit vehe
dium, quòd opes Eccl

contra fas & leges invâſerant, eos reſtitúere coegiſſet.

Lectio v.

Cum autem Henrícus rex epíſcopos ſacraménto vellet adígere ad obſervándas regni conſuetúdines júribus Eccléſiæ contrárias, Thomas primùm aſſentíri recuſávit: victus tamen précibus Epiſcopórum regis iram metuéntium, pacis amóre conſénſit. Sed à Crucífero ſuo reprehénſus, póſtea fórtiter óbſtitit. Ob eam rem inſénſi regis autoritáte in conciliábulo damnátus, in Gálliam ſe cóntulit ad Alexándrum tértium papam Sénonis tunc verſántem. Núntios præmíſerat ad Ludovícum ſéptimum Gálliæ regem, qui Præſulis pro juſtítia exuántis defenſórem ſe fore pollícitus eſt. Véritus Thomas ne égiæ poteſtátis terróre magis ntrúſus eſſet quàm canónicè léctus, epiſcopátu cédere óluit: ſed ſummus Pónti. ex juſſit ut in gradu ſuo conſíſteret, eúmque apud Poniniácum Diœcéſis Autiſſioorénſis monaſtérium hoſpíio excipiéndum curávit. Adirábile eſt quantùm ad aueriórem vitam gravióribus uibuſcúnque córporis afflitatiónibus ibi degens adjécerit. Pontiniáco diſcéſſit poſt iénnium ne quid detriménti uâ causâ paterétur Ciſterciéns Ordo; & *apud Sénonas commorátus eſt. Exácto de*mum in Gállia ſepténnio, agéntibus Alexándro & Ludovíco, & id efficiéntibus quod Gaufrídus de Autiſſiodóro magnæ tunc vir autoritátis obtinére non potúerat, tandem ab exílio revocátur, martyrio quod non ſemel prædíxerat, parátus.

Lectio vj.

Dum boni paſtóris offícium exéquitur, ecce quidam dudum ipſi inſénſi Epíſcopi apud regem calumniántur eum multa contra regnum & públicam quiétem políri. His commótus rex conquéſtus eſt, quòd unus ſacérdos regnum impúne perturbáret. Unde excitáti quátuor aúlici è Normánnia Cantuáriam véniunt, Thomam in Eccléſia aggrediúntur, qui flexis génibus ſe Deo comméndans, impiórum mucrónibus caput impávidus óbtulit. Illis ſanctum Præſulem confodiéntibus, fúgiunt omnes, paucis excéptis inter quos erat quidam Cléricus ejus Henrícus Autiſſiodorénſis, qui crucem præferébat. Diffúsâ facínoris famâ ómnium ódiis Henrícus impetebátur: qui tandem horróre ſcéleris perculſus, auſteriórem egit pœniténtiam. Thomam póſtea miráculis insígnem Alexánder tértius Sanctis aſcrípſit. Quin etiam Archiepíſcopus Reménſis regis Ludovíci frater capéllam inter ipſa [illegible]

ejus inítia in epiſcopátu Autiſſiodorénſi conſtrúctam ſub ipsíus invocatióne dedicári fecit.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 10. 11. *ad* 16.

IN illo témpore; Dixit Jeſus quibúſdam ex Phariſæis: Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor ánimam ſuam dat pro óvibus ſuis. Et réliqua.

Homília ſancti Joánnis Chryſóſtomi.

Homil. 60. *in Joan.*

MAgna res eſt, dilectíſſimi, magna res eſt Eccléſiæ prælátio, & quæ multâ índiget ſapiéntiâ & fortitúdine, qualem Chriſtus propóſuit, ut ánimam pro óvibus ponámus, & nunquam illas deſerámus; & ut lupo generóſè reſiſtámus. Hæc enim inter paſtórem & mercenárium eſt differéntia: ſcílicet quòd hic, própriæ, contémptis óvibus; ille, ſuâ contémptâ, óvium ſemper ſalúti invígilet.

Lectio viij.

PAſtóris exémplo demonſtráto, deceptóres duos méminit Chriſtus; furem mactántem & rapiéntem oves, & mercenárium permitténtem, neque defendéntem commíſſas. Per illum, Theudam & ejus aſſertóres; per hunc, Judæórum miníſtros ſignat, qui nullam curam commíſſis óvibus adhibébant. Quod olim Ezéchiel his verbis inſectátus eſt: [Væ paſtóribus Iſraël! nonne paſcébant ſemetipſos?] Nonne oves paſcúntur à paſtóribus? Sed illi contrárium faciébant; quod máximum malítiæ genus eſt, & plurimórum cauſa malórum.

Lectio ix.

IDem & Paulus ſignificat, dicens: [Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti.] Et íterum: [Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quæ próximi.] Verùm Chriſtus ſe ab utróque diſſidére oſténdit: ab illis quidem qui in aliórum perníciem véniunt, cùm dicat ſe proptérea veniſſe ut vitam habérent, & abundántiùs habérent: ab iis autem qui oves ſibi commíſſas deféndere negligébant, dicéndo ſe propter oves ánimam pónere, vidélicet ne illæ perírent.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. De tribulatióne invocávi Dóminum, ℟. Et exaudívit me in latitúdine Dóminus. *Pſ.* 117. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Extráneus factus ſum frátribus meis; quóniam zelus domûs tuæ comédit me, Dómine. *Pſ.* 68. 11. 12.

Oratio.

DEus, qui glorióſum pontíficem Thomam impiórum gládiis occíſum, miraculórum glóriâ ſublimáſti; præſta quæſumus, ut omnes qui

ſus implórant auxílium, petitiónis ſuæ ſalutárem conſequántur effécum. Per Dóminum noſtrum.

Fiunt Commemorationes Octavarum Nativitatis, & S. Stephani, per Ant. ℣. & Orat. quæ ſuprà habentur.

Ad Primam, Preces & duæ Orationes ut in die Nativitatis.

CANON.

Ex Concílio Pariſiénſi ſexto. *An. 829. cap. 4.*

SAcerdótes ſunt .... jánuæ Civitátis ætérnæ, per quas omnes qui credunt, ingrediúntur ad Chriſtum.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi ut in die Nativitatis, 223. Cetera de Communi unius Martyris, Oratio, Deus, qui glorióſum, *ut ſuprà ad Laudes, cum Commemoratione Officii Dominicæ intrà Octavam, per Antiphonam,* Vídimus. ℣. Hic eſt, 255. *& Orat.* Largíre, *infrà*, 260. *niſi fuerit Sabbatum; tunc enim Veſperæ fient integræ de Sabbato ante Dominicam intrà Octavam Nativitatis, cum Commemoratione S. Thomæ, & Octavæ S. Stephani.*

[*Si hoc Feſtum translatum fuerit in diem 30. Decembris, fiet à Capitulo de Feſto SS. Saviniani & Potentiani, ut infrà, cum Commemoratione S. Thomæ, & Octavarum.*

Si verò hoc Feſtum Feriâ ſextâ occurrat, fiet per anticipationem à Capitulo de eodem Feſto SS. Saviniani & Potentiani, cum iiſdem Commemorationibus S. Thomæ, & Octavarum.]

Completorium de Nativitate, 224.

DIE XXX. DECEMBRIS.

OFFICIUM DOMINICÆ intrà Octavam Nativitatis Domini.

[*Si Dominica intrà Octavam Nativitatis inciderit in diem S. Stephani, S. Joannis, vel SS. Innocentium, aut ſi nulla fuerit Dominica intrà dictam Octavam; tunc ejus Officium ponetur die 30. Decembris, ſub ritu tantùm ſemiduplici, ſeu trium Lectionum; & fiet ut ſequitur.*

In II. Veſperis S. Thomæ, fit Commemoratio de Officio hujus Dominicæ, Ant. Vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi Unigéniti à Patre. *Joan.* 1. 14.

℣. Hic eſt Deus, Deus noſter in ætérnum, & in ſéculum ſéculi: ℟. Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15.

Oratio, Largíre, *ut infrà ad Laudes.*

Deinde Octavæ S. Stephani, Ant. Póſitis, *ſuprà*, ℣. *& Oratio, ibidem.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Hymnus, Antiphonæ, & ℣. ut infrà in I. Nocturno Dominicæ.

Pſalmi ſecundùm Feriam.

Lectio j. *de epiſtola beati Pauli apoſtoli ad* Romanos, Quid dicit Scriptúra? *infrà*, 256.

℟. Prophetíſſa, *infrà in I. Nocturno.*

Lectio ij. Beatitúdo ergo hæc, *cum ſequente*, Non enim per legem, *infrà*, *ſub uno* Tu autem.

℟. Ecce vir, *infrà in I. Noct.*

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 2. 33. *ad* 38.

IN illo témpore; Erat pater Jeſu & mater mirántes ſuper his quæ dicebántur de illo. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ preſbyteri.

De expoſit. ſuper Evang. Lucæ in hunc locum.

PAtrem Salvatóris appéllat Joſeph; non quod verè juxta Photiniános pater fúerit ejus; ſed quod ad famam Maríæ conſervándam, pater ſit ab ómnibus æſtimátus. Neque enim oblítus Evangeliſta, quòd eam de Spíritu ſancto concepíſſe, & vírginem peperíſſe narrávit: ſed opiniónem vulgi éxprimens, quæ vera hiſtóriæ lex eſt, patrem Joſeph núncupat Chriſti ... [Et dixit ad Maríam matrem ejus: Ecce póſitus eſt hic in ruínam & in reſurrectiónem multórum.] Bene in reſurrectiónem, quia lumen eſt, quia glória plebis Iſraël, quia dicit: [Ego ſum reſurréctio & vita.] Quómodo autem in ruínam, niſi quia & lapis offenſiónis eſt & petra ſcándali? id eſt, ruínæ his qui offéndunt verbo, nec credunt.... Qui enim, prædicánte Apóſtolo, verbum quod audit, amándo ſéquitur, bono odóre reſúrgit, & vivit. Qui odiéndo inſequitur, eódem ipſe bono odóre deficit & móritur.

℟. Benedíxit Símeon, & dixit ad Maríam matrem Jeſu: * Ecce póſitus eſt hic in ruínam, & in reſurrectiónem multórum in Iſraël; & in ſignum cui contradicétur. *Luc.* 2. 34. ℣. Erit in láqueum & in ruínam habitántibus Jeruſalem; & offéndent ex eis plúrimi, & conteréntur. *Iſai.* 8. 14. 15. * Ecce póſitus eſt. Glória Patri. * Ecce póſitus eſt.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Cantáte Dómino & benedícite nómini ejus. ℟. Annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus. *Pſ.* 95. 2.

Ant. ſola Benedíctus, *prima ad Laudes Dominicæ infrà. Cetera ut in ipſâ Dominicâ.*

Ad Horas Antiphonæ, Capitula & ℟℟. brevia ut in die Nativitatis Domini. Oratio, Largíre, *de Laudibus.*

In Veſperis, quæ erunt de SS. Saviniano, &c. fit Commemoratio Dominicæ, per Ant. ℣. & Orat. ut infrà, 261.

(*Si verò Dominica intrà Octavam Nativitatis Domini inciderit in diem 29. vel 30. vel 31. Decembris, ejus Officium fiet ſub ritu Duplici-minori, ut ſequitur.*)

ATO, *In Veſperis,*
a & Pſalmi ut in die
tis, 223.
m. Coloſſ. 2. 9. 10.
iſto hábitat omnis
ido divinitátis corpo-
t eſtis in illo repléti,
aput omnis principá-
poteſtátis.
s, O quanta, *ut in*
is Nativitatis, 223.
ymnum, ℣. Hic eſt
Deus noſter in ætér-
t in ſéculum ſéculi:
reget nos in ſécula.
5.
gníficat, *Ant.* 1. D.*
glóriam ejus, gló-
ſi Unigéniti à Patre.
14.
, Largíre, *ut infrà*
s, 260.
le Commemoratio de
, vel de SS. Saviniа-
ſecundùm occurren-
icii.
de Octava S. *Stepha-*
, 234.
OFFICIUM
CTURNUM.
orium, Verbum caro
ſt. * Veníte, adoré-
n. 1. 14.
us, Veníte, 2.
Hymnus.
UM quod ante ſécula
patérno náſceris,
homo ſub témpore
is prodis ſinu.
LE rumpis víncu-
,
Adámus néxuit:

Reddes quod ille pérdidit;
Spes illa tecum náſcitur.
Jam dura diſcis pérpeti,
Quæ ferre par fuit reos:
Orbis ſalúti flétibus
Prælúdis in cunis Puer.
Fis pauper. indigéntiâ
Et nos tuâ ditéſcimus:
Luges, tuis & lácrymis
Totum lavas mundi ſcelus.
Pannis opértus vílibus
Lates recúmbens in ſpecu:
Homo ſupérbis! Et Deum
Panni, ſpecus non dédecent.
A patre miſſus, pérditi
Qui factus es mundi ſalus,
Jeſu, períre non ſinas
Tot quos emis labóribus.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.

Pſalmi de Dominica.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Jeſus Chriſtus herì, & hódie: ipſe & in ſécula. *Hebr.* 13. 8.

Ant. 2. D. Vapor eſt virtútis Dei, & emanátio quædam eſt claritátis omnipoténtis Dei ſincéra. *Sap.* 7. 25.

Ant. 3. a. Nihil inquinátum in eam incúrrit: candor eſt enim lucis ætérnæ. *Sap.* 7. 25. 26.

℣. Hic eſt Deus noſter,
℟. Et non æſtimábitur álius advérsùs eum. *Baruch* 3. 36.

Lectiones ſequentes de Epiſtola ad Romanos leguntur ſemper 30. *Decembris, etiamſi eâ die non fiat de* Dominica.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 4. 3. *ad* 8.

QUid dicit Scriptúra? Crédidit Abraham Deo: & reputátum eſt illi ad juſtítiam. Ei autem qui operátur, merces non imputátur ſecúndùm grátiam, ſed ſecúndùm débitum. Ei verò qui non operátur, credénti autem in eum qui juſtíficat ímpium, reputátur fides ejus ad juſtítiam, ſecúndùm propóſitum grátiæ Dei. Sicut & David dicit beatitúdinem hóminis, cui Deus accépto fert juſtítiam ſine opéribus: Beáti quorum remíſſæ ſunt iniquitátes, & quorum tecta ſunt peccáta. Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum.

℟. Prophetíſſa péperit fílium; & dixit Dóminus: * Voca nomen ejus, Accélera ſpólia detráhere: Feſtína prædári. *Iſai.* 8. 3. ℣. Univérſa arma fortis armáti aúferet, & ſpólia ejus diſtríbuet. *Luc.* 11. 22. * Voca nomen.

Lectio ij. *v.* 9. *ad* 12.

BEatitúdo ergo hæc in circunciſióne tantùm manet? an étiam in præpútio? Dícimus enim quia reputáta eſt Abrahæ fides ad juſtítiam. Quómodo ergo reputáta eſt? in circunciſióne? an in præpútio? Non in circunciſióne, ſed in præpútio. Et ſignum accépit circunciſiónis, ſignáculum juſtítiæ fidei, quæ eſt in præpútio: ut ſit pater ómnium credéntium per præpútium, ut reputétur & illis ad juſtítiam: & ſit pater circunciſiónis, non iis tantùm qui ſunt ex circunciſióne, ſed & iis qui ſectántur veſtígia fidei quæ eſt in præpútio patris noſtri Abrahæ.

℟. Ecce vir, Oriens nomen ejus: ipſe éxtruet templum Dómino; * Ipſe portábit glóriam, & ſedébit, & dominábitur ſuper ſólio ſuo. *Zach.* 6. 12. 13. ℣. Regnábit in domo Jacob in ætérnum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. 33. * Ipſe.

Lectio iij. *v.* 13. *ad* 16.

NOn enim per legem promíſſio Abrahæ, aut ſémini ejus, ut heres eſſet mundi; ſed per juſtítiam fidei. Si enim qui ex lege, herédes ſunt; exinaníta eſt fides, abolíta eſt promíſſio. Lex enim iram operátur. Ubi enim non eſt lex: nec prævaricátio. Ideo ex fide, ut ſecúndùm grátiam firma ſit promíſſio omni sémini, non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt ómnium noſtrûm.

℟. Cantáte Dómino quóniam magníficè fecit; annuntiáte hoc in univérſa terra: * Exúlta, & † Lauda habitátio Sion, quia magnus in médio tui Sanctus Iſraël. *Iſai.* 12. 5. 6. ℣. Hoſánna filio David: benedictus qui venit in nómine Dómini.

att. 21. 9.* Exúlta.
ıuda.

Nocturno.

. Omnia per ipſum
:reáta ſunt : & ipſe
nnes , & ómnia in
nt. *Coloſſ.* 1. 16. 17.
l. In ipſo complá-
m plenitúdinem in-
k per eum reconci-
ı in ipſum. *Coloſſ.* 1.

F. Propóſuit Deus
ómnia in Chriſto,
:lis , & quæ in terra
. 1. 9. 10.
ſo cóndita ſunt uni-
:œlis & in terra ,
ia , & inviſibília.
6.
ne ſancti A[illegible]guſtíni
epíſcopi.
. *in Nativ. S. Joan.*
§. 2.

Lectio iv.

Dóminus naſcéndo
:gine María, non de
ſtántia. Duas enim
nativitátes accépi-
am divínam , álte-
nam ; tamen utrám-
ilem : illam ſine ma-
a ſine patre : illam
ut creáret temporá-
ıc temporálem , ut
ætérnam.... Ille tan-
ma Dei æquális Pa-
ſine témpore fábri-
pora , ille ex nullo
te ómnia ſécula judex
ctus eſt tam parvus ,
nina naſcerétur ; ſed
:iemalis.

manſit tam magnus, ut à Patre non ſepararétur. Ei præbéntes obſéquium & teſtimónium, tanquam lucérnæ ventúro diéi, omnes Prophétæ prænuntiántes eum, ante ipſum naſcéndo venérunt, poſt ipſum credéndo adhæſérunt.

℞. Chriſtus cùm in forma Dei eſſet, * Semetípſum exinanívit formam ſervi accípiens, in ſimilitúdinem hóminum factus. *Philipp.* 2. 6. 7. ℣. Ergóne putándum eſt quòd verè Deus hábitet ſuper terram ? 3. *Reg.* 8. 27. * Semetípſum.

Lectio v.

Oportébat enim ut prænuntiarétur ventúrus, mirácula factúrus; quibus miráculis, bene intelligéntibus indicarétur Deus; humáno autem aſpéctu vidéntibus apparéret homo, parvus ad parvos, ſed húmilis ad ſupérbos: parvitáte ſuâ docens hóminem, ut ſe agnóſceret parvum; ne, non grandeſcéndo, ſed tumeſcéndo ſe créderet magnum. Eſt enim ſupérbia, non magnitúdo, ſed tumor. Ut ergo géneris humáni iſtum tumórem ſanáret ipſe médicus, ipſe medicína, non ſolùm medicaméntum ádhibens, ſed medicaméntum ſe fáciens, appáruit inter hómines homo, ófferens hóminem vidéntibus, Deum ſervans credéntibus.

℞. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, &

mundus eum non cognóvit. * In própria venit, & ſui eum non recepérunt. *Joan.* 1. 10. 11. ℣. Dóminus locútus eſt: Cognóvit bos poſſeſſórem ſuum; Iſraël autem me non cognóvit. *Iſai.* 1. 2. 3. * In própria.

Lectio vj. *Paulò pòſt.*

NOndum erant hómines, qui Deum vidérent in hómine, nec póterant vidére niſi hóminem; nec tamen ſpem ſuam pónere debent in hómine. Quid ergo fieret? Homo hóminem vidére poteſt, homo hóminem ſequi non debet. Deus ſequéndus erat, vidéri non póterat: homo ſequéndus non erat, qui vidéri póterat.... O homo, propter quem Deus factus eſt homo, áliquid magnum te crédere debes: ſed deſcénde, ut aſcéndas; quia & Deus deſcendéndo factus eſt homo. Adhæréſce medicaménto tuo, imitáre magíſtrum tuum, agnóſce Dóminum tuum, ampléctere fratrem tuum, intéllige Deum tuum.

℟. Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * Viſitávit nos óriens ex alto: illumináre his qui in ténebris, & in umbra mortis ſedent. *Luc.* 1. 78. 79. ℣. Habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta eſt eis. *Iſai.* 9. 2. * Viſitávit nos. Glória. * Viſitávit nos.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Deus fílium ſuum miſit benedicéntem vobis, ut convértat ſe unuſquiſq quítia ſua. *Act.* 3. 26.

Ant. 8. G. Hic eſt l factus eſt in caput án non eſt in állo áliqu *Act.* 4. 11. 12.

Ant. 4. E. Vobis credéntibus; non cred autem hic factus eſt l fenſiónis, & petra f 1. *Petr.* 2. 7. 8.

℣. A Dómino fac iſtud, ℟. Et eſt mir óculis noſtris. *Pſ.* 117.

Léctio ſancti Evangéli dum Lucam.

Lectio vij. *c.* 2. 33.

IN illo témpore; Er Jeſu & mater mirán his quæ dicebántur de réliqu

Homília ſancti Aml epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Lu §. 60.

VIdes úberem in grátiam Dómini tióne diffúſam, & pro incrédulis negátam ef juſtis. Ecce & Símeon tat in ruínam & reſu nem plurimórum veni minum Jeſum Chriſ juſtórum iniquorúmqu ta diſcérnat, & pro no qualitáte factórum ju rus & juſtus aut ſuppl cérnat, aut præmia.

℟. Benedíxit Síme dixit ad Maríam matr ſu: * Ecce póſitus eſt ruínam, & in reſurrec

multórum in Iſraël; & in ſignum cui contradicétur. *Luc.* 2. 34. ℣. Erit in láqueum & in ruínam habitántibus Jerúſalem; & offéndent ex eis plúrimi, & conteréntur. *Iſai.* 8. 14. 15. * Ecce póſitus eſt.

Lectio viij. §. 61.

ET tuam] inquit [ipſíus ánimam pertransíbit gládius.] Nec líttera, nec hiſtória docet ex hac vita Maríam corporális necis paſſióne migráſſe; non enim ánima, ſed corpus materiáli gládio transverberátur. Et ídeo prudéntiam Maríæ haud ignáram myſtérii cœléſtis oſténdit. [Vivum enim verbum Dei, & válidum, & acútum omni gládio acutíſſimo, pénetrans uſque ad diviſiónem ánimæ & ſpíritûs, artuúmque & medullárum, cogitatiónes cordis & ſecréta ſcrutátur animórum; quia nuda méntium, & apérta ſunt ómnia Dei Fílio,] quem conſciéntiæ ſecréta non fallunt.

℟. Iſraël in legem juſtítiæ non pervénit, offendérunt enim in lápidem offenſiónis, ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lápidem offenſiónis: Et omnis qui credit in eum, non confundétur. *Rom.* 9. 31. & 33. ℣. Hæc dicit Dóminus: Ecce mittam in fundaméntis Sion lápidem probátum, anguláre, pretióſum, in fundaménto fundátum. *Iſai.* 28. 16. * Et omnis.

Lectio ix. §. 62.

PRophetávit ítaque Símeon, prophetáverat Virgo, prophetáverat copuláta conjúgio, débuit étiam vídua; ne qua aut profeſſio deeſſet, aut ſexus. Et ídeo Anna & ſtipéndiis viduitátis, & móribus talis indúcitur; ut digna planè fuiſſe credátur, quæ redemptórem ómnium veniſſe nuntiáret.

℟. Dóminum ſanctificáte: & * Erit vobis in ſanctificatiónem; in lápidem autem offenſiónis, duábus dómibus Iſraël. *Iſai.* 8. 13. 14. ℣. Cóntinet Scriptúra: Ecce pono in Sion lápidem ſummum angulárem: hic factus eſt in caput ánguli, & lapis offenſiónis, his qui offéndunt verbo, nec credunt. 1. *Petr.* 2. 6. 7. 8. * Erit vobis. Glória. * Erit vobis.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus: ℟. Annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus. *Pſ.* 95. 2.

Pſalmi ſecundùm Feriam.

Canticum; ut in die Nativitatis, ſuprà, 220.

Antiphona 2. *toni*. D.

BEnedíctus Deus qui benedíxit nos in omni benedictióne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto. *Epheſ.* 1. 3.

Ant. 3. g. Elégit nos in ipſo ante mundi conſtitutió[illegible] ut eſſémus ſáncti & im[illegible]

R

lâti in conſpéctu ejus in caritáte. *Epheſ.* 1. 4.

Ant. 1. a. Prædeſtinávit nos in adoptiónem filiórum per Jeſum Chriſtum, in laudem glóriæ grátiæ ſuæ. *Epheſ.* 1. 5. 6.

Ant. 7. a. In Chriſto vocáti ſumus ſecúndùm propóſitum ejus qui operátur ómnia ſecúndùm consilium voluntátis ſuæ. *Epheſ.* 1. 11.

Ant. 6. F. Vidéte qualem caritátem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominémur & ſimus. 1. *Joan.* 3. 1.

Capitulum. *Gal.* 4. 4. 5.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

Hymnus.

A Solis ortûs cárdine
Ad uſque terræ límitem,
Chriſtum canámus príncipem
Natum Maríâ vírgine.

BENIGNUS Autor ómnium
Mortále corpus índuit;
Ut carne carnem líberans,
Non pérderet quos cóndidit.

CASTÆ paréntis víſcera
Virtus obúmbrat Núminis;
Deíque dextra pérficit
Quod nulla mens concéperat.

DOMUS pudíci péctoris
Templum repéntè fit Dei;
Matérque néſciens virum,
Concépit alvo Filium.

EDIT parens Virgo Deum,
Quem Gábriël prædíxerat,
Quem matris intrà víſcera
Clauſus Joánnes ſénſerat.

FœNO jacens homo Deus
Præſépe non abhórruit;
Matríſque lacte páſcitur,
Per quem nec ales éſurit.

GAUDET chorus Cœléſtium,
Et Angeli canunt Deo;
Palámque fit paſtóribus
Paſtor, Creátor ómnium.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. Sumus filii Dei: ſi autem filii, & herédes; ℟. Herédes quidem Dei, coherédes autem Chriſti. *Rom.* 8. 16. 17.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. Erat pater Jeſu & mater mirántes ſuper his quæ dicebántur de illo. *Luc.* 2. 33.

Oratio.

LArgíre, quæſumus Dómine, fámulis tuis, fidei, ſpei, & caritátis augméntum; ut qui in nativitáte Filii tui Dómini noſtri gloriántur, & advérſa mundi te gubernánte non ſéntiant, & quæ temporáliter celebráre desíderant, ſine fine percípiant; Per eúmdem Dóminum.

Commemoratio de Octava S. Stephani, ſuprà, 254.

AD HORAS, *Pſalmi ſecundùm Feriam.*

Antiphonæ, Capitula, & ℟℟. *brevia, ut in die Nativitatis,* 221.

Oratio, Largíre, *in Laudibus.*

RIMAM, *Dicuntur*
iones, Concéde, *&*
ſanƈte, *ut in die Na-*

Dominica, dicuntur
te laborem quotidia-
nda.

ANON.

ílio Pariſiénſi ſexto.
. 829. cap. 4.
.ótes ſunt Eccléſiæ
, ... qui non ambién-
ſpirituáliter vivéndo
ım meruérunt; quip-
ıvóris humáni ſuffrá-
divíno múnere ſubli-
ıil ſibi de præſtántia
ıpátûs applaúdunt.
minica occurrat ulti-
ecembris, ejus Offi-
ninatur ad Nonam.

ESPERAS.

ma & Pſalmi de II.
Nativitatis, 223.
m. 2. Petr. 1. 4.
ima & pretióſa nobis
míſſa donávit Deus:
:c efficiámini divínæ
natúræ, fugiéntes
in mundo eſt, con-
iæ corruptiónem.
s, A ſolis ortûs, *ſu-*
udibus.
.edixíſti Dómine ter-
: ℟. Avertíſti capti-
acob. *Pſ.* 84. 1.
agníficat, *Ant.* 4. d.
ıa confitebátur Dó-
: loquebátur de illo
qui expeƈtábant re-
em Iſraël. *Luc.* 2.

Oratio, Largíre, *ſuprà in Laudibus.*

Fit Commemoratio, vel de SS. Saviniano & Potentiano; vel de S. Thoma, ſecundùm occurrentiam Officii.

Poſtea de Oƈtava S. Stephani, 234.

Completorium ut in die Nativitatis, 224.

Die XXXI. Decembris.

In Feſto SS. SAVINIANI & Potentiani, Sociorumque martyrum Senonenſium; ac S. Columbæ virginis & martyris.

Duplex-minus.

Si hoc Feſtum venerit in Dominica, anticipatur Sabbato præcedenti: ſi autem inciderit in Feriam ſecundam, tunc in II. Veſperis Dominicæ, quæ erunt integræ de Dominica, fiet Commemoratio SS. Saviniani & Potentiani. Deinde Oƈtava S. Stephani, &c.

Omnia dicuntur de Communi plurium Martyrum, xiij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridie In Vesperis, *Antiphonæ & Pſalmi de II. Veſperis Nativitatis*, 223.

Oratio, Concede, *infrà in Laudibus*, 264.

Fit Commemoratio Dominicæ, Ant. Anna, ℣. Benedixíſti, *Oratio*, Largíre, *ut ſuprà.*

Deinde de Oƈtavâ S. Stephani, 234.

Poſtea de S. Silveſtro papa, Ant. Reſpéxit, ℣. Quæſi-

vit, xxj. *Oratio*, Da, quæſumus, *infrà ad Laudes*, 265.

Completorium de Nativitate, 224.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Hymnus, Quàm vincla, xiv.

IN I. NOCTURNO.

Quando hoc Feſtum anticipatur, Lectiones ſequentes de Epiſtola ad Romanos dicuntur in Dominica.

De Epiſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 5. 1. *ad* 5.

JUſtificáti ergo ex fide, pacem habeámus ad Deum per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum; per quem & habémus accéſſum per fidem in grátiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriámur in ſpe glóriæ filiórum Dei. Non ſolùm autem, ſed & gloriámur in tribulatiónibus; ſciéntes quòd tribulátio patiéntiam operátur, patiéntia autem probatiónem, probátio verò ſpem. Spes autem non confúndit; quia cáritas Dei diffúſa eſt in córdibus noſtris per Spíritum-ſanctum, qui datus eſt nobis.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 9.

UT quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſémus, ſecúndùm tempus pro impiis mórtuus eſt? Vix enim pro juſto quis móritur: nam pro bono fórſitan quis áudeat mori. Commendat autem caritatem ſuam Deus in nobis: quóniam cùm adhuc peccatóres eſſémus, ſecúndùm tempus Chriſtus pro nobis mórtuus eſt: multò igitur magis nunc juſtificáti in ſanguine ipſius, ſalvi érimus ab ira per ipſum.

Lectio iij. *v.* 10.

SI enim cùm inimici eſſémus, reconciliáti ſumus Deo per mortem Fi[lii ejus,] multò magìs reconcili[áti ſalvi] érimus in vita ipſius. [Non ſo]lùm autem, ſed & gl[oriámur] in Deo per Dómin[um no]ſtrum Jeſum Chriſt[um, per] quem nunc reconcili[atiónem] accépimus. Proptéreà [ſicut per] unum hóminem pec[cátum in] hunc mundum intrávi[t, & per] peccátum mors; & it[a in om]nes hómines mors per[tranſiit,] in quo omnes peccavi[runt.]

IN II. NOCTU[RNO.]

Lectio iv.

Ex Hiſt. Oderanni ap[ud] ſeculo vj. *benedict[ini] Clarii Senon. & Rob[erti] monſt. Autiſſiod.*

SAviniánus quem p[r]ſulem ſuum Sénon[es ve]rántur, veræ fidei, qu[a ca]lébat zelo ſuccénſus, que insígnem hanc n[ationem o]lim idololatríæ dédit[am, om]nes ibi Chriſto lucrifac[ere con]fidénter aggréſſus eſt [adjun]cto ſibi Potentiáno p[rob]atitátis viro. Sæviént[e perſe]cutiónis procéllâ, [...] nam veritátem quam [...] cis ſermónibus utérq[ue ...] ter propugnáverat,

órtiùs fuſo ſánguine obſigná-
it. Sacra ipſórum, aliorúm-
ue, Eodáldi ſcílicet, Altíni,
t Serotíni córpora in pace ſe-
últa, multis ſéculis latué-
unt; donec in loco qui Vicus,
eu Vivus dicebátur, repérta
unt cum ſignis martyrii. Savi-
iáni caput véluti plumbátis
ontúſum, plagáque dúplici
uaſi recèns inflíctâ cruentá-
um, aſtántibus ſimul & mi-
ántibus viſum fuiſſe trádi-
ur.

Lectio v.

INvénta ſanctórum márty-
rum pígnora, Venílo Seno-
énſis archiepíſcopus inde ſo-
émni pompâ tránſtulit in pró-
imam Príncipis Apoſtolórum
aſílicam extra urbis ámbi-
um, anno ab incarnatióne
Dómini octingentéſimo qua-
ragéſimo ſéptimo, die au-
úſti vigéſimâ ſextâ. Sed ſécu-
o vix elápſo intrà civitátis
uros, Normannórum metu
eláta, & íterum non multò
óſt ad priórem locum reláta,
ábdito terræ ad álterum rur-
s ſeculum retrúſa manſérunt,
onec Leotherícus Senonén-
antíſtes, ea de novo re-
erta plúmbeis inclúſit lóculis:
jus pietátem æmuláti rex
obértus, & conjux ejus
onſtántia, Saviniáni cor-
s paucis poſt annis è plúm-
o lóculo extráctum, auro,
génto, gemmíſque pretióſis
ornári munificentíſſimè cu-
vérunt.

Lectio vj.

NEc in Potentiáni cultu provehéndo defuérunt Autiſſiodorénſes. Nam latens ipsíus atque Altíni féretrum, jam à ducéntis círciter annis fidéliter detéctum eſt ab archiepíſcopo Senonénſi Hugóne de Tocíaco è clara Autiſſiodorénſium família oriúndo. Ex quo ſancti mártyris confeſſióni eò major in dies cultus acceſſit, quòd vix elápſo, poſt iſtam revelatiónem, anno quinquagéſimo, nóbiles relíquiæ ex ignóbili ſepúlcro érutæ à Petro de Corbólio Senonénſi archiepíſcopo, & Guillélmo de Seligníaco epíſcopo Autiſſiodorénſi, in decénti capſa honorífice cónditæ ſunt. Hi autem ſancti omnes pro virtútis ac paſſiónis glória ſimul honorántur die últimâ Decémbris, unà cum beáta Colúmba vírgine, quæ Sénonis hâc ipsâ die, igne ſuperáto, ſub Aureliáno gládio cæſa eſt. Hujus veneránda membra à Venilóne invénta innúmeris claruére miráculis. Hinc tot eréctæ ſub illíus nómine Baſílicæ in Italia, Hiſpánia, Gállia, præſertímque território Autiſſiodorénſi.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 21. 9. *ad* 19.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Cùm audiéritis prælia & ſeditiónes, nolite

terréri: opórtet primùm hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 333. *de Sanctis, cap.* 1.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus téſtibus, id eſt Martyribus ſuis pro humána fragilitáte ſolícitis, ne fortè eum confiténdo atque moriéndo períṛent, magnam ſecuritátem dedit, dicens: [Capíllus de cápite veſtro non períbit.] Times ergo ne péreas, cujus capíllus non períbit? Si ſic cuſtodiúntur ſupérflua tua, in quanta tutéla eſt ánima tua? Non perit capíllus, qui cùm tondétur, non ſentis; & perit ánima, per quam ſentis? Sanè multa dura eos paſſúros eſſe prædíxit, ut prædicéndo fáceret paratióres, diceréntque illi: [Parátum cor meum.]

Lectio viij.

QUid eſt, [Parátum cor meum,] niſi paráta volúntas mea? Parátam ergo habent Mártyres voluntátem in martyrio; ſed [præparátur volúntas à Dómino.] Illis autem malis duris atque áſperis futúris commemorátis adjécit: [In veſtra patiéntia poſſidébitis ánimas veſtras. In veſtra,] inquit, [patiéntia.] Non enim eſſet patiéntia tua, ſi non ibi eſſet & volúntas tua, [In veſtra patiéntia:] ſed unde noſtra? Noſtrum eſt quod à nobis habétur, noſtrum eſt & quod nobis donátur. Nam ſi non ſit noſtrum, non donátur. Quómodo enim áliquid donas, niſi ut ejus ſit cui donas?

Lectio ix.

APérta eſt illa conféſſio: [Nonne Deo ſubjiciétur ánima mea? Ab ipſo eſt enim patiéntia mea.] Dicit nobis ipſe: [In veſtra patiéntia.] Dicámus illi & nos: [Ab ipſo eſt patiéntia mea.] Tuum fecit donándo, noli eſſe ingrátus tibi aſſignándo. Nonne in oratióne Domínica dícimus & noſtrum eſſe quod à Deo eſt? Quotídie dícimus: [Panem noſtrum quotidiánum.] Jam dixíſti: [Noſtrum;] & dicis: [Da nobis.] Ecce [noſtrum,] ecce [da nobis.] Illo dante fit noſtrum. Si illo dante fit noſtrum; nobis ſuperbiéntibus fit aliénum.

AD LAUDES MATUTINAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona, Capitulum, Hymnus, & ℣. *de Communi plurium Martyrum*, xvj.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. Venérunt de tribulatióne magna; ídeo ſunt ante thronum Dei, & qui ſedet in throno, habitábit ſuper illos. *Apoc.* 7. 14. 15.

Oratio.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut ad meliórem vitam, mártyrum tuórum Saviniáni epíſcopi;

Potentiáni, Sociorúmque, ac Colúmbæ vírginis & mártyris exémpla nos próvocent; quátenus, quorum ſolémnia ágimus, étiam actus imitémur; Per Dóminum.

Fit Commemoratio Octavarum, ut ſuprà, 233.

Et S. Silveſtri papæ, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, xxv.

Oratio.

Da, quæſumus omnípotens Deus, ut beáti Silveſtri pontíficis veneránda feſtívitas devotiónem nobis aúgeat & ſalútem; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

Ad Horas, *Pſalmi de feria.*

Canon.

Ex Concílio Pariſiénſi ſexto.

An. 829. *cap.* 4.

Sacerdótes ſunt Eccléſiæ decus, . . . quos non inflat honor accéptus, ſed exércet labor impóſitus; quia non excelléntiam ſuam cógitant provécti, ſed ſárcinam; nec gloriántur de offícii dignitáte, ſed ſudant pótiùs conſtitúti ſub ónere.

Si Feſtum SS. Saviniani & Potentiani anticipetur, Veſperæ erunt de Sabbato ante Dominicam intrà Octavam Nativitatis, ut ſuprà, cum Commemoratione SS. Saviniani & Potentiani, &c. & Octavæ S. Stephani, &c.

DIE I. JANUARII.

IN FESTO CIRCUNCISIONIS DOMINI, IMPOSITIONIS NOMINIS JESU, AC IN OCTAVA NATIVITATIS EJUS.

SEMISOLEMNE.

In Primis Vesperis.

Antiphonæ & Pſalmi, ut in I. Veſperis Nativitatis, 223.

Capitulum. Hebr. 2. 16. 17.

Nuſquam Angelos apprehéndit, ſed ſemen Abrahæ apprehéndit; unde débuit per ómnia frátribus ſimilári, ut miſéricors fieret, & fidélis Póntifex ad Deum, ut repropitiáret delícta pópuli.

℟. Ingrédiens mundum dicit: Hóſtiam & oblatiónem noluíſti, corpus autem aptáſti mihi: * Holocautómata pro peccáto non tibi placuérunt.

Tunc dixi : † Ecce vénio. *Hebr.* 10. 5. 6. 7. ℣. In cápite libri ſcriptum eſt de me : ut fácerem voluntátem tuam Deus meus vólui. *Pſ.* 39. 8. 9.* Holocautómata. Glória. † Ecce vénio.

Hymnus.

CHristus ut matris grémium relíquit,
Prímulo fletu ; Pater, inquit ; adſum :
Víndices poſcat (vénio parátus)
Ultio pœnas.

Non placet fuſus cruor beſtiárum ;
Quod mihi aptáſti, Pater ; ecce corpus :
Agnus implébo móriens figúras
Verus inánes.

Dixit, & Patris venerátus iram,
Súſtinet vulnus ſílicis cruéntæ :
Hunc cruor ſtillans Abrahæ probávit
Eſſe nepótem.

Legis ut ritus ſúbiit probróſos,
Incipit noſtras reparáre clades,
Jam crucis tiro próprio Paréntem
Sánguine placat.

Sic & effúſi prétium cruóris,
Accipit nomen ſúperis veréndum,
Próna quod tellus pavet, ad quod omnis
Intremit orcus.

Summa laus Patri, [illegible]
[illegible] Nato, [illegible]
Qui ſuo mundum [illegible]
[illegible]
Par ſit ambórum tibi laus [illegible]
omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

℣. Si voluiſſes ſacrificium dediſſem útique : [illegible] Holocauſtis non delectáberis. [illegible] 50. 18.

Ad Magnif. Ant. [illegible] Nolíte putáre quóniam [illegible] ſólvere legem aut Prophétas : non veni ſólvere, ſed [illegible] plére. *Matt.* 5. 17.

Oratio, Deus, qui nobis [illegible] *ut infrà in Laudibus.*

Fit Commemoratio SS. [illegible] *niani, &c. Ant.* Datæ ſunt [illegible] ℣. Lætítia ſempitérna, [illegible] *& Octava S. Stephani,* 234

AD COMPLETORIU[M]

Antiphona ut in die Nativitatis, 224.

Orationes, Deus, qui no[bis], & Véritas, *ſub uno* P[er] Dóminum.

AD OFFICIU[M]
NOCTURNUM.

Invitatorium, Fílium D[ei] factum ex muliere, fact[um] ſub lege,* Veníte, adorému[s]. *Gal.* 4. 4.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

FElix dies quam pr[o]prio
Jeſus cruóre cónſecrat !
Felix dies quâ géſſiit
Opus ſalútis ággredi !

natus ecce láčteum
t infans ſánguinem;
eſt hoc fúneris,
hoc prælúdium.
: A N S in orbem, jam
ris
promptus éxequi,
præóccupat diem,
ɔoteſt ſit víctima.
R E ſe facit reum,
e ſolvit ínnocens;
: factus légifer,
nos ut éximat.
Chriſtus ictu læditur,
ogáta cóncidit;
it lex ſánctior,
ſemper, Cáritas.
Chriſte, quod non eſt
m
recíde péctore,
nomen, íntimis
legem córdibus.
natus es de Vírgine,
bi ſit glória,
tre cumque Spíritu,
térna ſécula. Amen.
N O C T U R N O.
. a. Holocaúſtum.
Pſalmus 39.
ſtans expectávi Dó-
ım,* & inténdit mihi;
udívit preces meas:*
me de lacu miſériæ,
o fæcis.
tuit ſupra petram pe-
s;* & diréxit greſſus

míſit in os meum cán-
ovum,* carmen Deo

nt multi & timébunt,
nt in Dómino.

Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus,* & non reſpéxit in vanitátes, & inſánias falſas.

Multa feciſti tu Dómine Deus meus mirabília tua:* & cogitatiónibus tuis non eſt qui ſímilis ſit tibi.

Annuntiávi & locútus ſum:* multiplicáti ſunt ſuper númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluíſti;* aures autem perfeciſti mihi.

Holocaúſtum & pro peccáto non poſtuláſti:* tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri ſcriptum eſt de me: ut fácerem voluntátem tuam Deus meus vólui,* & legem tuam in médio cordis mei.

Ant. Holocaúſtum pro peccáto non poſtuláſti: tunc dixi: Ecce vénio. *v.* 8.

Ant. 4. *irreg.* c. Dicant ſemper.

Diviſio Pſalmi 39.

ANnuntiávi juſtítiam tuam in eccléſia magna:* ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu ſciſti.

Juſtítiam tuam non abſcóndi in corde meo:* veritátem tuam, & ſalutáre tuum dixi.

Non abſcóndi miſericórdiam tuam, & veritátem tuam* à concílio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miſeratiónes tuas à me:* miſericórdia tua & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus; * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capíllos cápitis mei, * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me; * Dómine ad adjuvándum me réſpice.

Confundántur & revereántur ſimul qui quærunt ánimam meam, * ut aúferant eam.

Convertántur retrórsùm, & revereántur * qui volunt mihi mala.

Ferant conféſtim confuſiónem ſuam, * qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exúltent, & læténtur ſuper te omnes quæréntes te; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendícus ſum, & pauper: * Dóminus ſolícitus eſt meî.

Adjútor meus, & protéctor meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Ant. Dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum. *v.* 17.

Ant. 1. D. Dóminus.

Pſalmus 45.

DEus noſter refúgium & virtus; * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculò.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram, * aúferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus; * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Ant. Dóminus virtútum nobíſcum: ſuſcéptor noſter Deus Jacob. *v.* 8.

℣. Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, ℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97. 3.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 17. 10. *ad* 14.

DIxit Deus ad Abraham: Hoc eſt pactum meum, quod obſervábitis inter me &

& ſemen tuum poſt te :
incidétur ex vobis omne
alinum : & circuncidétis
m præpútii veſtri, ut ſit
num fœderis inter me &
Infans octo diérum cir-
détur in vobis , omne
alínum in generatióni-
reſtris : tam vernáculus,
emptítius circuncidé-
& quicúnque non fúe-
: ſtirpe veſtra : erítque
m meum in carne veſtra
dus ætérnum. Máſculus,
præpútii caro circuncíſa
fúerit , delébitur ánima
e pópulo ſuo ; quia pa-
meum írritum fecit.
Dixit Deus ad Abraham:
eſt pactum meum quod
vábitis inter me & vos,
nen tuum poſt te : * Cir-
détur ex vobis omne
alínum. *Gen.* 17. 9. 10.
edit Deus Abraham te-
ntum circunciſiónis. *Act.*
* Circuncidétur.
Epíſtola beáti Pauli apó-
ſtoli ad Romános.
io ij. *c.* 2. 25. *ad* 29.
rcuncíſio quidem pro-
leſt, ſi legem obſérves :
em prævaricátor legis ſis,
ncíſio tua præpútium fa-
ſt. Si ígitur præpútium
ias legis cuſtódiat, nonne
útium illíus in circunci-
m reputábitur ? & judi-
id quod ex natúra eſt
ítium, legem conſúm-
, te qui per lítteram, &
nciſiónem prævaricátor
legis es ? Non enim , qui in manifeſto, Judæus eſt : neque, quæ in manifeſto in carne, eſt circuncíſio : ſed qui in abſcóndito, Judæus eſt : & circuncíſio cordis in ſpíritu, non líttera : cujus laus non ex homínibus, ſed ex Deo eſt.

℟. Reputáta eſt Abrahæ fides ad juſtítiam ; non in circunciſióne , ſed in præpútio. * Et ſignum accépit circunciſiónis , ſignáculum juſtítiæ fidei, quæ eſt in præpútio. *Rom.* 4. 9. 10. 11. ℣. Crédidit Abraham Deo , & reputátum eſt illi ad juſtítiam. *Gen.* 15. 6. * Et ſignum.

Lectio iij. *c.* 3. 1. *ad* 6.

Quid ergo ámplius Judæo eſt ? aut quæ utílitas circunciſiónis ? Multùm per omnem modum. Primùm quidem, quia crédita ſunt illis elóquia Dei. Quid enim ſi quidam illórum non credidérunt, nunquid incredúlitas illórum fidem Dei evacuábit ? Abſit. Eſt autem Deus verax , omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt : Ut juſtificéris in ſermónibus tuis , & vincas cùm judicáris.

℟. Arbitrámur juſtificári hóminem per fidem ſine opéribus legis : quóniam * Unus eſt Deus, qui † Juſtíficat circunciſiónem ex fide ; & præpútium , per fidem. *Rom.* 3. 28. 30. ℣. Circuncídite ígitur præpútium cordis veſtri. *Deut.* 10. 16. * Unus. Glória. † Juſtíficat.

In II. Nocturno.

Ant. 6. F. Deus.

Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtri, & benedícat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtri,

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus, * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exſúltent gentes; * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Ant. Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: terra dedit fructum ſuum. v. 6. 7.

Ant. 4. E. Deus convérte nos.

Pſalmus 79.

QUi regis Iſraël inténde, * qui dedúcis velut ovem Joſeph:

Qui ſedes ſuper Chérubim, * manifeſtáre coram Ephraim, Bénjamin, & Manáſſe.

Excita poténtiam tuam, & veni, * ut ſalvos fácias nos.

Deus convérte nos; * & oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus.

Dómine Deus [...] quoúſque iraſcéris [...] oratiónem ſervi tui?

Cibábis nos pane [...] rum, * & potum [...] in lácrymis in menſ[...]

Poſuiſti nos in co[...] nem vicínis noſtris [...] inimíci noſtri ſubſ[...] nos:

Deus virtútum [...] nos; * & oſténde fá[...] & ſalvi érimus.

Ant. Deus con[...] & oſténde fáciem [...] ſalvi érimus. v. 4.

Ant. 7. a. Fiat m[...]

Diviſio Pſalm[...]

VIneam de Ægy[...] tuliſti: * ejeciſti [...] plantáſti eam.

Dux itíneris fu[...] ſpéctu ejus; * plan[...] ejus, & implévit t[...]

Opéruit monte[...] jus, * & arbúſta [...] Dei.

Extendit pálmi[...] que ad mare, * [...] flumen propágine[...]

Ut quid deſtru[...] riam ejus, * & vind[...] omnes qui præte[...] viam?

Exterminávit e[...] ſilva, * & ſingulá[...] páſtus eſt eam.

Deus virtútum [...] re; * réſpice de cœ[...] & viſita víneam iſ[...]

Et pérfice eam [...] távit déxtera tua[...]

...ui hóminis quem confir-
...i tibi:
...céſa igni, & ſuffóſſa;*
...increpatióne vultûs tui pe-
...int.
...iat manus tua ſuper virum
...teræ tuæ,* & ſuper filium
...inis quem confirmáſti tibi.
...t non diſcédimus à te:*
...ficábis nos, & nomen
...n invocábimus.
Dómine Deus virtútum
...vérte nos; * & oſténde
em tuam, & ſalvi érimus.
...nt. Fiat manus tua ſuper
...m déxteræ tuæ, & ſuper
...um hóminis quem confir-
...ſti tibi. *v.* 18.
℣. Miſericórdia & véritas
...viavérunt ſibi, ℟. Juſtítia
...ax oſculátæ ſunt. *Pſ.* 84. 11.
...e Sermóne ſancti Bernárdi
abbátis.
...rm. 1. *in Circumciſ.* §. 2.

Lectio iv.

MAgnum & mirábile ſa-
cramentum! Circunci-
...r Puer, & vocátur Jeſus.
...id ſibi vult iſta connéxio?
...cumciſio nempe ſalvándi
...ùs quàm Salvatoris eſſe
...tur; & Salvatórem circun-
...re decet, quàm circunci-
Sed agnóſce mediatórem
& hóminum, qui ab ipſo
...vitátis ſuæ exórdio, diví-
...humána ſóciat, ima ſum-
Náſcitur ex muliere, ſed
...fecunditátis fructus ſic ac-
...t, ut non décidat flos
...initátis: pannis invólvi-
...ſed panni ipſi Angélicis

láudibus honorántur: abſcón-
ditur in præſépio, ſed pródi-
tur radiánte ſtellâ de cœlo.
Sic & circuncíſio veritátem
ſuſcéptæ probat humanitátis;
& nomen quod eſt ſuper omne
nomen, glóriam índicat ma-
jeſtátis.

℟. Lex per Móyſen data eſt, * Grátia & véritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. *Joan.* 1. 17. ℣. Legem mandávit Móyſes in præcéptis juſtitiárum, & hereditátem dómui Jacob, & Iſraël promiſſiónes *Eccli.* 24. 33. * Grátia.

Lectio v.

CIrcuncíditur tanquam ve-
rus Abrahæ filius; Jeſus
vocátur tanquam verus filius
Dei. Neque enim ad inſtar
priórum meus iſte Jeſus, no-
men vácuum aut ináne portat.
Non eſt in eo magni nóminis
umbra, ſed véritas. Cœlitus
ſiquidem índitum nomen E-
vangeliſta teſtátur; [quod vo-
cátum eſt ab Angelo, priúſ-
quam in útero conciperétur.]
Et atténde verbi profunditá-
tem. Poſtquam natus eſt Jeſus,
Jeſus vocátur ab homínibus,
quo nomine vocatus eſt ab
Angelo, priúſquam in útero
conciperétur. Idem quippe &
Angeli Salvátor & hóminis:
ſed hóminis ab incarnatióne,
Angeli ab inítio creatúræ.

℟. Nos ſpíritu ex fide, ſpem juſtítiæ expectámus; * Nam in Chriſto Jeſu, neque circun-ciſio áliquid valet, neque præ-

púţium ; ſed fides, quæ per caritátem operátur. *Gal.* 5. 5. 6. ℣. Hæc dicit Dóminus : Nováte vobis novále ; circuncídimini Dómino, & auférte præpútia córdium veſtrórum. *Jer.* 4. 3. 4.* Nam in Chriſto.

Lectio vj. §. 3. 4.

SAlvátor noſter & circuncíſus di octávo die, & poſt annum tricéſimum dignátus eſt crucifigi, ubi in pœnam corpus omne diſténſum eſt : Cujus ſimilitúdini mortis complantámur & nos, ut ſcribit Apóſtolus, nimírum quod noviſſimè tráditum eſt obſervántes. Quæ eſt ergo morális circuncíſio noſtra, niſi quam commendat idem Apóſtolus ? [victum] ínquiens [& veſtítum habéntes, his conténti ſimus.] Optimè prorſus circuncídit nos, & ſupérflua réſecat univérſa, voluntária hæc paupértas, pœniténtiæ labor, reguláris obſervátio diſciplínæ.

℟. Nos ſumus circuncíſio, qui * Spíritu ſervímus Deo, & † Gloriámur in Chriſto Jeſu, non in carne fidúciam habéntes. *Philipp.* 3. 3. ℣. Hæc dicit Dóminus : In hoc gloriétur, qui gloriátur, ſcire & noſſe me. *Jer.* 9. 23.* Spíritu. Glória. † Gloriámur.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Jurávi David.

Pſalmus 88.

MIſericórdias Dómini * in ætérnum cantábo.

In generatiónem & genera-
tiónem * annuntiá
tem tuam in ore m
Quóniam dixiſti
num miſericórdia æ
in cœlis, * præpará
tas tua in eis.

Diſpóſui teſtam
ctis meis ; * jurávi D
meo, Uſque in æté
parábo ſemen tuum

Et ædificábo in
nem & generatióne
tuam.

Confitebúntur cœ
lia tua Dómine ; * é
ritátem tuam in ec
ctórum.

Quóniam quis i
æquábitur Dómino
erit Deo in fíliis D

Deus qui glori
consílio ſanctórum,
& terríbilis ſuper c
in circúitu ejus ſunt

Dómine Deus
quis símilis tibi ? *
Dómine : & véritas
cúitu tuo.

Tu domináris pot
ris, * motum autem
ejus tu mítigas.

Tu humiliáſti ſicu
tum, ſupérbum ; *
virtútis tuæ diſperſiſ
tuos.

Tui ſunt cœli, & t
ra ; orbem terræ, &
dinem ejus tu fundá
lónem & mare tu c

Thabor & Hern
mine tuo exultábun
bráchium cum poté

: manus tua, & exal-
:era tua; * juſtítia
m præparátio ſedis

ɔórdia & véritas *
fáciem tuam :
pópulus qui ſcit
em; * Dómine in
ultûs tui ambulá-

ɪómine tuo exultá-
die; * & in juſtítia
búntur :
iam glória virtútis
es; * & in beneplá-
exaltábitur cornu

'ómini eſt aſſúmptio
& ſancti Iſraël, regis

urávi David ſervo
que in ætérnum præ-
men tuum. *v.* 4.
d. Ego.
iſio Pſalmi 88.
ocútus es in viſióne
; tuis, & dixíſti: *
ntórium in poténte,
'i eléctum de plebe

'avid ſervum meum, *
to meo unxi eum :
enim mea auxiliábi-
& bráchium meum
ɔit eum :
ɔrofíciet inimícus in
filius iniquitátis non
nocére ei.
ɪcídam à fácie ipsíus
ejus, * & odiéntes
ɪgam convértam.
itas mea, & miſeri-

córdia mea cum ipſo; * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus, * & in flumínibus déxteram ejus.

Ipſe invocábit me : Pater meus es tu, * Deus meus, & ſuſcéptor ſalútis meæ :

Et ego primogénitum ponam illum, * excélſum præ régibus terræ :

In ætérnum ſervábo illi miſericórdiam meam, * & teſtaméntum meum fidéle ipſi :

Et ponam in ſéculum ſéculi ſemen ejus, * & thronum ejus ſicut dies cœli.

Si autem derelíquerint filii ejus legem meam, * & in judíciis meis non ambuláverint;

Si juſtítias meas profanáverint, * & mandáta mea non cuſtodíerint;

Viſitábo in virga iniquitátes eórum, * & in verbéribus peccáta eórum :

Miſericórdiam autem meam non diſpérgam ab eo, * neque nocébo in veritáte mea :

Neque profanábo teſtaméntum meum, * & quæ procédunt de lábiis meis non fáciam írrita.

Semel jurávi in ſancto meo, ſi David méntiar, * ſemen ejus in ætérnum manébit :

Et thronus ejus ſicut ſol in conſpéctu meo, & ſicut luna perfécta in ætérnum: * & in cœlo fidélis.

Ant. Ego primogénitum ponam illum, excelſum præ régibus terræ. v. 28.

Ant. 3. g. Benedictus.

Altera diviſio Pſalmi 88.

TU verò repuliſti, & deſpexíſti, * diſtuliſti chriſtum tuum.

Evertíſti teſtaméntum ſervi tui, * profanáſti in terra ſanctuárium ejus:

Deſtruxíſti omnes ſepes ejus, * poſuiſti firmaméntum ejus formidinem:

Diripuérunt eum omnes tranſeúntes viam; * factus eſt oppróbrium vicinis ſuis:

Exaltáſti déxteram depriméntium eum; * lætificáſti omnes inimícos ejus:

Avertiſti adjutórium gládii ejus, * & non es auxiliátus ei in bello:

Deſtruxíſti eum ab emundatióne, * & ſedem ejus in terram colliſíſti:

Minoráſti dies témporis ejus, * perfudíſti eum confuſióne.

Uſquequo Dómine avértis in finem, * exardéſcet ſicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea ſubſtántia: * nunquid enim vanè conſtituíſti omnes filios hóminum?

Quis eſt homo qui vivet, & non vidébit mortem; * éruet ánimam ſuam de manu ínferi?

Ubi ſunt miſericórdiæ tuæ antíquæ Dómine, * ſicut ju-
ſáſti David in veritáte tua?

Memor eſto Dómin
brii ſervórum tuórui
contínui in ſinu mec
rum géntium;

Quod exprobravér
mici tui Dómine, *
probravérunt com
nem Chriſti tui.

Benedictus Dó
ætérnum. * Fiat, fiat.

Ant. Benedictus
in ætérnum. Fiat, fia

℣. Deus rex no
ſécula, operátus eſt
℟. In médio terræ. P

Léctio ſancti Evangé
dùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 2

IN illo témpore; P
conſummáti ſunt
ut circunciderétur P
cátum eſt nomen eju
Et réliqua.

Homília ſancti Be
abbátis.

Serm. 2. *in Circunci*

MEritò ſanè dum
cíditur Puer q
eſt nobis, Salvátor
quòd vidélicet ex hoc
perit operári ſalútem
immaculátum illum
ſánguinem fundens.
enim jam quærere
ſtiánis, cur volúerit
Chriſtus circuncídi.
hoc ſiquidem circun
propter quod natus
quod paſſus. Nihil
propter ſe, ſed ómni
eléctos. Nec in pecc
tus, nec à peccáto cir

is eſt pro peccáto
autem propter de-

quam conſummáti
ſto ut circuncide-
; * Vocátum eſt
Jeſus. *Luc.* 2. 21.
eum Salvatórem
. 41. 45. * Vocá-

§. 3. & 4.
ocátum eſt,] in-
ab Angelo, priúſ-
ero conciperétur.]
ſt planè, non im-
nempe hoc ei no-
ætérno. A natúra
et, ut ſit Salvátor;
ſt ei nomen hoc;
n ab humána vel
reatúra. Sed quid
quòd egrégius ille
unc ipſum Púerum
nínibus appellán-
prædícens, hoc
iſſe vidétur, quod
præmónuit Ange-
átur Evangeliſta)
eſt nomen ejus?]
m eſt per Prophé-
puer meus quem
ium géntibus nun-
ſt in nómine ejus
ábunt. *Matt.* 12. 17.
Ecce ſervus meus,
um: judícium gén-
ret. *Iſai.* 42. 1. * Et

Lectio ix.
it Iſaías, ut vidé-
m hunc: & vidit,
ſt. Dénique & lo-
quebátur gratulabúndus & laudans Deum: [Puer natus eſt nobis, Fílius datus eſt nobis, & factus eſt principátus ſuper húmerum ejus; & vocábitur nomen ejus Admirábilis, Conſiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri ſéculi, Princeps pacis.] Magna quidem nómina: ſed ubi eſt nomen, quod eſt ſuper omne nomen, nomen Jeſu; in quo omne genu flectátur? Fortè in his ómnibus unum illud invénies, ſed expréſſum quodámmodo & effúſum. Nempe ipſum eſt, de quo ſponſa in Cántico amóris: [Oleum] inquit [effúſum nomen tuum.]

℟. Sit nomen ejus benedíctum in ſécula. * Benedicéntur in ipſo omnes tribus terræ; † Omnes gentes magnificábunt eum. *Pſ.* 71. 17. ℣. Omnis qui credit in illum, non confundétur; non enim eſt diſtínctio Judæi & Græci. *Rom.* 10. 11. 12. * Benedicéntur. Glória. † Omnes gentes.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus: ℟. Annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus. *Pſ.* 95. 2.

Pſalmi de Dominica. Canticum de Nativitate, 280.

Antiphona 1. *toni.* D*

CHriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere. 1. *Tim.* 1. 15.

Ant. 3. a. Omnes Prophétæ teſtimónium pérhibent, remiſſiónem peccatórum accípere per nomen Jeſu, omnes qui credunt in eum. *Act.* 10. 43.

Ant. 1. D. Non derelínquet pópulum ſuum propter nomen ſuum magnum. 1. *Reg.* 12. 22.

Ant. 6. C. Ipſe eſt propitiátio pro peccátis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed étiam pro totíus mundi. 1. *Joan.* 2. 2.

Ant. 5. a. Benedícat omnis caro nómini ſancto ejus in ſéculum, & in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 144. 21.

Capitulum. Eccli. 39. 19. 20.

BEnedícite Dóminum in opéribus ſuis: date nómini ejus magnificéntiam, & confitémini illi in voce labiórum veſtrórum.

Hymnus.

JAM ſatis mentes timor occupávit:
Débilis ceſſent eleménta legis:
Jeſus ætérnum ſtabilíre cœpit
Fœdus amóre.

SOLIS hic puri vapor, hic patérnum
Exhibens candor ſine nube lumen,
Probra peccáti Puer ecce tinctus
Sánguine præfert.

STILLAT excíſos púeri per artus
Efficax noxas abolére ſanguis;
Obligat morti pretióſa totum
Stilla cruórem.

SANGUIS erúmpens tibi comparávit,
O Puer, nomen quod adórat orbis;
Et ſimul dici, ſimul ipſe Jeſus
Incipis eſſe.

SUMMA laus Patri, ſimul æqua Nato,
Qui ſuo mundum rédimit cruóre;
Par ſit ambórum tibi laus per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

℣. Ipſe rédimet Iſraël ℟. Ex ómnibus iniquitátibus ejus. *Pſ.* 129. 8.

Ad Bened. *Ant.* 2. D.* Dupl. Vocátum eſt ab Angelo nomen ejus Jeſus, priúſquam in útero conciperétur. *Luc.* 2. 21.

Oratio.

DEus, qui nobis nati Salvatóris diem celebráre concédis octávum; fac nos, quæſumus, ejus perpétuâ divinitáte muníri, cujus mirabili ſumus incarnatióne reparáti; Qui tecum vivit.

Fit Commemoratio Octavæ S. Stephani, 234.

AD HORAS, *Pſalmi de Dominica.*

AD PRIMAM, *Ant.* Chriſtus Jeſus.

Oratio, Deus, qui nobis; & Dómine ſancte, Pater omnípotens; *ſub una concluſione.*

A N O N.
lio Toletáno un-
décimo.
675. *cap.* 2.
m quis præcélſi
nis óbtinet locum,
éſſe eſt præcédat
itiâ meritórum; ut
l præſidet ſíngulis,
: ornétur eminén-
tis.
:IAM, *Ant.* Omnes

n. *Hebr.* 13. 15.
um offerámus hó-
udis ſemper Deo,
um labiórum con-
omini ejus.
, Deus noſter con-
, * Allelúia, alle-
eus noſter. ℣. Et
omen tuum íncly-
lúia, allelúia. Gló-
us noſter. 1. *Par.*

adùm nomen tuum
& laus tua ℟. In
Pſ. 47. 11.
:TAM, *Ant.* Non
.
Rom 3.23.24.25.
peccavérunt, &
glóriâ Dei; juſtifi-
per grátiam ipsíus,
tiónem quæ eſt in
u, quem propóſuit
iatiónem per fidem
ipsíus.
, Sperent in te,
qui novérunt no-
; * Allelúia, alle-
rent. ℣. Quóniam

non dereliquíſti quæréntes te Dómine. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Sperent. *Pſ.* 9. 11.

℣. Propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, ℟. Et propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. *Pſ.* 78. 9.

AD NONAM, *Ant.* Benedícat.

Capitulum. *Coloſſ.* 3. 17.

OMne quodcúnque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti, grátias agéntes Deo & Patri per ipſum.

℟. *breve*, Lætábimur Dómine in ſalutári tuo; * Allelúia, allelúia. ℟. Lætábimur. ℣. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Lætábimur. *Pſ.* 19. 5.

℣. In eo lætábitur cor noſtrum, ℟. Et in nómine ſancto ejus ſperávimus. *Pſ.* 32. 21.

AD VESPERAS.

Antiphona & Pſalmi, ut in II. Veſperis Nativitatis, 223.

Capitulum. *Epheſ.* 1. 6. 7. 8.

GRatificávit nos Deus in dilécto Fílio ſuo; in quo habémus redemptiónem per ſánguinem ejus, remiſſiónem peccatórum, ſecúndùm divítias grátiæ ejus quæ ſuperabundávit in nobis.

℟. Non eſt in álio áliquo ſalus; * Nec enim áliud nomen eſt ſub cœlo datum homínibus, in quo opórteat nos ſalvos fíeri. *Act.* 4. 12.

ambulávit in ténebris, & non eſt lumen ei; ſperet in nómine Dómini, & innitátur ſuper Deum ſuum. *Iſai.* 50. 10. * Nec enim. Glória.* Nec enim.

Hymnus, Chriſtus, ut matris, *ſuprà in primis Veſperis*, 266.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum ℟. Ex hoc nunc & uſque in ſéculum. *Pſ.* 112. 2.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. *Dupl.* Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen; ut in nómine Jeſu omne genu flectátur, cœléſtium, terréſtrium, & infernórum. *Philipp.* 2. 9. 10.

Oratio, Deus, qui nobis, *ſuprà in Laudibus.*

Commemoratio de die Octava S. Stephani, per Ant. Mittam ad illos Prophétas & Apóſtolos; & ex illis occídent, & perſequéntur; ut inquirátur ſanguis ómnium Prophetárum, qui effúſus eſt à conſtitutióne mundi à generatióne iſta. *Luc.* 11. 49. 50.

℣. Qui vícerit, dabo ei ſedére mecum ℟. In throno meo. *Apoc.* 3. 21.

Oratio, Omnípotens ſempitérne Deus, *infrà in Laudibus.*

[*Si ſit Sabbatum, poſt Commemorationem Octavæ S. Stephani, fit etiam Commemoratio de Dominica inter Circunciſionem & Epiphaniam, per Ant.* Cognoſcétur, ℣. Dóminus, *infrà*, 283. *&* Deus, qui in Unigénit

AD COMPLETO

Antiphonæ de Nativita

Oratio, Deus, qui *ſuprà, &* Véritas, *conclusione.*

DIE II. JANUA

In Octava

SANCTI STEP

Protomartyris.

Duplex-majus.

¶ *Si hæc dies Octav rit in Dominicam, memoratio Dominica i Nocturno, Laudibus, Omnia ut in die,* 22 *tis quæ ſequuntur. Ant. non duplicantur.*

AD OFFICI

NOCTURNI

Pſalmi de Feri

IN I. NOCTU

De Epíſtola beáti Pa ſtoli ad Románo

Lectio j. *c.* 5. 13.

USque ad lege cátum erat i do: peccátum non imputabátur, c non eſſet. Sed regnáv ab Adam uſque ad M étiam in eos qui non p runt in ſimilitúdinem ricatiónis Adæ, qui e futúri. Sed non ſicut de ita & donum: ſi enim delícto multi mórtui multò magìs grátia donum in grátia uníu nis Jeſu Chriſti in plure dávit.

ij. *v.* 16. *ad* 18.
on ſicut per unum pec-
um, ita & donum: nam
m quidem ex uno in
mnatiónem; grátia au-
multis delíctis in juſti-
em. Si enim unius de-
ors regnávit per unum;
nagis abundántiam grá-
donatiónis, & juſti-
piéntes, in vita regná-
er unum Jeſum Chri-
[gitur ſicut per uníus
n in omnes hómines
emnatiónem; ſic & per
uſtitiam in omnes hó-
n juſtificatiónem vitæ.
iij. *v.* 19. *ad* 21.
enim per inobedién-
uníus hóminis pecca-
onſtitúti ſunt multi; ita
níus obeditiónem juſti
iéntur multi. Lex au-
intrávit ut abundáret
n. Ubi autem abundá-
ctum, ſuperabundávit
ut ſicut regnávit pec-
n mortem, ita & grátia
per juſtítiam in vitam
n, per Jeſum Chriſtum
um noſtrum.

[I. Nocturno.

móne ſancti Auguſtíni
epíſcopi.

ᵹ 15. *in ſolemnit. Ste-
martyr.* §. 1. 2. *Aliàs
n.* 93. *de diverſ.*

Lectio iv.

ii Mártyris méritum
mmendátum eſt caritáti
quia cùm aliórum már-
rix geſta inveniámus,
quæ in ſolemnitátibus eórum recitáre poſsímus, hujus páſſio in Canónico libro eſt. Actus Apoſtolórum liber eſt de Cánone Scripturárum. Ipſe liber íncipit legi à Domínico Paſchæ, ſicut ſe conſuetúdo habet Eccléſiæ. In hoc ergo libro, cui títulus eſt, Actus Apoſtolórum, audiſtis quómodo ſint elécti, & ab apóſtolis ordináti ſeptem Diáconi in quibus ſanctus Stéphanus erat. Prióres Apóſtoli, ſequéntes Diáconi. Et prior martyr de Diáconis, quàm de Apóſtolis; prior víctima de agnis, quàm de ariétibus. Quantam autem cum Dómino ſuo & Salvatóre ſuo hábuit ſimilitúdinem paſſiónis? Falſi teſtes advérsùs iſtum, quómodo advérsùs illum.

Lectio v. §. 5.

Spectáſtis magnum agónem ſancti Stéphani qui in agóne lapidabátur. Quis? Qui jam dudum legem docébat. Quam legem docébat? Quam illi in tábulis lapídeis accepérunt. Méritò lapídei facti, amícum Chriſti lapidavérunt. [Durâ cervíce, (poſteáquam dócuit, objurgáre cœpit,) & non circuncíſi corde & aúribus. Quem Prophetárum non occidérunt patres veſtri?] Sævíre vidétur: lingua ferox, cor lene: clamábat, & amábat: ſæviébat, & ſalvos fieri volébat. Quis non créderet irátum, quis non créderet

odiórum fácibus inflammátum, quando dicébat: [Durâ cervíce, & non circuncísi corde & auribus?] Intérea de cœlo Dóminus aſpéxit, & vidit. Apértum eſt cœlum? vidit Jeſum tanquam exhortántem athlétam ſuum. Nec tácuit quod vidit: [Ecce vídeo,] inquit, [cœlum apértum, & Fílium hóminis ſtantem ad déxteram majeſtátis.]

Lectio vj.

ILli, hoc audíto, quaſi blaſphémia eſſet quod ille dixíſſet, aures obturavérunt; ad lápides cucurrérunt. In Pſalmo erat dictum: [Sicut áſpidis ſurdæ, & obturántis aures.] Prorſus exhibuérunt quod de illis prædíctum erat; Cœpit lapidári. Modò attendíte illum ſæviéntem, recólite verba dura: [Durâ cervíce, & non circuncíſi corde & aúribus.] Quaſi inimícus erat; tanquam, ſi fieri poſſet, omnes occídere cupiébat. Hoc dicat, qui cor non videt. Latébat cor ejus: ſed audíta ſunt novíſſima verba ejus, & patuérunt occúlta ejus cùm lapidarétur. [Dómine Jeſu,] inquit, [áccipe ſpíritum meum.] Tibi vixi; tibi mórior. [Dómine Jeſu áccipe ſpíritum meum.] Quia adjuviſti, vicit quem ſuſcipis. Accipe ſpíritum meum de manu eórum qui odérunt tuum. Hoc dixit ſanctus Stéphanus ſtans. Et poſt hoc fixit genu, & ait: [Dómine, ne

ſtatuas illis hoc p
Ubi eſt, [Durâ cer
eſt totum quod cla
eſt totum quod ſæv
ris clamábas, & int

In III. Noct

Léctio ſancti Evang
dùm Matthæ

Lectio vij. *c.* 23.

IN illo témpore
Jeſus Scribis, &
Ecce ego mitto a
phétas, & Sapiént
bas, & ex illis occ
crucifigétis. Et réli

Homília ſancti
epiſcopi
Comment. in Matt
poſt medium

JErúſalem, Jeru
interficis Propha
pidas eos qui ad te
Inter multa obju
génera ſemper m
ſuæ proteſtátur eff
jus hinc omnis qu
quòd régredi in ſalu
præſtábat, abnúere
rat enim Prophétas
miſſos lapidáverat
In civitátis nuncup
bitántium fácinus
Et idcírco Abel
Zacharíæ in hanc
ſteritátem ventúru
tur: quia jam in h
Chriſtus & prædic
paſſus.

Lectio viij.

QUòd ſi créditu
ſet, non ſolùm
nam necis Prophe

n fides foret ; ſed il-
ām Domínicæ paſſió-
téntiam eſſet vénia con-
At verò cùm nec poſt
ctiónen créditum ei
; étiam últio ab his ,
& Zacharíæ ſánguinis,
tur. Quamvis enim
eus hæc loquátur, &
univérſis homo repér-
híbeat; frequénter ta-
ongregáre eos vóluit
atiónibusProphetárum.
ſtra hunc impéndit af-
, & incáſſum. Tan-
gallína cóngregans pul-
s, continére eos ſub
s vóluit; terréna vidé-
unc & doméſtica avis
, quodam córporis ſui
m alárum operiménto,
n ut pullis ſuis vitæ
tális indúlgens , & in
n velut novâ genera-
prodúcens.

t Dominica, locò Lectio-
entis, legitur Homilia
ica occurrentis, & dici-
ponſorium ejuſdem Do-
, Angelus Dómini,
285.]

ix. *Poſt pauca.*
iliári ac penè terrénæ
s more congregáre eos
vóluit, ut qui condi-
aſcéndi éditi jam fuíſ-
nunc altérius genera-
ortu & calóre confo-
renáti, in cœléſte re-
tanquam pennátis cor-
s evolárent. Quod quia
unt, domus eórum de-
ſérta & vácua relinquétur, id
eſt, indígni habitatióne ſancti
Spíritûs erunt. Sua enim do-
mus non Dei eſſe cœpérunt,
& in contumácia infidelitátis
manéntes, uſque in id tempus
eum non vidébunt, quo in
Dómini nómine reverténtem
étiam invítâ infidelitátis con-
feſſióne benedícent . . . Poſt
comminatiónem deſeréndæ
Jerúſalem, tanquam commo-
véndus ambitióne templi eſ-
ſet, magnificéntia ei extru-
ctiónis oſténditur. Qui ait de-
ſtruénda ómnia eſſe, & diſpér-
ſis totíus ſubſtructiónis lapí-
dibus diruénda . . . Sed uſque
in finem perſeverántibus ſalus
reſerváta eſt, ac tum per om-
nes orbis partes viris Apoſtó-
licis diſpérſis, Evangélii véri-
tas prædicábitur. Et cùm uni-
vérſis fúerit cognítio ſacra-
ménti cœléſtis invécta, tum
Jerúſalem occáſus & finis in-
cúmbet, ut prædicatiónum
fidem, & infidélium pœna, &
metus civitátis érutæ conſe-
quátur. Hæc ígitur in eam ut
fúerant prædícta, perfécta
ſunt: & lapidátis, fugátis,
perémptis Apóſtolis, fame,
bello, captivitáte conſúmpta
eſt. Ac tum fuit digna non
eſſe, cùm ejéctis prædicatóri-
bus Chriſti, indígnam Dei
prædicatióne ſe præbuit.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne
Deus, qui primítias Már-
tyrum in beáti levítæ

ni ſánguine dedicáſti; tríbue quæſumus, ut pro nobis interceſſor exíſtat, qui pro ſuis étiam perſecutóribus exorávit Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum; Qui.

Ad Primam, *Oratio*, Omnipotens ſempitérne Deus, *ſuprà*, & *Oratio*, Dómine ſancte, *ſub una concluſione.*

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi primo.

An. 816. *cap.* 9. *in fin.*

SAcérdos, dum nullum in ſe vítium regnáre permíttit, impetráre apud Deum véniam pro ſubditórum facinóribus valet; qui enim iſta ſectáverit, & Dei miníſter útilis erit, & perféctum ſacerdótium conſummábit.

AD VESPERAS.

Ant. Ego replétus ſum, *cum reliquis de Laudibus diei*, 230.

Pſalmi de Feria.

Fit Commemoratio de S. Genovefa, (niſi ſit Sabbatum) per Ant. Obaudíte, ℣. Divíni, lxj. & *Oratio*, Dómine Jeſu, *infrà*, 289.

[*Si ſit Sabbatum, ſit Commemoratio de Dominica inter Circuncíſionem & Epiphaniam, per Ant.* Cognoſcétur, ℣. Dóminus, *infrà*, 283. & *Orat.* Deus, qui in Unigénito, *infrà*, 286. *Feſtum verò S. Genovefa transfertur in diem* iv. *Januarii.*]

Completorium, ut in die S. Stephani, 233. *Orat.* Omnipotens ſempitérne... *ſuprà*, & Véritas, ... *concluſione.*

Diebus III. & IV. J...

niſi ſit Dominic...

Commemor...

De Nativitate D...

Ad Laudes Mat...

Ant. Péperit Ma... ſuum primogénitum... vit nomen ejus, Jeſ... 1. 25. ...

℣. Iſraël ſalvátus... mino ℟. Salúte æt... 45. 17.

Oratio.

OMnípotens ... Deus, qui be... Incarnatiónem Ve... partum beátæ Ma... craſti: da pópulis ... celebritáte confórti... tuâ grátiâ ſunt redé... ſint adoptióne ſecúr... dem Dóminum.

Ad Veſper...

Ant. Beátus ven... portávit, & úbera q... quinímo beáti q... verbum Dei, & ... illud. *Luc.* 11. 27. 2...

℣. Benedixíſti D... ram tuam, ℟. Aver... vitátem Jacob. *Pſ...*

Oratio.

DEus, qui ſalút... beátæ Maríæ ... fecúndâ humáno g... mia præſtitíſti; tríb... mus, ut ipſam pro... tercèdere ſentiámus... merúimus auctórem...

pere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

DOMINICA
inter Circunciſionem & Epiphaniam, (ſi quæ occurrat.)

[*Si hac Dominica incidat in diem* ij. *Januarii, fiet Officium de Octava S. Stephani, cum Commemoratione Dominicæ in II. Veſperis Circunciſionis; & in Officio Nocturno, Laudibus & Veſperis Octava S. Stephani.*

Quòd ſi in iv. *Januarii inciderit, de ea fiet Officium, cum Commemorationibus occurrentibus.*

Si verò nulla occurrat Dominica inter Circunciſionem & Epiphaniam, eo anno omittitur Officium hujus Dominicæ.]

Sabbato *ad Veſperas, (ſi habeat,) Pſalmi ut in Pſalterio,* 133.

Antiphona 1. *toni.* a.

Ecce Dóminus aſcéndet ſuper nubem levem, & ingrediétur Ægyptum. *Iſai.* 19. 1.

Ant. 2. D. Commovebúntur ſimulácra Ægypti à fácie Dómini, *Iſai.* 19. 1.

Ant. 7. a. Sanábit Dóminus Ægyptum, & reverténtur ad Dóminum. *Iſai.* 19. 22.

Ant. 3. g. Mittet eis ſalvatórem & propugnatórem, qui líberet eos. *Iſai.* 19. 20.

Ant. 1. a. Títulus Dómini juxta términum Ægypti erit in ſignum, & in teſtimónium Dómino in terra Ægypti. *Iſai.* 19. 19. 20.

Capitulum. Iſai. 19. 24. 25.

Benedíctio in médio terræ, cui benedíxit Dóminus exercítuum, dicens: Benedíctus pópulus meus Ægypti, & opus mánuum meárum Aſſyrio; heréditas autem mea Iſraël.

Hymnus, O quanta, *ut in II. Veſperis Nativitatis*, 223.

℣. Dóminus placábitur Ægyptiis, ℟. Et ſanábit eos. *Iſai.* 19. 22.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. *a.* Cognoſcétur Dóminus ab Ægypto, & cognóſcent Ægyptii Dóminum in die illa. *Iſai.* 19. 21.

Oratio, Deus, qui in Unigénito, *infrà in Laudibus.*

Commemorationes occurrentes.

Ad Completorium, Antiphona ut in die Nativitatis, 224. *cum ſola Oratione*, Véritas.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Omnia ut in Dominica intrà Octavam Nativitatis, ſuprà, 255. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pſalmi de Dominica.

In I. Nocturno.

*Lectiones de Scriptura occurrente, ex Epiſtola ad Romanos, diviſionibus factis ad **Aſteriſcos, (niſi ſit* iij. *Januarii.)*

In II. Nocturno.

De Sermóne ſancti Ambróſii epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 2. §. 40. *Lectio* iv.

BRéviter ſanctus Lucas & quómodo, & quo témpore, & quo loco ſecúndùm carnem Chriſtus natus ſit, explicávit. At verò de cœléſti generatióne ſi quæris, lege Evangélium ſancti Joánnis, qui à cœléſtibus exórſus, ad terréna deſcéndit. Illic invénies & quando erat, & quómodo erat, & quid erat, quid égerat, quid agébat, & ubi erat, & quò vénerit, & quómodo vénerit, quo témpore vénerit, quâ causâ vénerit.

Lectio v.

IN princípio] inquit [erat Verbum;] habes quando erat. [Et Verbum erat apud Deum;] habes quómodo erat. Habes étiam quid erat: [Et Deus] inquit [erat Verbum.] Quid égerat: [Omnia per ipſum facta ſunt.] Quid agébat: [Erat lux vera quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum.] Et ubi erat: [In hoc mundo erat.] Quò vénerit: [In ſua própria venit.] Quómodo vénerit: [Verbum caro factum eſt.] Quando vénerit, Joánnes teſtimónium pérhibet de ipſo, dicens: [Hic eſt de quo dixi: qui poſt me venit, ante me factus eſt; quia prior me erat.] Quâ causâ vénerit, J ipſe teſtátur. [Ecce Agn ecce qui tollit peccáta n

Lectio vj.

ILle ígitur párvulus, fántulus fuit; ut tu v ſis eſſe perféctus: Ille i tus in pannis; ut tu láqueis ſis abſolútus: præſépibus; ut tu in alt Ille in terris; ut tu in Ille álium locum in e ſório non habébat; ut res habéres in cœléſtib bus manſiónes. [Qui c ves] inquit [eſſet, prop pauper factus eſt; ut illí piâ vos ditarémini.] ergo paupértas illa p nium eſt; & infírmitas ni mea eſt virtus. Mál egére, ut ómnibus abu Me illíus infántiæ va ábluunt fletus; mea lá illæ delícta lavérunt. P tur, Dómine Jeſu, injú débeo quòd redémptu quàm opéribus quòd ſum. Non prodéſſet na rédimi profuiſſet.

In III. Noctur

Ant. 8. G. In die i altáre Dómini in médi Ægypti. *Iſai.* 19. 19.

Ant. 8. c. Colent Dóminum in hóſtiis & néribus. *Iſai.* 19. 21.

Ant. 3. a. Vota vo Ægyptii Dómino, & *Iſai.* 19. 21.

℣. Quibus non eſt tiátum de eo, vidébun

n audiérunt, intélli-
om. 15. 21.
ãncti Evangélii ſecún-
lùm Matthæum.
vij. *c.* 2. 13. *ad* 15.
lo témpore; Angelus
iini appáruit in ſomnis
, dicens: Surge, & ác-
erum & matrem ejus,
in Ægyptum, & eſto
e dum dicam tibi; fu-
eſt enim ut Heródes
púerum ad perdéndum
t réliqua.
iília ſancti Joánnis
Chryſóſtomi.
. 8. *in cap.* 2. *Matt.*
ſcrutári dignum eſt,
r non & Magi præſén-
éntur, & puer: ſed illi
in Pérſidem revertán-
autem cum matre in
ım transfúgiat, cùm
ótiùs fuiſſe videátur in
eum Heródis incídere:
ıen cùm incidíſſet, in-
ſed claro prorſus divi-
auxílio vindicári. Ve-
c modo rebus implétis,
m non fuíſſet verè il-
cepíſſe carnem, tantí-
lie myſtérii Sacraménta
ıt.
Angelus Dómini appá-
omnis Joſeph, dicens:
& áccipe púerum, &
ejus, & * Fuge in
ım, & eſto ibi uſque
cam tibi. *Matt.* 2. 13.
i timére, deſcénde in
ım; ego deſcéndam
illuc, & ego inde ad-
dúcam te reverténtem. *Gen.* 46. 3. 4. * Fuge.

Lectio viij. *Poſt pauca.*

MAgos verò celériter emíttit, ſimul & Perſárum regióni mittens magíſtros, & inefficácem reddens furórem tyránni: ut diſcat ſe impoſſibília molíri, & concéptam extínguat iram, ſeque ab ſtúdio vani labóris abdúcat. Eſt autem divinitátis virtúte dignum, non modò apértè contérere inimícos, verùm étiam cum omni illos facilitáte decípere.

℟. Consíderat peccátor juſtum, & quærit mortificáre eum: * Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus ejus. *Pſ.* 36. 32. 33. ℣. Futúrum eſt ut Heródes quærat púerum ad perdéndum eum. *Matt.* 2. 13. * Dóminu[s]

Lectio ix. *Poſt* [pauca.]

ET cujus tandem, inquies, rei grátiâ in Ægyptum párvulus míttitur? Prima quidem illa cauſa eſt, quam Evangeliſta ſignávit, ut implerétur, inquit, quod ſcriptum eſt: [Ex Ægypto vocávi fílium meum.] Simul etiam toti orbi denunciántur óptimæ ſpei in póſterum procemia. Quia enim Bábylon atque Ægyptus præ ómnibus terris flammâ impietátis ardébant, & ab ipſis ſtatim princípiis oſténdit quòd utràmque emendatúrus eſſet, & igne pótiùs fídei ſucce[ſſu]rus, ex his útique perſuá[...]

étiam de áliis mundi pártibus ſperánda eſſe melióra. Nam Pérfidi quidem Magos remíttit, ipſe verò cum matre in Ægyptum deſcéndit.

℟. Conſúrgens Joſeph * Accépit púerum & matrem ejus nocte, & † Secéſſit in Ægyptum. *Matt.* 2. 14. ℣. Deus diſſipat cogitatiónes malignórum, ne poſſint implére manus eórum quod cœperant. *Job* 5. 12. * Accépit. Glória. † Secéſſit.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Cantáte Dómino; & benedícite nómini ejus: ℟. Annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus. *Pſ.* 95. 2.

Pſalmi & Canticum de Dominica, 16. *Antiphonæ, Capit. Hymnus &* ℣. *de Dominica intrà Octavam Nativitatis*, 259.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Erat Joſeph in Ægypto uſque ad óbitum Heródis. *Matt.* 2. 15.

Oratio.

DEus, qui in Unigénito tuo novam creatúram nos tibi eſſe fecíſti; cuſtódi ópera miſericórdiæ tuæ, & ab ómnibus nos máculis vetuſtátis emúnda; ut per auxílium grátiæ tuæ, in illíus inveniámur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtántia; Qui tecum.

Commemorationes occurrentes.

AD HORAS, *omnia ut in die* [illegible], *præter ſequentia.*

AD PRIMAM, *omittitur Symbolum*, Quicúnque, *& dicitur única Oratio de Pſalterio.*

Canon de die occurrente.

In ℟℟. *brevibus omittuntur*, Allelúia, allelúia.

Oratio, Deus, qui in Unigénito, *ſuprà.*

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus Dominicæ intrà Octavam Nativitatis, 259.

Pſalmi de Dominica.

Capitul. Hymnus, & ℣. *ut in Veſperis ejuſdem Dominicæ.*

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Dictum eſt à Dómino per Prophétam: Ex Ægypto vocávi Fílium meum. *Matt.* 2. 15.

Oratio, Deus, qui in Unigénito, *ſuprà in Laudibus.*

Commemorationes occurrentes.

Ad Completorium, Antiphona ut in die Nativitatis, 214. *cum ſola Orat.* Véritas.

DIE III. JANUARII.

In Feſto S. GENOVEFÆ VIRGINIS.

Duplex-minus.

Omnia de Communi SS. Virginum, lxj. *exceptis quæ ſequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 6. 16. *ad* 18.

NEſcitis quóniam cui exhibétis vos ſervos ad obediéndum, ſervi eſtis ejus cui obedítis, ſive peccáti ad mortem, ſive obe-

ditiónis ad juſtítiam? Grátias autem Deo, quòd fuíſtis ſervi peccáti, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrínæ, in quam tráditi eſtis. Liberáti autem à peccáto, ſervi facti eſtis juſtítiæ.

Lectio ij. *v.* 19. *ad* 23.

HUmánum dico, propter infirmitátem carnis veſtræ: ſicut enim exhibuíſtis membra veſtra ſervíre immundítiæ & iniquitáti ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra veſtra ſervíre juſtítiæ in ſanctificatiónem. Cùm enim ſervi eſſétis peccáti, líberi fuíſtis juſtítiæ. * Quem ergo fructum habuíſtis tunc in illis, in quibus nunc erubéſcitis? Nam finis illórum mors eſt. Nunc verò liberáti à peccáto, ſervi autem facti Deo, habétis fructum veſtrum in ſanctificatiónem, finem verò vitam ætérnam. Stipéndia enim peccáti, mors. Grátia autem Dei, vita ætérna, in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

Lectio iij. *c.* 7. 7. *ad* 11.

QUid ergo dicémus? Lex peccátum eſt? abſit. Sed peccátum non cognóvi, niſi per legem: nam concupiſcéntiam neſciébam, niſi lex dicéret: Non concupíſces. Occaſióne autem accéptâ, peccátum per mandátum operátum eſt in me omnem concupiſcéntiam. Sine lege enim peccátum mórtuum erat. Ego autem vivébam ſine lege aliquándo. Sed cùm veníſſet mandátum, peccátum revíxit. Ego autem mórtuus ſum: & invéntum eſt mihi mandátum quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Nam peccátum, occaſióne accéptâ per mandátum, ſedúxit me, & per illud occídit.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Ex ejus Vita apud Bolland. & vita S. Germani.

GEnovéfa in agro Pariſiénſi nata, magnæ virtútis ſplendóre à téneris annis cláruit. Vix erat ſepténnis, cùm per Pariſiénſe territórium tránſiit Germánus Autiſſiodorénſis, iter fáciens in Británniam, ut Pelagiánæ hæreſis relíquias profligáret. Nemetodúri hoſpítio recéptus, Genovéfam vidit, & Deo caram ac vitæ ſanctitáte illúſtrem fore prænúntians, Eccléſiam frequénti pópulo ingréſſus eſt, ibíque inter diutiſſimos pſalmórum concéntus & prolíxam oratiónem, manum dextéram ſuper caput puéllæ indeféſsè tenens, vírginem Deo conſecrávit.

Lectio v.

PLúrima prophético ſpíritu prædíxit; atque in primis, Attilâ Hunnórum rege Gállias minánte, cives Pariſiénſes adhortáta eſt, ne relíctis ſédibus, fortúnas ſuas áliò tranſférrent, affírmans urbem vanâ trepidatióne cóncuti, & eam ſubvérſis áliis munitióribus perſtitúram. Longo poſt tem-

poris intervállo, anno vidélicet quadringentéſimo quinquagéſimo primo, rei veritátem probávit evéntus, idque Genovéfæ patrocínio datum.

Lectio vj.

MAlevolórum ódia non effúgit, & hâc tentatióne Deo accépta virgo probáta eſt; ſed váriis calúmniis impetítam proféctus íterum in Británniam Germánus conſolátus eſt, & quanti eſſet illa mériti, gravi ad pópulum hábitâ oratióne, expóſuit. Recrudeſcébant ódia & contumélíæ, ſed diácono Paríſios opportúnè cum eulógiis miſſo, idem Germánus penè oppréſſam tutátus eſt. Abſtinéntiæ & jejúniis vacábat impénſiùs. Miraculórum dono & multitúdine excélluit, máximè circa energúmenos. Simeon ille Stylites, audítâ tot miraculórum famâ, ejus ſe précibus vóluit commendátum. Ad annos octogínta in Chriſti ſervitúte conſénuit. Lutétiæ ſepúlta eſt in basílica ſanctórum apoſtolórum Petri & Pauli, quæ ſubínde ipsíus Genovéfæ nomen accépit.

In III. Nocturno.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 19. 3. *ad* 11.

IN illo témpore; Acceſſérunt ad Jeſum Phariſæi tentántes eum, & dicéntes: Si licet hómini dimittére uxórem *ſuam*, quacúnque ex cauſa? *Et réliqua.*

Homília ſancti Hierónymi presbyteri.

Adversùs Jovinianum, lib. 1. *cap.* 7.

DOminus tentátus à Phariſæis, utrùm ſecúndùm legem Móyſi uxóres licéret dimíttere, omnino fieri prohibuit. Quod diſcípuli conſiderántes, dixérunt ei: [Si talis eſt cauſa hóminis cum uxóre, non éxpedit núbere.] Qui cùm ille reſpóndit: [Non omnes cápiunt verbum, ſed quibus datum eſt.... Qui poteſt cápere, cápiat.] In propátulo eſt, cur Apóſtolus dixit: [De virgínibus autem præcéptum Dómini non hábeo:] proféctò quia præmíſerat Dóminus: [Non omnes cápiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt, & qui poteſt cápere, cápiat.]

Lectio viij.

PRopónit pugnæ præmium; invítat ad curſum; tenet in manu virginitátis bravíum; oſténdit puríſſimum fontem. Et clámitat: Qui ſitit, véniat, & bibat: qui poteſt cápere, cápiat. Non dicit: Velítis, nolítis, bibéndum vobis eſt, atque curréndum: ſed qui volúerit, qui potúerit cúrrere, atque potáre, ille vincet, ille ſatiábitur. Et ídeo plus amat vírgines Chriſtus, quia ſponte tríbuunt quod ſibi non fúerat imperátum. Majoríſque grátiæ eſt, offérre quod non débeas, quàm réddere quod exigáris.

Lectio

ix.
xóris ónera
, [Si talis
cauſa hómi-
non éxpedit
ım Dóminus
ıans , Rectè
ıit, quòd non
ad cœlórum
ccípere uxó-
is res eſt, &
ıiunt verbum
ıuibus datum
ſt,] inquit,
t.] Grandis
que virtútis,
e puríſſimum,
áſtum offérre
uxta eúndem
ſanctum &
l.
io.
u Chriſte, cui
novéſam vír-
eſpóndit ſan-
& à calúmniis
icávit ; hujus
; patrócinio
illécebris car-
quis redde ſe-
s.
ſit Commemo-
ate, 282.
, *ſit Confeſſio.*
ómine ſancte,

O N.
ıriſiénſi ſexto.
cap. 12.
gnitas Sacer-
d grandis rui-
Lætámur ad

aſcénſum, ſed timeámus ad lapſum.

In Veſperis, ſit Commemoratio S. Titi, *Ant.* Reſpéxit, ℣. Quæſívit, xxj. *Oratio*, Exaúdi, xxv.

Deinde de Nativitate, 282.

Ad Completorium, Antiphona ut in die Nativitatis, 224. *cum ſola Oratione*, Véritas, *& ſit confeſſio.*

DIE IV. JANUARII.

In Feſto S. TITI CRETENSIS Epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi S. Pontificis, xx. *Orat.* Exaúdi, xxv.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j.

c.7.v.12.ad 18. & v.21. ad fin.

LEx quidem ſancta, & mandátum ſanctum, & juſtum & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccátum, ut appáreat peccátum, per bonum operátum eſt mihi mortem : ut fiat ſupra modum peccans peccátum per mandátum.* Scimus enim quia lex ſpirituális eſt : ego autem carnális ſum, venúndatus ſub peccáto. Quod enim óperor non intélligo : non enim quod volo bonum, hoc ago : ſed quod odi malum, illud fácio. Si autem quod nolo, illud fácio; conſéntio legi, quóniam bona eſt. Nunc autem jam non ego óperor illud ,

hábitat in me peccátum. Scio enim quia non hábitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam velle ádjacet mihi; perfícere autem bonum, non invénio.... * Invénio ígitur legem, volénti mihi fácere bonum, quóniam mihi malum ádjacet: condeléctor enim legi Dei ſecúndùm interiórem hóminem: vídeo autem áliam legem in membrìs meis, repugnántem legi mentis meæ, & captivántem me in lege peccáti, quæ eſt in membris meis. Infélix ego homo! quis me liberábit de córpore mortis hujus? Grátia Dei per Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſérvio legi Dei; carne autem, legi peccáti.

Lectio ij.

Ex Epiſt. Pauli, Euſebio, Hieronymo, & Chryſoſtomo.

Titum orígine gentílem ad fidem ab Apóſtolo fuiſſe converſum inde cólligi poteſt, quòd fílium illum vocet. Intérpres Apóſtolo fuiſſe in Evangélio ab Hierónymo dícitur. Cómitem eum aſſúmpſit, cum anno quinquagéſimo primo Jeroſólymam ad Concílium ſe cóntulit. Ibi Paulus eum circumcídi nóluit, cùm tamen ſubintrodúcti falſi fratres id inſtánter péterent. Corínthum ab eódem miſſus ad componéndas illíus Eccléſiæ controvérſias, cum timóre & paráto ad obe-

diéndum ánimo à C
excéptus eſt; nihil
illis, Magíſtri mores
unquam accípere v

Lectio iij.

AD Paulum in M
tunc agéntem
tímque ab eódem C
dénuo miſſus, ſecún
Epíſtolam ad Corín
lit. Cùm Paulus in
fidem prædicáſſet, i
quit Titum, ut ea q
corrígeret, & Epí
civitátes conſtitúe
ab Euſébio vocátu
cleſiárum Epíſcopu
ſcripſit Paulus Epíſ
eſt quaſi compénd
que ad Timótheun
in hac enim, ſicut
cet Apóſtolus, ſe
bus verbis, quæ ſ
múnia. Conſtat ipſ
te Paulo, Dalmát
ctum fuiſſe ad pr
Evangélium. Tand
redux, in pace,
mórtuus eſt.

Commemoratio
tate, 282.

AD PRIMAM,
Dómine ſancte, I
potens, & *fit con*

C A N O

Ex Concílio Pari
An. 829. *c*

MElius, ſatiú
Sacerdótibus
tibus non ſubsíſte
accéptis divínis o
réprobam vitam

uibus prodeſſe
;ndículum ini-
eum perpétuæ
ſtere.
Commemora-
:tylita anacho-
ninus, ℣. Pin-
. *Oratio*, Om-

memoratio de
2.
ium, *Antipho-*
tivitatis, 224.
ione, Véritas,

ANUARII.
EPIPHANIÆ
nini.
Epiphania Do-
, Officium No-
Dominicâ in-
em & Epipha-
. erit de Homi-
n ℟. Angelus,
ſiduum Officii
ſine Commemo-
ca.]
ICIUM
RNUM.
, Deus magnus
Rex magnus ſu-
os, * Veníte,
94. 3.
eníte, 2.
erbum quod an-
à, 255.
& Pſalmi de
te.
:Gentes nomen
, ℟. Et omnes
glóriam tuam.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c. 3. 8. ad 6.*

QUod impoſsíbile erat legi, in quo infirmabátur per carnem; Deus Fílium ſuum mittens in ſimilitúdinem carnis peccáti, & de peccáto damnávit peccátum in carne, ut juſtificátio legis implerétur in nobis, qui non ſecúndùm carnem ambulámus, ſed ſecúndùm ſpíritum. * Qui enim ſecúndùm carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſápiunt; qui verò ſecúndùm ſpíritum ſunt, quæ ſunt ſpíritûs ſéntiunt. Nam prudéntia carnis, mors eſt; prudéntia autem ſpíritûs, vita & pax.

℟. Dómine, ad te Gentes vénient ab extrémis terræ, & dicent: * Verè mendácium poſſedérunt patres noſtri. *Jer. 16. 19.* ℣. Commutavérunt veritátem Dei in mendácium, & serviérunt creatúræ pótiùs quàm creatóri. *Rom. 1. 25.* * Verè.

Lectio ij. *v. 8. ad 11.*

QUi autem in carne ſunt, Deo placére non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpíritu; ſi tamen Spíritus Dei hábitat in vobis. * Si quis autem Spíritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. Si autem Chriſtus in vobis eſt; corpus quidem mórtuum eſt propter peccátum [illegible] verò vivit propter [illegible] nem. Quòd ſi Spíri[illegible]

ſuſcitávit Jeſum à mórtuis, hábitat in vobis; qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra, propter inhabitántem Spíritum ejus in vobis.

℟. Omnes Gentes quaſcúnque feciſti vénient & adorábunt coram te Dómine, * Et glorificábunt nomen tuum. *Pſ.* 85. 9. ℣. Dómine rex ſeculórum, omnes Gentes vénient, & adorábunt in conſpéctu tuo. *Apoc.* 15. 3. * Et glorificábunt.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 2. 19. *ad fin.*

IN illo témpore; Defúncto Heróde, ecce Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph in Ægypto, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi Preſbyteri.

Lib. 1. *Comment. in cap.* 2. *Matt.*

DEfúncti ſunt enim qui quærébant ánimam Púeri.] Ex hoc loco intellígimus, non ſolùm Heródem, ſed & Sacerdótes & Scribas eódem témpore necem Dómini fuiſſe meditátos ... [Qui ſurgens accépit Púerum & matrem ejus, & venit in terram Iſraël.] Non dixit: Accépit Fílium ſuum & uxórem ſuam; ſed, Púerum & matrem ejus: quaſi nutrítius, non marítus. [Aúdiens autem quòd Archélaüs regnáret in Judæa pr[o] patre ſuo, tímuit i[llo ire.]] Multi labúntur errór[e propter] ignorántiam hiſtóriæ [putan]tes eúndem eſſe H[eródem] à quo in paſſióne ſu[a Domi]nus irridétur, & q[ui nunc] mórtuus eſſe reférttu[r. Ergo] Heródes ille qui cu[m Pilato] póſtea amicítias feci[t, hujus] Heródis fílius eſt, fr[ater Ar]chélaï; quem & ipſu[m Tibe]rius Cæſar Lugdúnu[m] Galliárum eſt cívita[tem rele]gávit; fratrémque ej[us Heró]dem ſucceſſórem reg[ni fecit.]

℟. Angelus appárui[t in ſom]nis Joſeph in Ægypto [dicens:] Surge, & áccipe P[úerum &] matrem ejus, & * Va[de in ter]ram Iſraël; † Defú[ncti ſunt] enim qui quærébant [ánimam] Púeri. *Matt.* 2. 19. 20 [℣. Sur]ge, & egrédere de te[rra hac,] revértens in terram [nativi]tis tuæ. *Gen.* 31. 13. [†] Glória. † Defúncti.

Te Deum.

AD LAUD[ES]

MATUTINA[S]

℣. *Sacerdotalis*, [...] qui creábitur, laudábi[t Domi]num; ℟. Quia proſpéx[it de ex]célſo ſancto ſuo. *Pſ.* 10[1.]

Pſalmi de Feri[a]

Antiphona 7. *toni*

NOva ego annúnt[io, an]tequàm oriántu[r ... edu]cam cæcos in viam qu[am neſ]ciunt; & ponam ténel[bras co]ram eis in lucem. *Iſ*[...] 9. 16.

Ant. 2. D. Miſerébor ejus quæ fuit abſque miſericórdia; & dicam non pópulo meo: Pópulus meus es tu; & ipſe dicet: Deus meus es tu. *Oſee* 2. 23. 24.

Ant. 3. c. Incurvábitur ſublímitas hóminum, & elevábitur Dóminus ſolus in die illa, & idóla pénitus conterénturr. *Iſai.* 2. 17. 18.

Ant. 8. G. Reddam pópulis lábium eléctum, ut ínvocent omnes in nómine Dómini, & ſérviant ei húmero uno. *Sophon.* 3. 9.

Ant. 2. D. Véniet omnis caro, ut adóret coram fácie mea. *Iſai.* 66. 23.

Capitulum. *Iſai.* 45. 22.

CONvertímini ad me, & ſalvi éritis omnes fines terræ; quia ego Deus, & non eſt álius.

Hymnus, A ſolis ortûs, *ut ſuprà*, 260.

℣. Mihi flectétur omne genu; ℟. Et omnis lingua confitébitur Deo. *Rom.* 14. 11.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Conſúrgens Joſeph accépit Púerum & matrem ejus, & venit in terram Iſraël. *Matt.* 2. 21.

Non dicuntur Preces.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui in fílii tui Dómini noſtri nativitáte tribuíſti totíus religiónis inítium perfectionémque conſtáre; da nobis, quæſumus, in ejus portióne cenſéri, in quo totíus ſalútis humánæ ſumma conſíſtit; Qui tecum vivit.

Pro Commemoratione ſancti Simeonis, *Ant.* Pars mea, ℣. Clamávi, *Oratio*, Omnípotens, I.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Nova ego annúntio.

Preces, ut in Pſalterio. Si ſit Dominica, non ſit confeſſio.

CANON.

Ex Concílio Autiſſiodorénſi.

Circa an. 580. *can.* 2.

OMnes Preſbyteri ante Epiphániam miſſos ſuos dírigant, qui eis de princípio Quadragéſimæ núntient; & in ipſa Epiphánia ad pópulum índicent.

AD TERTIAM, *Ant.* Miſerébor.

Capitulum. *Iſai.* 61. 11.

SIcut terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum gérminat, ſic Dóminus Deus germinábit juſtítiam, & laudem coram univérſis Géntibus.

℟. *breve*, Convertkéntur ad Dóminum * Univérſi fines terræ, ℟. Convertkéntur. ℣. Et adorábunt in conſpéctu ejus univérſæ famíliæ Géntium. * Univérſi. Glória. ℟. Convertkéntur. *Pſ.* 21. 28.

℣. Benedícent eum Gentes, ℟. Ipſúmque laudábunt. *Jer.* 4. 2.

AD SEXTAM, *Ant.* Incurvábitur.

Capitulum. *Sophon.* 2. 11.

ATtenuábit Dóminus omnes deos terræ; & adorábunt eum viri de loco ſuo, omnes ínſulæ Géntium.

℟. *breve.* In die illa * Erit Dóminus unus, ℟. In die. ℣. Et erit nomen ejus unum. * Erit. Glória. ℟. In die. *Zach.* 14. 9.

℣. Projíciet homo idóla argénti ſui, ℟. Et ſimulácra auri ſui. *Iſai.* 2. 20.

Ad Nonam, *Ant.* Véniet omnis caro.

Capitulum. *Tob.* 14. 8.

RElínquent Gentes i ſua, & vénient in J ſalem, & inhabitábunt in & gaudébunt in ea omne ges terræ, adorántes Re Iſraël.

℟. *breve*, Adorábunt *Omnes reges terræ; ℟. rábunt. ℣. Omnes Gente vient ei.* Omnes reges. ria. ℟. Adorábunt. *Pſ.* 71

℣. Dómini eſt regi ℟. Et ipſe dominábitur tium. *Pſ.* 21. 29.

DIE VI. JANUARII.

IN EPIPHANI DOMINI.

SOLEMNE.

In Primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 7. *toni.* d. *Dupl.*

LAuda ſtérilis quæ non paris: decánta laudem, quæ non pariébas; quóniam multi fílii deſértæ magis quàm ejus, quæ habet virum. *Iſai.* 54. 1.

Ant. 3. g. Diláta locum tentórii tui; ad déxteram enim, & ad lævam penetrábis: & ſemen tuum Gentes hereditábit. *Iſai.* 54. 2. 3.

Ant. 8. G. Ecce áccola véniet, qui non erat mecum, ádvena quondam tuus gétur tibi. *Iſai.* 54. 15.

Ant. 5. a. Vidébis, flues; & mirábitur & bitur cor tuum, quand titúdo Géntium véneri *Iſai.* 60. 5.

Ant. 3. E. Vidébunt Juſtum tuum; & eris glóriæ in manu Dómi diadéma regni in man tui. *Iſai.* 62. 2. 3.

Capitulum. *Iſai.* 55.

ECce Gentem, qua ciébas, vocábis: & tes quæ te non cognov

rrent propter Dómi-
um tuum, & Sanctum
uia glorificávit te.
die illa ſuſcitábo ta-
lum David, quod cé-
Et reædificábo illud
diébus antíquis, ut
nt omnes Natiónes,
. 11. 12. ℣. Díruta
dificábo, ut requírant
óminum Dóminum,
; Gentes. *Act.* 15. 16.
reædificábo. Glória.
℟. In die illa.

Hymnus.

CUNQUE Chriſtum
uæritis,
n altum tóllite;
ébit víſere
vexíllum Dei.
tella ſole clárior
Magis prodit jubar,
ue terris núntiat
ne mortáli Deum.
SSUS Magi mox díri-
it,
ſequéntes prævium;
ident; & quæ decent
ocidéntes múnera.
eſt Homo, Rex, &
us;
: prædicant Deum,
búto Príncipem,
ue Mortálem notant.
vitátes Béthlehem
ára príncipes,
ænit dux Iſraël;
Deo cunábula.
te revelas Géntibus,
bi ſit glória,
tre cumque Spíritu,
térna ſécula. Amen.

Hæc Doxologia dicitur per Octavam in fine Hymnorum ejuſdem metri.

℣. Annuntiábunt cœli juſtítiam Dómini, pópulo qui naſcétur, ℟. Quem fecit Dóminus. *Pſ.* 21. 32.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G.* *Dupl.* Cívitas Dei, luce ſpléndidâ fulgébis: natiónes ex longínquo ad te vénient; & múnera deferéntes, adorábunt in te Dóminum. *Tob.* 13. 11. 13. 14.

Oratio.

CORDA noſtra, quæſumus Dómine, ſplendor præſentis feſtivitátis illúſtret, quo mundi hujus ténebris carére valeámus, & perveniámus ad pátriam claritátis ætérnæ; Per Dóminum.

Completorium, ut in die, infrà, 310. *Oratio*, Corda noſtra, *ſuprà*, & Véritas, *ſub una concluſione.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Dictis de more, Pater, Ave, Credo, Dómine lábia, & Deus in adjutorium, *inchoatur abſolutè ab impoſitione Antiphonæ ſequentis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. â. Illumináre Jerúſalem, *Duplicatur.*

Pſalmus 28.

AFFÉRTE Dómino fílii Dei, * afférte Dómino fílios aríetum.

Afférte Dómino glóriam & honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus; * ado-

ráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Vox Dómini ſuper aquas, Deus majeſtátis intónuit; * Dóminus ſuper aquas multas.

Vox Dómini in virtúte, * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros; * & confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et commínuet eas tanquam vítulum Líbani: * & diléctus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: vox Dómini concutiéntis deſértum; * & commovébit Dóminus deſértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, & revelábit condénſa; * & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit; * & ſedébit Dóminus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit; * Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace.

Ant. Illumináre Jerúſalem; quia venit lumen tuum, & glória Dómini ſuper te orta eſt. *Iſai.* 60. 1.

Ant. 7. a. Circúnſpice.

Pſalmus 45.

DEus noſter refúgium & virtus; * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra:* & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculò.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram: * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus; * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Ant. Circúnſpice ad Oriéntem, & vide jucunditátem à Deo tibi veniéntem. *Baruch* 4. 36.

Ant. 1. a. Viri ſublímes.

Pſalmus 46.

OMnes gentes plaúdite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélſus, terríbilis; * Rex magnus ſuper omnem terram.

Subjécit pópulos nobis, * t gentes ſub pédibus no-ris.

Elégit nobis hereditátem iam, * ſpéciem Jacob, quam iléxit.

Aſcéndit Deus in júbilo, * t Dóminus in voce tubæ.

Pſállite Deo noſtro, pſál-ite: * pſállite Regi noſtro, ſállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus; * pſállite ſapiénter.

Regnábit Deus ſuper gen-tes: * Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Príncipes populórum con-gregáti ſunt cum Deo Abra-ham; * quóniam dii for-tes terræ veheménter eleváti ſunt.

Ant. Viri ſublímes ad te tranſíbunt, & tui erunt; te-que deprecabúntur: tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſ-que te Deus. *Iſai.* 45. 14.

℣. Vultu in terram demíſſo adorábunt te, ℟. Et púlverem pedum tuórum lingent. *Iſai.* 49. 23.

De Iſáia prophéta.

Lectio j. *c.* 55. 1. *ad* 4.

OMnes ſitiéntes veníte ad aquas; & qui non habé-tis argéntum, properáte, émi-te, & comédite: veníte, émi-te abſque argénto, & abſque ulla commutatióne vinum & lac. Quare appénditis argén-tum non in pánibus, & labó-rem veſtrum non in ſaturitáte? Audíte audiéntes me, & co-médite bonum, & delectábi-tur in craſſitúdine ánima ve-ſtra. Inclináte aurem veſtram, & veníte ad me: audíte, & vivet ánima veſtra, & fériam vobíſcum pactum ſempitér-num, miſericórdias David fi-déles. Ecce teſtem pópulis de-di eum, ducem ac præceptó-rem Géntibus. Hæc dicit.

℟. Gaudéte gaúdio univérſi, quia * Ecce ego declinábo ſu-per Jerúſalem quaſi torréntem inundántem glóriam Géntium. *Iſai.* 66. 10. 12. ℣. Notum ſit vobis, quóniam Géntibus miſ-ſum eſt ſalutáre Dei, & ipſi aúdient. *Act.* 28. 28. * Ecce.

Lectio ij. *c.* 60. 1. *ad* 6.

SUrge, illumináre Jerúſa-lem; quia venit lumen tuum, & glória Dómini ſuper te orta eſt. Quia ecce ténebræ opérient terram, & calígo pó-pulos: ſuper te autem oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt Gentes in lúmine tuo, & re-ges in ſplendóre ortûs tui. Leva in circúitu óculos tuos, & vide: omnes iſti congregáti ſunt, venérunt tibi: fílii tui de longè vénient, & filiæ tuæ de látere ſurgent. Tunc vidé-bis, & áfflues, & mirábitur & dilatábitur cor tuum; quando convérſa fúerit ad te multitú-do maris, fortitúdo Géntium vénerit tibi. Inundátio came-lórum opériet te, dromedá-rii Mádian & Epha: omnes de Saba vénient, aurum &

thus deferéntes, & laudem Dómino annuntiántes. Hæc dicit.

℟. Vocábunt Jerúſalem ſólium Dómini: * Et congregabúntur ad eam omnes Gentes, & non ambulábunt poſt pravitátem cordis ſui péſſimi. *Jer.* 3. 17. ℣. Vénient ab Oriente, & Occidénte, & Aquilóne, & Auſtro. *Luc.* 13. 29.* Et congregabúntur.

Lectio iij.

c. 61. 10. *ad fin.* & *c.* 62. 1.

GAudens gaudébo in Dómino, & exultábit ánima mea in Deo meo: quia índuit me veſtiméntis ſalútis; & induménto juſtítiæ circúndedit me, quaſi ſponſum decorátum corónâ, & quaſi ſponſam ornátam monílibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum gérminat; ſic Dóminus Deus germinábit juſtítiam, & laudem coram univérſis Géntibus. Propter Sion non tacébo, & propter Jerúſalem non quiéſcam, donec egrediátur ut ſplendor Juſtus ejus, & Salvátor ejus ut lampas accendátur. Hæc dicit.

℟. Me invenérunt qui non quæſiérunt me; * Dixi: Ecce ego, † Ecce ego ad Gentem, quæ non invocábat nomen meum. *Iſai.* 65. 1. ℣. Invéntus ſum à non quæréntibus me: palàm appárui iis qui me non interrogábant. *Rom.* 10. 20. * Dixi. Glória. † Ecce.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Dicit, *Dupl.*

Pſalmus 65.

JUbiláte Deo omnis terra; pſalmum dícite nómini ejus,* date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terribília ſunt ópera tua Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi, * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis ſuper fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertranſíbunt pede: * ibi lætábimur in ipſo.

Qui dominátur in virtúte ſua in ætérnum; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt: * qui exáſperant, non exalténtur in ſemetípſis.

Benedícite gentes Deum noſtrum, * & audítam fácite vocem laudis ejus;

Qui póſuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probáſti nos Deus; * igne nos examináſti, ſicut examinátur argéntum.

Induxíſti nos in láqueum; poſuíſti tribulatiónes in dorſo noſtro, * impoſuíſti hómines ſuper cápita noſtra.

Transívimus per ignem & aquam, * & eduxíſti nos in refrigérium.

o in domum tuam
úſtis ; * reddam tibi
, quæ diſtinxérunt
:
ítum eſt os meum *
tióne mea.
úſta medulláta óffe-
cum incénſo aríe-
éram tibi boves cum

, audíte, & narrábo,
i timétis Deum, *
cit ánimæ meæ.
m ore meo clamávi,*
i ſub lingua mea.
átem ſi aſpéxi in cor-
,* non exaúdiet Dó-

rea exaudívit Deus,*
t voci deprecatiónis

ctus Deus,* qui non
ratiónem meam, &
diam ſuam à me.
icit Dóminus : Ul-
a Æthiópiæ, inde
mei, filii diſperſó-
um déferent munus
hon. 3. 10.
. a. Dóminum.
ſalmus 71.
judícium tuum regi
* & juſtítiam tuam
.
e pópulum tuum in
& paúperes tuos in

unt montes pacem
* & colles juſti-

in paúperes pópuli,
fáciet fílios paúpe-rum,* & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole, & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcéndet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharſis, & ínſulæ múnera ófferent ; * reges Arabum, & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ ; * omnes gentes ſérvient ei :

Quia liberábit paúperem à poténte, * & paúperem cui non erat adjútor.

Parcet paúperi & inopi, * & ánimas paúperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum ; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper ; * totâ die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum

fructus ejus, * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in ſécula, * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipſo omnes tribus terræ; * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedíctum nomen majeſtátis ejus in ætérnum; & replébitur majeſtáte ejus omnis terra. * Fiat, fiat.

Ant. Dóminum Deum quærent: In Sion interrogábunt viam, huc fácies eórum. *Jer.* 50. 4. 5.

Ant. 6. F. Vénient.

Pſalmus 85.

INclína Dómine aurem tuam, & exaúdi me; * quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam, quóniam ſanctus ſum; * ſalvum fac ſervum tuum Deus meus ſperántem in te.

Miserére meî Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die; * lætífica ánimam ſervi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi:

Quóniam tu Dómine ſuávis & mitis, * & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe Dómine oratiónem meam, * & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudíſti me.

Non eſt símilis tuî in diis Dómine, * & non eſt ſecúndùm ópera tua.

Omnes gentes quaſcúmque feciſti vénient, & adorábunt coram te Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília; * tu es Deus ſolus.

Deduc me Dómine in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me, * & eruíſti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui inſurrexérunt ſuper me, & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam; * & non propoſuérunt te in conſpéctu ſuo.

Et tu Dómine Deus miſerátor & miſéricors, * pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax.

Réſpice in me, & miſerére meî; * da impérium tuum púero tuo, & ſalvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundántur: * quóniam tu Dómine adjuvíſti me, & conſolátus es me.

Ant. Vénient, & apponéntur ad Dóminum fœdere sempitérno, quod nullâ oblivióne delébitur. *Jer.* 50. 5.

℣. Dábitur ei de auro Arábiæ, ℟. Et adorábunt de ipſo ſemper. *Pſ.* 71. 15.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Serm. 2. *de Epiph. cap.* 1.

Lectio iv.

GAudéte in Dómino, dilectiſſimi; íterum dico, gaudéte; quóniam brevi intervállo témporis poſt ſolemnitátem nativitátis Chriſti, feſtívitas Declaratiónis ejus illúxit; & quem in illo die Virgo péperit, in hoc mundus agnóvit. Verbum enim caro factum, ſic ſuſceptiónis noſtræ temperávit exórdia; ut natus Jeſus, & credéntibus maniféſtus, & perſequéntibus eſſet occúltus. Jam tunc ergo cœli enarravérunt glóriam Dei, & in omnem terram ſonus veritátis exívit; quando & paſtóribus exércitus Angelórum Salvatóris éditi annuntiátor appáruit, & Magos ad eum adorándum prævia ſtella perdúxit: ut à ſolis ortu uſque ad occáſum veri Regis generátio coruſcáret; cùm rerum fidem & regna Oriéntis per Magos díſcerent, & Románum impérium non latéret. Tu autem.

℟. Cùm natus eſſet Jeſus in Béthlehem Juda in diébus Heródis regis, * Ecce Magi ab Oriénte venérunt Jeroſólymam. *Matt.* 2. 1. ℣. Vénient Gentes robúſtæ, ad quæréndum Dóminum exercítuum in Jerúſalem, & deprecándum fáciem Dómini. *Zach.* 8. 22. * Ecce Magi.

Lectio v.

NAm & ſævítia Heródis, volens primórdia ſuſpécti ſibi Regis extínguere, huic diſpenſatióni néſciens ſerviébat: ut dum atróci inténtus facínori, ignótum ſibi Púerum indiſcrétâ infántium cæde perſéquitur; annuntiátum cœlitus Dominatóris ortum insignior ubíque fama loquerétur: quam promptiórem ad narrándum diligentiorémque faciébat, & ſupérnæ ſignificatiónis nóvitas, & cruentiſſimi perſecutóris impíetas. Tunc autem étiam Ægypto Salvátor illátus eſt, ut gens antíquis erróribus dédita, jam ad vicínam ſalútem, per occúltam grátiam vocarétur: & quæ nondum ejécerat ab ánimo ſuperſtitiónem, jam hoſpítio recíperet veritátem.

℟. Venérunt Magi, dicéntes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæórum? * Vídimus enim ſtellam ejus in Oriénte, & vénimus adoráre eum. *Matt.* 2. 2. ℣. Oriétur ſtella ex Jacob, & conſúrget virga de Iſraël. De Jacob erit qui dominétur. *Num.* 24. 17. 19. * Vídimus enim ſtellam ejus.

Lectio vj. *Multò poſt.*

AGnoſcámus ergo, dilectíſſimi, in Magis adoratóribus Chriſti, vocatiónis noſtræ fideíque primítias; & exultántibus ánimis beátæ ſpei inítia celebrémus. Exínde enim in ætérnam hereditátem cœpimus introíre: exínde nobis Chriſtum loquéntia Scripturárum arcána patuérunt; & véritas, quam Judæórum obcæcátio non recépit, ómnibus natiónibus lumen ſuum invéxit. Honorétur ítaque à nobis ſacratíſſimus dies, in quo ſalútis noſtræ autor appáruit; & quem Magi infántem veneráti ſunt in cunábulis, nos omnipoténtem adorémus in cœlis. Ac ſicut illi de theſaúris ſuis myſticas Dómino múnerum ſpécies obtulérunt; ita & nos de córdibus noſtris, quæ Deo ſunt digna, promámus.

℟. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam: * Habitántibus in regióne umbræ mortis, † Lux orta eſt eis. *Iſai. 9. 2.* ℣. Ténebræ tranſiérunt, & verum lumen jam lucet. 1. *Joan.* 2. 8. * Habitántibus. Glória. † Lux orta.

IN III. NOCTURNO.

Duplic. Ant. 8. G. Céngregans Herródes, &c.

Pſalmus 94.

VEníte, exultémus Dómino; * jubilémus Deo ſalutári noſtro.

Præoccupémus fácie
in confeſſióne, * & in p
jubilémus ei:

Quóniam Deus m
Dóminus, * & Rex m
ſuper omnes deos:

Quia in manu ejus ſu
nes fines terræ, * & al
nes móntium ipsíus ſun

Quóniam ipsíus eſt
& ipſe fecit illud, * & ſ
manus ejus formavéru

Veníte, adorémus, &
cidámus, & plorémus
Dóminum qui fecit n
quia ipſe eſt Dóminus
noſter:

Et nos pópulus
ejus, * & oves manûs e

Hódie ſi vocem ejus
ritis, * nolíte obduráre
veſtra;

Sicut in irritatióne
dùm diem tentatiónis
ſérto, * ubi tentavéru
patres veſtri, probavé
& vidérunt ópera mea

Quadragínta annis
ſus fui generatióni ill
dixi: Semper hi erra
de,

Et iſti non cogno
vias meas, * ut jurav
mea, ſi introíbunt in ré
meam.

Ant. Cóngregans
des omnes Príncipes
dótum & Scribas pópul
citabátur ab eis ubi C
naſcerétur. At illi dixér
In Béthlehem Judæ. *M*
4. 5.

}. a. Iſraël.

Pſalmus 95.

te Dómino cánticum
ım, * cantáte Dómi-
; terra.

te Dómino, & bene-
mini ejus; * annun-
lie in diem ſalutáre

ntiáte inter gentes
ejus, * in ómnibus
ıirabília ejus:

ıiam magnus Dómi-
ıudábilis nimis; * ter-
ſuper omnes deos:

ıiam omnes dii gén-
:mónia; * Dóminus
ælos fecit.

:ſſio & pulcritúdo in
ı ejus; * ſanctimónia
ficéntia in ſanctifica-
s.

: Dómino pátriæ gén-
érte Dómino glóriam
em; * afférte Dómi-
ım nómini ejus.

: hóſtias, & introíte
ejus; * adoráte Dó-
n átrio ſancto ejus.

noveátur à fácie ejus
terra: * dícite in
, quia Dóminus re-

n corréxit orbem ter-
ıon commovébitur; *
pópulos in æquitáte.

ıtur cœli, & exúltet
ımmoveátur mare, &
ı ejus: * gaudébunt
& ómnia quæ in eis

exultábunt ómnia li-
gna ſilvárum à fácie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte ſua.

Ant. Iſraël ſectándo legem juſtítiæ, in legem juſtítiæ non pervénit: offendérunt enim in lápidem offenſiónis. *Rom.* 9. 31. 32.

Ant. 2. D. Excæcáti ſunt.

Pſalmus 96.

Dominus regnávit, exúltet terra, * lætentur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus; * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriántur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit, & lætáta eſt Sion;

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem ter-

ram; * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odíte malum: * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto,* & rectis corde lætítia.

Lætámini juſti in Dómino,* & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Ant. Excæcáti ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus óculos ut non vídeant, ſed illórum delícto ſalus eſt Géntibus. *Rom.* 11. 7. 8. 11.

℣. Gentes, quæ non ſectabántur juſtítiam, apprehendérunt juſtítiam, ℟. Juſtítiam autem, quæ ex fide eſt. *Rom.* 9. 30.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 2. 1. *ad* 12.

CUm natus eſſet Jeſus in Béthlehem Juda in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriénte venérunt Jeroſólymam, dicéntes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæórum? Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 10. *in Evang. poſt init.*

IN ómnibus ſignis quæ, vel naſcénte Dómino, vel moriénte eo, monſtráta ſunt; conſiderándum nobis eſt quanta fúerit in quorúndam Judæórum corde durítia; qui hunc nec per prophetíæ donum, nec per mirácula agnovérunt. Omnia quippe eleménta auctórem ſuum veníſſe teſtáta ſunt. Ut enim de eis quiddam uſu humáno loquar: Deum hunc cœli eſſe cognovérunt, quia prótinus ſtellam miſérunt. Mare cognóvit, quia ſub plantis ejus ſe calcábile præbuit. Terra cognóvit, quia eo moriénte, contrémuit. Sol cognóvit, quia lucis ſuæ rádios abſcóndit. Saxa & paríetes cognovérunt, quia témpore mortis ejus ſciſſa ſunt. Inférnus agnóvit, quia hos quos tenébat mórtuos, réddidit. Et tamen hunc, quem Dóminum ómnia inſenſibília eleménta ſenſérunt, adhuc infidélium Judæórum corda Deum eſſe mínimè cognóſcunt.

℟. Ecce ſtella quam víderant Magi in Oriénte, antecedébat eos, uſque dum véniens ſtaret ſuprà, ubi erat Puer. * Vidéntes autem ſtellam, gavíſi ſunt gaúdio magno valde. *Matt.* 2. 9. 10. ℣. Ambulábunt Gentes in lúmine tuo, & reges in ſplendóre ortûs tui. *Iſai.* 60. 3. * Vidéntes.

Lectio viij. *Poſt pauca.*

SEd nativitáte Regis noſtri cógnitâ, Heródes ad callida arguménta convértitur; & ne terréno regno privarétur, renuntiári ſibi, ubi Puer inveniátur, póſtulat. Adoráre eum velle ſe ſímulat, ut hunc ſi inveníre poſſit, extínguat. Sed quanta eſt humána malítia

contra

ra conſilium divinitátis? ptum quippe eſt: [Non apiéntia, non eſt prudén-, non eſt conſílium contra ninum.] Nam ea quæ ap-ıit ſtella, Magos perdú-natum Regem repériunt, ıera déferunt, & ne redíre Heródem débeant, in ſom-admonéntur; ſicque fit, Jeſum quem quærit Heró-, invenire non poſſit. Cu-perſónâ qui álii quàm hy-ritæ deſignántur, qui dum è quærunt invenire Dómi-n, nunquam meréntur?

℞. Intrántes domum, in-iérunt Púerum cum María tre ejus, & * Procidéntes oravérunt eum. *Matt.* 2. 11. Coram illo prócident Æ-opes, & inimíci ejus terram gent. *Pſ.* 71. 9.* Procidéntes.

ectio ix. *Multò pòſt.*

MAgi aurum, thus & myr-rham déferunt. Aurum ppe regi cóngruit; Thus ò in Dei ſacrificium póni-; Myrrhâ autem mortuó-ı córpora condiúntur. Eum o Magi quem adórant, é-n myſticis munéribus præ-ant; auro Regem, thure um, myrrhâ Mortálem.... s ítaque nato Dómino of-ímus aurum, ut hunc ubí-regnáre fateámur: offerá-s thus, ut credámus quòd ıui in témpore appáruit, us ante témpora éxtitit: rámus myrrham, ut eum m crédimus in ſua divini-táte impaſsíbilem, credámus étiam in noſtra fuiſſe carne mortálem.

℞. Apértis theſaúris ſuis * Magi obtulérunt ei múnera, aurum, thus & myrrham. *Matt.* 2. 11. ℣. De Saba vénient, aurum & thus deferéntes, & laudem Dómino annuntiántes. *Iſai.* 60. 6.* Magi. Glória. ℞. Apértis.

In Choro poſt ultimum Reſponſorium cantatur Evangelium ſequens.

℣. Dóminus vobíſcum;

℞. Et cum ſpíritu tuo.

Sequéntia ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

℞. Glória tibi Dómine.

c. 3. 21. *ad fin.* & *c.* 4. 1.

FActum eſt cùm baptizarétur omnis pópulus, & Jeſu baptizáto & oránte, apértum eſt cœlum, & deſcéndit Spíritus-ſanctus corporáli ſpécie ſicut colúmba in ipſum; & vox de cœlo facta eſt: Tu es Fílius meus diléctus, in te complácui mihi. Et ipſe Jeſus erat incípiens quaſi annórum trigínta, ut putabátur, fílius Joſeph. Qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi. Qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joſeph. Qui fuit Mathathíæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum. Qui fuit Heſli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath. Qui fuit Mathathíæ, qui fuit Sémeï, qui fuit Joſeph. Qui fuit Juda, qui fuit Joánna, qui fuit Reſa. Qui fuit Zoró-

babel, qui fuit Saláthiel, qui fuit Neri. Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſan. Qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Jeſu. Qui fuit Eliézer, qui fuit Jorim, qui fuit Mathat. Qui fuit Levi, qui fuit Símeon, qui fuit Juda. Qui fuit Joſeph, qui fuit Jona, qui fuit Elíakim. Qui fuit Mélea, qui fuit Menna, qui fuit Máthatha. Qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Jeſſe. Qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon. Qui fuit Naáſſon, qui fuit Amínadab, qui fuit Aram. Qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Judæ. Qui fuit Jacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ. Qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug. Qui fuit Rágaü, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber. Qui fuit Sale, qui fuit Cáïnan, qui fuit Arphaxad. Qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech. Qui fuit Mathúſale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared. Qui fuit Maláleël, qui fuit Cáïnan, qui fuit Henos. Qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Jeſus autem plenus Spíritu-ſancto, regréſſus eſt à Jordáne.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes. ℟. Læténtur, & exúltent Gentes. *Pſ.* 66. 3. 4.

Pſalmi de Domi

Antiphona 4. *to*

MYſtérium, quo ditum fuit à ſę generatiónibus, nu feſtátum eſt. *Coloſſ.* 1

Ant. 2. D. Qui di nebris lucem ſplen ipſe illúxit in córdibus ad illuminatiónem ſcié ritátis Dei. 2. *Cor.* 4.

Ant. 3. g. Nos voc catióne ſuâ ſanctâ, ſe grátiam quæ manifeſ nunc per illuminatión vatóris noſtri. 2.*Tim.* 1

Ant. 5. a. Vóluit

Locò Cantici, Ben *dicitur ſequens*

Canticum. Iſaiæ 49. 13.

LAudáte cœli, & terra, * jubiláte laudem;

Quia conſolátus eſt nus pópulum ſuum, * perum ſuórum miseré

Et dixit Sion: De me Dóminus, * & D oblítus eſt meî.

Nunquid oblivíſci múlier infántem ſuu non miſereátur filio út

Et ſi illa oblita fúeri tamen non oblivíſcar

Ecce in mánibus m crípſi te: * muri tui óculis meis ſemper.

Venérunt ſtructóres deſtruéntes te & diſſi à te exíbunt.

Leva in circúitu tuos, & vide, * om

ũnt, venérunt tibi :
, dicit Dóminus, *
us his velut orna-
éris, & circúnda-
quaſi ſponſa.
ērta tua, & ſolitú-
k terra ruínæ tuæ,
ta erunt præ habi-
& longe fugabún-
rbébant te.
licent in áuribus
ilitátis tuæ : * An-
ihi locus, fac ſpá-
it hábitem.
n corde tuo : Quis
iſtos ? * ego ſtéri-
páriens, tranſmi-
ptíva :
uis enutrívit ? ego
ſola : * & iſti ubi

r per totam Octa-
ſit de Octava.
luit Deus notas fá-
; glóriæ ſacraménti
éntibus, quod eſt
oloſſ. 1. 27. 28.
. Ille appáruit ut
tra tólleret : appá-
lvat ópera diáboli.
5. 8.
. 1. *Joan.* 1. 2.
nifeſtáta eſt, & ví-
, & teſtámur, &
s vobis vitam æ-
iæ erat apud Pa-
ppáruit nobis.

Muret.

os cauſa, Magi,
e, pérpulit
er huc cárpere fi-
?

Quem tanto ſtúdio quæritis
ánxii ?
Iſthæc dona quid índicant ?
Huc nos ſtella trahit lúmine
ſplēndido,
Et dux certa viæ, perpétuò
præit.
Judææ pópulis quæ cupién-
tibus
Regem ſignificat datum.
Auro Rex cólitur, thura
Deum decent,
Ungit myrrha hóminum mór-
tua córpora :
Illi convéniunt múnera; nam
Deus,
Et Rex, & ſimul eſt Homo.
Sit laus ſumma Patri, ſum-
máque Fílio,
Qui cæcis óritur lux nova
Géntibus,
Amborúmque tibi nexus amá-
bilis,
Sit par glória, Spíritus.
Amen.

℣. Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum, ℟. In conſpéctu Géntium revelávit juſtítiam ſuam. *Pſ.* 97. 2.

Ad Bened. *Ant.* 1. *f.* * *Dupl.* Myſtérium quod áliis generatiónibus non eſt ágnitum; nunc revelátum eſt, Gentes eſſe coherédes, & concorporáles, & conparticipes promiſſiónis in Chriſto Jeſu. *Epheſ.* 3. 5. 6.

Oratio.

Deus, qui hodiérnâ die Unigénitum tuum Géntibus ſtellâ duce reveláſti; concéde propítius, ut qui jam te

ex fide cognóvimus, uſque ad contemplándam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducámur; Per eúndem.

Ad Horas, *Pſalmi de Dominica.*

Ad Primam, *Ant.* Myſtérium.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui te revélas Géntibus.

Oratio, Deus, qui hodiérnâ die, *ſuprà*, *& Orat.* Dómine ſancte, *ſub una concluſione.*

Et ſic per totam Octavam, niſi aliter notetur.

CANON.

Ex Concílio Aurelianénſi quarto.

An. 541. *can.* 1.

PLácuit Deo propítio ut ſanctum Paſcha, ab ómnibus Sacerdótibus uno témpore celebrétur. Quæ Feſtívitas annis síngulis ab Epíſcopo, Epiphaniórum die in Eccléſia pópulis denuntiétur.

Ad Tertiam, *Ant.* Qui dixit.

Capitulum. 1. *Par.* 16. 28. 29.

FAmíliæ populórum, afférte Dómino glóriam & impérium; date Dómino glóriam, nómini ejus; leváte ſacrifícium, & veníte in conſpéctu ejus, & adoráte Dóminum in decóre ſancto.

℟. *breve*, Pátriæ Géntium, afférte Dómino glóriam & honórem; * Allelúia, allelúia. ℟. Pátriæ. ℣. Afférte Dómino glóriam nómini ejus, * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Pátriæ. *Pſ.* 95. 7. 8.

℣. Tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus; ℟. Adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus. *Pſ.* 95. 8. 9.

Ad Sextam, *Ant.* Nunc vocávit.

Capitulum. *Rom.* 3. 21. 22.

NUnc ſine lege juſtítia Dei manifeſtáta eſt; teſtificáta à lege & Prophétis: juſtítia autem Dei per fidem Jeſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum; non enim eſt diſtínctio.

℟. *breve*, Benedícite Gentes Deum noſtrum, * Allelúia, allelúia. ℟. Benedícite. ℣. Et audítam fácite vocem laudis ejus. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Benedícite. *Pſ.* 65. 8.

℣. Laudáte omnes Gentes Dóminum, ℟. Et magnificáte eum omnes pópuli. *Rom.* 15. 11.

Ad Nonam, *Ant.* Ille appáruit.

Capitulum. *Rom.* 15. 9.

DIco Gentes ſuper miſericórdia honoráre Deum, ſicut ſcriptum eſt: Proptérea confitébor tibi in Géntibus Dómine, & nómini tuo cantábo.

℟. *breve*, Scient quia Deus dominábitur Jacob, * Allelúia, allelúia. ℟. Scient. ℣. Et finium terræ. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Scient. *Pſ.* 58. 14.

℣. Quibus non eſt narrá-
m de eo, vidérunt; ℟. Et
i non audiérunt, contem-
ſti ſunt. *Iſai.* 52. 15.

N II. VESPERIS.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 7. *toni* a.

HÆc dicit Excélſus, & Sublímis hábitans æter-
itátem: Creávi pacem ei qui
ngè eſt, & qui propè, &
návi eum. *Iſai.* 57. 15. 19.

Ant. 8. G. Nunc in Chriſto
eſu vos, qui erátis longè,
i eſtis propè in ſánguine
hriſti; ipſe enim eſt pax no-
ra, qui fecit útraque unum.
pheſ. 2. 13. 14.

Ant. 6. F. Non eſt diſtín-
io Judæi & Græci: nam idem
óminus ómnium, dives in
nnes qui ínvocant illum.
m. 10. 12.

Ant. 3. E. Qui aliquándo
n pópulus, nunc autem pó-
lus Dei: qui non conſecúti
iſericórdiam, nunc autem
iſericórdiam conſecúti. 1.
tr. 2. 9.

Ant. 4. d. Erátis aliquándo
nebræ, nunc autem lux in
ómino; ut fílii lucis ambu-
e, in omni bonitáte, &
ſtítia, & veritáte. *Epheſ.* 5.
9.

apitulum. Rom. 9. 24. 25.

VOcávit nos non ſolùm ex Judæis, ſed etiam ex
entibus, ſicut in Oſée dicit:
ocábo non plebem meam,
ebem meam: & non dilé-
m, diléctam: & non miſe-
ricórdiam conſecútam, miſe-
ricórdiam conſecútam.

℟. Dignos nos fecit, Deus, in partem ſortis ſanctórum in lúmine: * Erípuit nos de poteſtáte tenebrárum, & tránſtulit in regnum Fílii dilectiónis ſuæ. *Coloſſ.* 1. 12. 13. ℣. Laudáte Dóminum omnes Gentes, quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus. *Pſ.* 116. 1. 2.* Erípuit. Glória. ℟. Dignos.

Hymnus.

UT corda quà vis, quâque lubet viâ,
O Chriſte flectis! ſtella micat; Magi
Vident micántem, Gentibúſque
Eſſe datum didicére Regem.

VIDISSE ſtellam ſúfficit; óbſequi
Mens prompta, ſegnes præcípitat moras;
Mox ſubſequúntur, quà parátam
Stella viam præeúndo monſtrat.

FOENO jacéntem conſpíciunt Deum,
Et procidéntes múnera déferunt,
Suóque Regi corda portant
Munéribus pretioſióra.

QUAM ſæpe noſtris lux tua méntibus,
Jeſu, refúlſit! nec tamen ívimus;
Forti triúmpho ſubde victor,

Indóciles tibi ſubde mentes.

Laus ſumma Patri, ſummáque Fiiio,
Qui natus, orbi ſol novus émicans,
Eliminávit mortis umbras,
Par tibi laus utriúſque Nexus. Amen.

℣. Pópulus quem non cognóvi, ſervívit mihi; ℟. In audítu auris obedívit mihi. *Pſ.* 17. 45.

Ad Magnif. *Ant.* 5. F. *Dupl.* Maniféſtè magnum eſt pietátis ſacraméntum quod manifeſtátum eſt in carne, prædicátum eſt Géntibus, créditum eſt in mundo. 1. *Tim.* 3. 16.

Oratio, Deus, qui hodiérnâ die, *ut ſuprà in Laudibus.*

Ad Completorium.

Ant. 7. d. Ego Dóminus dedi te in fœdus pópuli, in lucem Géntium. *Iſai.* 42. 6.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. a. Applicabúntur Gentes multæ ad Dóminum in die illa; & erunt mihi in pópulum. *Zach.* 2. 11.

Oratio, Deus, qui hodiérnâ die, 307. & Véritas, *ſub una concluſione. Et ſic per Octavam, niſi aliter notetur.*

¶ *De Dominica intrà Octavam Epiphaniæ, in quamcunque diem Octava inciderit, ſit Officium, ut infrà ordinatur poſt diem 12. Januarii.*

Si in ea occurrat Feſtum S. Joſeph, hujus Feſti Officium [redacted]*ansfertur in Feriam II. & in*

II. Veſperis Dominicæ *memoratio de Feſto,* *phonam*, Magna eſt, dictio, & *Orat.* Cuſ *ut infrà*, 313.

Quando Epiphani *in Dominicam, Sa* *quenti ſit Officium de* *ca, ut notatur die* 12. J

Diebus
INTRA OCTA
Epiphaniæ Dom
Ad Officium Noct

Invitatorium, Dóm conſpéctu Géntium tem juſtítiam ſuam, adorémus. *Pſ.* 97. 2.

Pſalmus, Veníte, *Hymnus*, Quicúnq *ſuprà*, 295.

Pſalmi de Feria. *Tres Antiphonæ*, ℣. *ex Nocturno diei Epipha* *ta Feriam; id eſt*, I *& V. ex I. Nocturno* *III. & VI. ex II. N* *Feriâ IV. & Sabbato*, *Nocturno.*

Lectio j. & ij. *ante* *cam, de Epiſtola ad R* *poſt Dominicam, de E* *ad Corinthios.*

Lectio iij. *ut infrà* *pro unaquaque die.*

Ad Laudes Mat

℣. *Sacerdotalis*, Co tur, *ut in die*, 306.

Pſalmi de Feria. An Myſtérium, *prima de* *bus dici*, 306.

Capitulum, Hymnu *ut in die.*

id Benedíctus,
a, quâlibet die.
: die.
Pſalmi de Feria.
excepto Canone.
SPERAS.
ria. Ant. ſola,
ma de II. Veſpe-

Hymnus, & ℣.

gníficat, *ut in-*
t die.
in die.
orium, ut in die.
Dominica intrà
tur infrà, 326.
JANUARII.
EPIPHANIÆ.
eáti Pauli apó-
Romános.
. 8. 12. *ad* 17.
debitóres ſumus
ii, ut ſecúndùm
ivámus. Si enim
nem vixéritis,
i autem ſpíritu
nortificavéritis,
ínque enim ſpí-
ur, ii ſunt filii
n accepíſtis ſpí-
s íterum in ti-
cepíſtis ſpíritum
órum, in quo
Abba (Pater.)
píritus teſtimó-
ſpirítui noſtro,
ilii Dei. Si au-
rédes: herédes
oherédes autem
en compátimur,
ificémur.

Lectio ij. *v.* 18. *ad* 21.

EXíſtimo enim quòd non ſunt condígnæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei expéctat. Vanitáti enim creatúra ſubjécta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubjécit eam in ſpe: quia & ipſa creatúra liberábitur à ſervitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei.

Ex Libro ſancti Irenæi epíſcopi & mártyris advérsùs hæreſes.

Lib. 3. *cap.* 9. §. 2.

Lectio iij.

MAtthæus Magos ab Oriénte veniéntes ait dixiſſe: [Vídimus enim ſtellam ejus in Oriénte, & vénimus adoráre eum:] deductóſque à ſtella in domum Jacob ad Emmánuël, per ea quæ obtulérunt múnera oſtendiſſe, quis erat qui adorabátur. Myrrham quidem, quòd ipſe erat, qui pro mortáli humáno género morerétur, & ſepelirétur. Aurum verò, quóniam Rex, [cujus regni finis non eſt.] Thus vero, quóniam Deus, qui & [notus in Judæa factus eſt,] & maniféſtus eis qui non quærébant eum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Hæc dicit Dóminus: Dedi te in fœdus pópuli, ut díceres his qui vincti ſunt: Exíte; & his qui in ténebris: Revelámini. *Iſai.* 49. 8. 9.

CANON.

Ex Concilio Autiſſiodorénſi.

C. An. 580. cap. 3.

NOn licet ad ſortílegos, vel ad augúria; non ad caragios, nec ad ſortes quas ſanctorum vocant, vel quas de ligno aut de pane fáciunt, aſpícere: ſed quæcúnque homo fácere vult, ómnia in nómine Domini fáciat.

Veſpera de Feſto ſequenti.

DIE VIII. JANUARII.

In Feſto

SANCTI JOSEPH

SPONSI B. MARIÆ.

Duplex-minus.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 7. toni. a.

JAcob génuit Joſeph virum Maríæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus. *Matt.* 1. 16.

Ant. 5. F. Amantíſſimus Dómini habitábit confidénter in eo. *Deut.* 33. 12.

Ant. 3. E. Prævenísti eum, Dómine, in benedictiónibus dulcédinis, lætificábis eum in gaúdio cum vultu tuo. *Pſ.* 20. 4.

Ant. 1. D. Super ſalutáre tuum, Dómine, exultábit veheménter. *Pſ.* 20. 1.

Ant. 4. d. Sapiéntia jucunditátem & exultatiónem theſauriſabit ſuper illum, & nómine ætérno hæreditábit illum. *Eccli.* 15. 6.

Capitulum. Eccli. 4. 20. 21.

SApiéntia lætificábit illum, & denudábit abſcónſa ſua illi, & theſauriſábit ſuper illum ſciéntiam & intelléctum juſtitiæ.

Hymnus. *Santol. Vict.*

REGUM progénies, Iſácidum decus,
Feſto te célebrent cármine cónjuges,
Certátimque ferant cándida vírgines
Sponſo lília vírgini.

TU Joſéphe, novi lux novi fœderis,
Tu cuſtos fóciæ Vírginis integer,
Tu ſanctæ thálamo cónjugis ábſtinens
Chriſti díceris & Pater.

ALTO progéniem quàm bene créditam
Servas consílio, depóſitum Dei!
Tecum pervígiles cœlítum Pater
Curas, juráque dívidit.

ARTUS inválidum tu púerum foves,
Infantíque Deo pábula ſúfficis;
Et formáta Dei te ſine, de tuis
Creſcunt membra labóribus.

SINT qui mille tubis úndique perſónent,
Adventáſſe Deum qui pópulos regat,
Tu commíſſa tibi non violábili
Velas ſacra ſiléntio.

SIT laus ſumma Patri, ſummáque Fílio,
Sit par alme tibi glória, Spíritus,

acis víſcera Vir-

útero Deus.
ı.
ctio Dei in mer-
eſtínat, ℟. Et in
procéſſus illíus
ccli. 11. 24.
ficat, *Ant.* 7. *d.*
ória ejus in ſalu-
mine, glóriam &
córem impónes
ſ. 20. 6.
ratio.
nos, Dómine,
ne perpétuâ, qui
ph Unigénito tuo
& Vírgini matri
vidíſti; Per eún-
um.
emoratio de Octa-
.
ne Dóminus præ-
is remiſſiónem,
n. *Luc.* 4. 19.
s quem non co-
vit mihi; ℟. In
obedívit mihi.

eus, qui hodiér-
à, 307.
ium ut in die Epi-
Duæ Orat. ibid.
FFICIUM
URNUM.
ium, Jeſum pa-
litum, * Veníte,
Luc. 2. 51.
Veníte, 2.
Regum progé-
n primis Veſperis.
i de Feria.

In I. Nocturno.

Ant. 8. G. Cùm eſſet deſponſáta mater Jeſu María Joſeph, invénta eſt in útero habens de Spíritu-ſancto. *Matt.* 1. 18.

Ant. 2. D. Joſeph vir ejus, cùm eſſet juſtus, & nollet eam tradúcere, vóluit occúltè dimíttere eam. *Matt.* 1. 19.

Ant. 3. E. Hæc Joſeph cogitánte, ecce Angelus Dómini appáruit in ſomnis ei. *Matt.* 1. 20.

℣. Próteget Dóminus gradiéntes ſimplíciter; ℟. Servans ſémitas juſtítiæ, & vias ſanctórum cuſtódiens. *Prov.* 2. 7. 8.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 8. 22. *ad* 26.

Scimus quòd omnis creatúra ingemíſcit, & párturit uſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primítias ſpíritûs habéntes, & ipſi intrà nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei expectántes, redemptiónem córporis noſtri. Spe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem quæ vidétur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non vidémus, ſperámus; per patiéntiam expectámus. Simíliter autem & Spíritus ádjuvat infirmitátem noſtram: nam quid orémus, ſicut opórtet, neſcímus: ſed ipſe Spíritus póſtulat pro nobis gemítibus inenarrabílibus.

℟. Appáruit Angelus, dicens: Joſeph fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam; * Quod enim in ea natum eſt, de Spíritu-ſancto eſt. *Matt.* 1. 20. ℣. Audíte domus David: Ecce virgo páriet filium, & vocábitur nomen ejus Emmánuël. *Iſai.* 7. 13. 14. * Quod enim.

Lectio ij. *v.* 8. 28. *ad* 32.

SCimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis qui ſecúndùm propóſitum vocáti ſunt ſancti. Nam quos præſcívit, & prædeſtinávit confórmes fieri imáginis Fílii ſui, ut ſit ipſe primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædeſtinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos & juſtificávit: quos autem juſtificávit, illos & glorificávit. Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Fílio ſuo non pepércit, ſed pro nobis ómnibus trádidit illum: quómodo non étiam cum illo ómnia nobis donávit?

℟. Páriet María filium; & * Vocábis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum. *Matt.* 1. 21. ℣. Accipe púerum iſtum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercédem tuam. *Exod.* 2. 9. * Vocábis.

Lectio iij. *v.* 35. *ad* 39.

QUis ergo nos ſeparábit à caritáte Chriſti? tribulátio? an angúſtia? an fames? an núditas? an perículum? an perſecútio? an gládius? (ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificámur totâ die: æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis.) Sed in his ómnibus ſuperámus, propter eum qui diléxit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principátus, neque Virtútes, neque inſtántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profúndum, neque creatúra ália póterit nos ſeparáre à caritáte Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

℟. Exúrgens Joſeph à ſomno, * Fecit ſicut præcépit ei Angelus Dómini, & accépit cónjugem ſuam. *Matt.* 1. 24. ℣. Beátus vir qui timet Dóminum, in mandátis ejus volet nimis. *Pſ.* 111. 1. * Fecit. Glória. * Fecit.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Deſcríptio orbis facta eſt: & ibant omnes, ut profiteréntur ſínguli in ſuam civitátem. *Luc.* 2. 2. 3.

Ant. 5. a. Aſcéndit Joſeph in civitátem David, eò quòd eſſet de domo David, ut profiterétur cum María deſponſáta ſibi uxóre prægnánte. *Luc.* 2. 4.

Ant. 6. F. Cùm eſſent ibi, péperit María fílium ſuum primogénitum, & reclinávit eum in præſépio. *Luc.* 2. 6.

℣. Inglórius erit inter viros aſpéctus ejus, ℟. Et forma

ns inter filios hóminum. *Iſai.* . 14.

ſermo ſancti Bernárdi abbátis. De *Laud. B. Mariæ, Homil.* 2. *ſuper Miſſus eſt.* §. 16.

Lectio iv.

Conjice ex appellatióne, quâ, licèt diſpenſatóriâ, méruit honorári à Deo, ut pater Dei & dictus & créditus ſit; cónjice & ex próprio vocábulo (quod augméntum non dúbites interpretári) quis & qualis homo fúerit iſte Joſeph. Simul & meménto magni illíus quondam Patriárchæ vénditi in Ægypto; & ſcito ipsíus iſtum non ſolùm vocábulum fuíſſe ſortítum, ſed & caſtimóniam adéptum, innocéntiam aſſecútum & grátiam.

℟. Paſtóres venérunt feſtinántes; & * Invenérunt Maríam, & Joſeph, & infántem póſitum in præſépio. *Luc.* 2. 16. ℣. Addent mites in Dómino lætitiam, & paúperes hómines in ſancto Iſraël exultábunt. *Iſai.* 29. 19. * Invenérunt.

Lectio v.

Siquidem ille Joſeph, fratérna ex invídia vénditus & ductus in Ægyptum, Chriſti venditiónem præfigurávit: iſte Joſeph Herodiánam invídiam fúgiens, Chriſtum in Ægyptum portávit. Ille dómino ſuo fidem ſervans, dóminæ nóluit commiſcéri: iſte dóminam ſuam, Dómini ſui matrem, vírginem agnóſcens, & ipſe cóntinens, fidéliter cuſtodívit. Illi data eſt intelligéntia in myſtériis ſomniórum: iſti datum eſt cónſcium fieri atque partícipem cœléſtium ſacramentórum.

℟. Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus, & * Fuge in Ægyptum: futúrum eſt enim ut Heródes quærat púerum ad perdéndum eum. *Matt.* 2. 13. ℣. Quærit peccátor mortificáre eum: Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus ejus. *Pſ.* 36. 32. 33. * Fuge.

Lectio vj.

Ille fruménta ſervávit non ſibi, ſed omni pópulo: iſte panem vivum è cœlo ſervándum accépit tam ſibi, quàm toti mundo. Non eſt dúbium quin bonus & fidélis homo fúerit iſte Joſeph, cui Mater deſponſáta eſt Salvatóris. Fidélis, inquam, ſervus & prudens quem conſtítuit Dóminus ſuæ matris ſolátium, ſuæ carnis nutrítium, ſolum dénique in terris magni consílii coadjutórem ſibi fideliſſimum.

℟. Conſúrgens Joſeph, accépit púerum, & matrem ejus nocte, & * Secéſſit in Ægyptum: & erat ibi uſque ad óbitum Heródis. *Matt.* 2. 14. 15. ℣. Habitábunt apud te prófugi mei: eſto latíbulum eórum à fácie vaſtatóris. *Iſai.* 16. 4. * Secéſſit. Glória. * Secéſſit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. c. **Defúncto Heróde, Angelus appáruit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus.** *Matt.* 2. 19. 20.

Ant. 8. c. **Vade in terram Iſraël, defúncti ſunt enim qui quærébant ánimam púeri.** *Matt.* 2. 20.

Ant. 8. G. **Conſúrgens Joſeph, accépit púerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſraël.** *Matt.* 2. 21.

℣. **Lex Dei ejus in corde ipsíus;** ℟. **Et non ſupplantabúntur greſſus ejus.** *Pſ.* 36. 31.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 1. 18. *ad* 21.

CUm eſſet deſponſáta mater Jeſu María Joſeph, ántequam conveníſent, invénta eſt in útero habens de Spíritu-ſancto. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

De Nupt. & Concup. lib. 1. *cap.* 11. & §. 12.

NOn falláciter ab Angelo dictum eſt ad Joſeph: [Noli timére accípere Maríam cónjugem tuam.] Conjux vocátur ex prima fide deſponſatiónis, quam concúbitu nec cognóverat, nec fúerat cognitúrus: nec períerat, nec mendax mánſerat cónjugis appellátio, ubi nec fúerat, nec futúra erat carnis ulla commíxtio. Erat quippe illa virgo ídeo & ſánctiùs & mirabíliùs jucúnda ſuo viro, quia étiam fecúnda ſine viro, prole diſpar, fide compar.

℟. Aúdiens Joſeph quòd Archélaüs regnáret in Judæa pro Heróde patre ſuo, tímuit illò ire: * Et admónitus in ſomnis, ſecéſſit in partes Galilææ. *Matt.* 2. 22. ℣. Vir juſtus atque perféctus fuit, cum Deo ambulávit: fecit ómnia quæ præcéperat illi Deus. *Gen.* 6. 9. 22. * Et admónitus.

Lectio viij.

PRopter quod fidéle conjúgium paréntes Chriſti vocári ambo meruérunt, & non ſolùm illa mater, verùm étiam ille pater ejus, ſicut conjux matris ejus, utrúmque mente, non carne. Sive tamen ille pater ſolâ mente, ſive illa mater & carne, paréntes tamen ambo humilitátis ejus, non ſublimitátis; infirmitátis, non divinitátis. Neque enim mentítur Evangélium, ubi légitur: [Et erant pater ejus & mater mirántes ſuper his quæ dicebántur de illo.] Et álio loco: [Et ibant paréntes ejus per omnes annos in Jerúſalem.] Item paulò-poſt: [Et dixit mater ejus ad illum, Fili, quid fecíſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego doléntes quærebámus te.]

℟. Véniens Joſeph * Habitávit in civitáte quæ vocátur Názareth; ut adimplerétur quod dictum eſt per prophé-

Nazaræus vo-
2. 23. ℣. Cùm
minum, diréxit
us. 2. *Paral.* 26.

io ix.
: oſténderet ha-
ræter illos pa-
m génuit præter
ndit eis: [Quid
uærebátis? Neſ-
n his quæ Patris
tet me eſſe?] Et
c dicto paréntes
utarétur, Evan-
s adjúnxit: [Et
exérunt verbum
eſt ad illos, &
eis, & venit
erat ſúbditus il-
úbditus, niſi pa-
is autem ſúbdi-
s Chriſtus, qui
Dei eſſet, non
rátus eſt eſſe æ-
Cur ergo illis
longè infrà for-
t, niſi quia ſe-
nanívit formam
, cujus formæ
t?
s, eſt fidélis ſer-
s, quem conſti-
ſuper famíliam
illis cibum in
ico vobis, † Su-
a ſua conſtituet
.45.47. ℣. Qui
mini ſui glorifi-
27. 18. * Dico
† Super.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis,* Exultábit cor meum in ſalutári tuo, Dómine, ℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. *Pſ.* 12. 6.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni.* G.

IBant paréntes Jeſu per omnes annos in Jerúſalem, in die ſolémni Paſchæ. *Luc.* 2. 41.

Ant. 1. f. Aſcendéntibus illis, remánſit puer Jeſus in Jerúſalem, & non cognovérunt paréntes ejus. *Luc.* 2. 42. 43.

Ant. 1. D. Venérunt iter diéi, & non inveniéntes, regréſſi ſunt in Jerúſalem; & poſt tríduum, invenérunt illum in templo. *Luc.* 2. 44. 45.

Ant. 8. G. Dixit mater Jeſu ad illum: Fili quid fecíſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego doléntes quærebámus te. *Luc.* 2. 48.

Ant. 1. *D.* Deſcéndit cum eis Jeſus, & venit Názareth; & erat ſúbditus illis. *Luc.* 2. 51.

Capitulum. *Sap.* 8. 16.

INtrans in domum meam, conquiéſcam cum ſapiéntia; non enim habet amaritúdinem converſátio illíus, ſed lætítiam & gaúdium.

Hymnus. *Santol. Vict.*

MATRIS intáctæ veneránde conjux,
Teſtis & cuſtos nívei pudóris,
Quid Deo plenam meditáris anceps
Linquere ſponſam!

Anxium, cœlo tibi nuntius
Ales
Firmat; hinc Virgo tibi viſa
major:
Mente ſedátâ modò naſcitú-
rum
Numen adóras.
Vix puer natus; redit ecce
præpes
Nuntius patri; Fuge, dixit,
infans
Quæritur, matrem puerúm-
que tutas
Transfer in oras.
Tu nihil contrà, per opáca
noctis
Prótinus matrem puerúmque
transfers:
Dírigit greſſus, aperítque cal-
les,
Dum ſilet, infans.
Ora mox ſolvet; Sólymam
per urbem
Quem dolens quæres comi-
tánte matre,
Hunc ſenes inter, púerum ſtu-
pébis
Mira loquéntem.
Anxias mentes, tenebríſ-
que merſas
Chriſtus illúſtret, Patris ipſe
ſplendor:
Nos inoffénſo pede ducat
aſtris,
Sémita factus.
Nostra te ſummum céle-
brent Paréntem
Ora, te ſummo Génitum Pa-
rénte,
Par ſit ambórum tibi laus per
omne,
Spíritus, ævum. Amen.

℣. Anima mea exu
Dómino, ℟. Et del
ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.*
Ad Benedíctus, *A*
Argéntum & aurum
concupívi; quóniam
mihi opus erant, &
mecum ſunt, miniſt
manus iſtæ. *Act.* 20.

Oratio.

Cuſtódi nos, I
protectióne perp
beátum Joſeph unig
nutrítium, & Vírgi
cuſtódem providíſti;
dem Dóminum.

Fit Commemoratio
va Epiphania.

Ant. Dóminus dixi
Fílius meus es tu;
Gentes hereditátem
poſſeſſiónem tuam
terræ. *Pſ.* 2. 7. 8.

℣. Notum fecit
ſalutáre ſuum, ℟. I
ctu Géntium revel
tiam ſuam. *Pſ.* 97.

Oratio, Deus, q
nâ die, 307.

Ad Horas, *Pſalm*
Ad Primam, *A*
Oratio, Deus, q
nâ die, 307. *&* *Or.*
mine ſancte, Pater
tens, *ſub una concl*

C A N O

Ex Capituláribus
Aurelianénſis epi
An. 797. *cap.*

Citóte, Preſbyt
ſtrum gradum n
dui, (ſcílicet Epiſc

nè conjúnctum
ı Epíſcopi Apo-
cclésia, ita ni-
teri ceterórum
Dómini vicem

м, *Ant.* Aſcen-

Deut. 16. 16.
omne maſculí-
n in conſpéctu
i, in loco quem
olemnitáte azi-

Vota mea Dó-
in conſpéctu
ejus, * Alle-
℟. Vota mea.
omûs Dómini,
erúſalem.* Alle-
Glória. ℟. Vota
18. 19.
hymnus, Deus,
Et tibi reddétur
ſalem. *Pſ.* 64. 2.
ı, *Ant.* Vené-

Sap. 1. 1. 2.
áte cordis quæ-
ıum; quóniam
his qui non
; appáret au-
idem habent in

Exquiſívi Dó-
exaudívit me,
lelúia. ℟. Ex-
ex ómnibus tri-
ıeis erípuit me.
llelúia. Glória.
Pſ. 33. 5.
uem díligit áni-

ma mea; ℟. Ténui eum; nec dimíttam. *Cant.* 3. 4.

AD NONAM, *Ant.* Deſcéndit.

Capitulum. *Sap.* 8. 17. 18.

IMmortálitas eſt in cognatióne ſapiéntiæ, & in amicítia illíus delectátio bona, & in opéribus mánuum illíus honéſtas ſine defectióne.

℟. *breve*, Sapiéntia mecum communicábit de bonis. * Allelúia, allelúia. ℟. Sapiéntia. ℣. Et erit allocútio cogitatiónis & tædii mei. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Sapiéntia. *Sap.* 8. 9.

℣. In certámine loquélæ illíus ſapiéntia, ℟. Et præclárItas in communicatióne ſermónum ipsíus. *Sap.* 8. 18.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria, Antiphona de Laudibus.

Capitulum. *Sap.* 10. 10.

SApiéntia juſtum dedúxit per vias rectas, & oſténdit illi regnum Dei, & dedit illi ſciéntiam ſanctórum; honeſtávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.

Hymnus, Matris intáctæ, *ſuprà in Laudibus.*

℣. Conſtítuit eum Dóminum domûs ſuæ, ℟. Et príncipem omnis poſſeſſiónis ſuæ. *Pſ.* 104. 21.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Invénit grátiam coram Dómino ſuo, & miniſtrábat ei; à quo præpóſitus ómnibus, gubernábat créditam ſibi do-

mum, & univérſa quæ ei trádita fúerant. *Gen.* 39. 4.

Fit Commemoratio de Octava Epiphaniæ.

Ant. Póſui te in lucem Géntium, ut ſis in ſalútem uſque ad extrémum terræ. *Act.* 13. 47.

℣. Pópulus quem non cognóvi, ſervívit mihi; ℟. In audítu auris obedívit mihi. *Pſ.* 17. 45.

Oratio, Deus, qui hodiérnâ die, *ſuprà*, 307.

Completorium ut in die Epiphaniæ.

Die IX. Januarii.

DE OCTAVA EPIPH.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 9. 6. *ad* 13.

NOn omnes qui ex Iſraël ſunt, ii ſunt Iſraëlitæ: neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii: ſed; In Iſaac vocábitur tibi ſemen, id eſt, non qui filii carnis, hi filii Dei; ſed qui filii ſunt promiſſiónis, æſtimántur in ſémine. Promiſſiónis enim verbum hoc eſt: Secúndùm hoc tempus véniam; & erit Saræ filius. Non ſolùm autem illa; ſed & Rebécca ex uno concúbitu habens Iſaac patris noſtri. Cùm enim nondum nati fuíſſent, aut áliquid boni egíſſent, aut mali, (ut ſecúndùm electiónem propóſitum Dei manéret) non ex opéribus, ſed ex vocánte dictum eſt ei: Quia major ſérviet minóri; ſicut ſcriptum eſt: Jacob diléxi, Eſaü autem ódio hábui.

Lectio ij. *v.* 14. *ad* 21.

QUid ergo dicémus? numquid iníquitas apud Deum? Abſit. Móyſi enim dicit: Miſerébor cujus miſéreor: & miſericórdiam præſtábo cujus miſerébor. Igitur non voléntis, neque curréntis, ſed miſeréntis eſt Dei. Dicit enim Scriptúra Pharaóni: Quia in hoc ipſum excitávi te, ut oſténdam in te virtútem meam; & ut annuntiétur nomen meum in univérſa terra: Ergo cujus vult miſerétur, & quem vult indúrat. Dicis ítaque mihi: Quid adhuc quæritur? voluntáti enim ejus quis reſíſtit? O homo, tu quis es, qui reſpóndeas Deo? numquid dicit figméntum ei, qui ſe finxit? Quid me fecíſti ſic? An non habet poteſtátem figulus luti, ex eádem maſſa fácere áliud quidem vas in honórem, áliud verò in contuméliam?

De Sermóne ſancti Auguſtini epíſcopi.

Serm. 200. *in Epiph. Domini,* §. 1. 2.

Lectio iij.

MAgnum ſacraméntum. In præſépi Chriſtus jacébat, & Magos ab Oriénte ducébat. Abſcondebátur in ſtábulo, & agnoſcebátur in cœlo; ut ágnitus in cœlo manifeſtarétur in ſtábulo, & appellarétur Epiphánia dies iſte,

quod

ìnè Manifeſtátio dici
ſimul ejus celſitúdi-
ımilitatémque com-
; , ut qui in apérto
nis ſidéreis monſtra-
in angúſto diverſório
; inveniretur ; inváli-
ıtílibus membris , in-
infantílibus pannis ,
:ur à Magis , timeré-
ılis. Tímuit enim eum
ódes , eíſdem ſibi Ma-
tiántibus , cùm adhuc
:nt párvulum , quem
erant cœlo teſte jam
Quid erit tribúnal ju-
, quando ſupérbos re-
ıæ terrébant infántis ?
Benedíctus , *Ant.* 7. a.
loco ubi dicétur eis :
pulus meus vos ; dicé-
: Fílii Dei vivéntis.
10.

C *A* *N* *O* *N*.

oncílio Lugdunénſi
ſecúndo.

a. 567. *can.* 1.

litátem Sacerdótum
uam & Dóminus díli-
Scriptúra comméndat,
órdia caritátis expóſcit,
it ab ómnibus cuſto-
ta ut in omni tractátu
initióne , uno ſpíritu,
téntiâ Sacerdótum con-
perſevéret.

Magníficat , *Ant.* 8. G.*
us pœniténtiam dedit
ıd vitam. *Act.* 11. 18.

Commemoratio S. Pauli ,
remita , *per Ant.* Recé-
: abſcóndere ; de tor-
's Hiemalis.

rénte bibes , corvíſque præ-
cépi ut paſcant te. 3. *Reg.* 17.
3. 4.

℣. Jacta ſuper Dóminum curam tuam , ℟. Et ipſe te enútriet. *Pſ.* 54. 23.

Oratio , Deus , cujus grátiâ, *infrà ad Laudes.*

DIE X. JANUARII.

DE OCTAVA EPIPH.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 9. 22. *ad* 29.

QUòd ſi Deus volens oſténdere iram, & notam fácere poténtiam ſuam , ſuſtínuit in multa patiéntia vaſa iræ , apta in intéritum , ut oſténderet divítias glóriæ ſuæ in vaſa miſericórdiæ , quæ præparávit in glóriam. Quos & vocávit nos non ſolùm ex Judæis , ſed étiam ex géntibus , ſicut in Oſée dicit : Vocábo non plebem meam , plebem meam : & non diléctam , diléctam : & non miſericórdiam conſecútam , miſericórdiam conſecútam. Et erit : In loco , ubi dictum eſt eis , Non plebs mea vos : ibi vocabúntur fílii Dei vivi. Iſáias autem clamat pro Iſraël : Si fúerit númerus filiórum Iſraël , tanquam aréna maris , relíquiæ ſalvæ fient. Verbum enim conſúmmans , & abbrévians in æquitáte : quia verbum breviátum fáciet Dóminus ſuper terram. Et ſicut prædíxit Iſáias : Niſi Dóminus ſábaoth reliquíſſet nobis ſemen ,

ſicut Sódoma facti eſſémus, & ſicut Gomórrha ſímiles fuiſſémus.

Lectio ij. *v.* 30. *ad fin.*

QUid ergo dicémus? quòd gentes quæ non ſectabántur juſtítiam, apprehendérunt juſtítiam: juſtítiam autem, quæ ex fide eſt; Iſraël verò ſectándo legem juſtítiæ, in legem juſtítiæ non pervénit. Quare? quia non ex fide, ſed quaſi ex opéribus: offendérunt enim in lápidem offenſiónis, ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lápidem offenſiónis, & petram ſcándali: & omnis qui crédit in eum, non confundétur.

De Sermóne ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 200. *in Epiph. Domini* 2. §. 3. *aliàs Serm.* 30. *de Tempore.* *Lectio* iij.

HÆc Magórum illuminátio magnum teſtimónium cæcitátis éxcitit Judæórum. In terra eórum iſti requirébant, quem illi in ſua non agnoſcébant. Apud eos iſti infántem invenérunt, quem illi apud ſe docéntem negavérunt. In his terris de longínquo iſti peregríni púerum Chriſtum nondum verba proméntem adoravérunt, ubi cives illi júvenem mirácula faciéntem crucifixérunt. Iſti in membris parvis Deum agnovérunt, illi in factis magnis nec tanquam hómini pepercérunt: quaſi plùs fúerit vidére novam ſtellam in ejus nativitáte fulgéntem; quàm ſolem ejus in morte lugéntem.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. *irr. t.* Congregábo vos de pópulis, & adunábo de terris in quibus diſpérſi eſtis. *Ezech.* 11. 17.

Pro Commemoratione S. Pauli eremitæ, *Ant.* Ecce elongávi fúgiens, & manſi in ſolitúdine. Expectábam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitáte ſpíritûs, & tempeſtáte. *Pſ.* 54. 8. 9.

℣. In die malórum protéxit me Dóminus. ℟. In abſcóndito tabernáculi ſui. *Pſ.* 26. 5.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ beátus Paulus prudénti fugâ ſalúti ſuæ cónſulens, máluit facultátibus ſuis ſpoliári, quàm Chriſto; quæſumus, ut purificátis ab omni terrenórum cupiditáte méntibus, te ſolo dívites eſſe velímus; Per eúndem.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi primo.

An. 816. *cap.* 9.

POſt Chriſtum Sacerdotális Ordo à Petro cœpit; ipſi enim primùm datus eſt Pontificátus in Ecclésia Chriſti. Céteri Apóſtoli cum Petro par conſórtium honóris accepérunt.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *t.* Scriptum eſt: Confitébor tibi in Géntibus, Dómine; & íterum: Lætámini Gentes cum plebe ejus. *Rom.* 15. 9. 10.

Die XI. Januarii.
E OCTAVA EPIPH.
e Epiſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

ectio j. *c.* 10. 9. *ad* 13.

SI confiteáris in ore tuo Dóminum Jeſum, & in corde tuo credíderis òd Deus illum ſuſcitávit à órtuis, ſalvus eris. Corde im créditur ad juſtítiam: e autem confeſſio fit ad ſa-em. Dicit enim Scriptúra: nnis qui credit in illum, n confundétur. Non enim diſtínctio Judæi, & Græci: m idem Dóminus ómnium: res in omnes qui ínvocant im. Omnis enim quicúnque invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit.

ectio ij. *v.* 14. *ad* 18.

QUómodo ergo invocábunt, in quem non crediérunt? Aut quómodo cre-nt ei quem non audiérunt? ıómodo autem áudient ſine ædicánte? Quómodo verò ædicábunt niſi mittántur, ut ſcriptum eſt: Quàm ſpeıſi pedes evangelizántium cem, evangelizántium bo-? Sed non omnes obédiunt angélio. Iſáias enim dicit: ómine, quis crédidit audí-, noſtro? Ergo fides ex auu, audítus autem per verm Chriſti. Sed dico: Nunid non audiérunt? Et quim in omnem terram exívit nus eórum, & in fines orbis rræ verba eórum.

De Sermóne ſancti Fulgéntii epíſcopi.

Serm. de Epiphania, deque Innocentium nece.

Lectio iij.

QUis eſt iſte Rex Judæórum? Pauper & dives, húmilis & ſublímis. Quis eſt iſte Rex Judæórum, qui portátur ut párvulus, adorátur ut Deus? Párvulus in præſépio, imménſus in cœlo; vilis in pannis, pretióſus in ſtellis: cujus nativitáte compértâ, [Heródes turbátus eſt, & omnis Jeroſólyma cum illo.] Quid eſt quòd ſic turbáris Heródes? Quóniam natum Regem Judæórum audíſti; turbáris, ſuſpiciónibus agitáris, invídiæ ſtímulis inflammáris, & ob hoc natum Regem occídere conáris. Inánis eſt iſta turbátio tua, & vana prorſus cogitátio tua. Rex iſte, qui natus eſt, non venit reges pugnándo ſuperáre, ſed moriéndo mirabíliter ſubjugáre: nec ídeo natus eſt, ut tibi ſuccédat, ſed ut in eum mundus fidéliter credat. Venit ergo, non ut pugnet vivus, ſed ut triúmphet occíſus: nec ut ſibi de áliis géntibus auro exércitum quærat, ſed ut pro ſalvándis géntibus pretióſum ſánguinem fundat.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. E. Reſíduum Iſraël innitétur ſuper Dóminum Sanctum Iſraël in veritáte. Reliquiæ converténtur, reliquiæ inquam Ja-

cob, ad Deum fortem. *Iſai.* 10. 20. 21.

C A N O N.

Ex Pontificáli Románo.

CUm magno timóre ad tantum gradum Preſbyterátûs aſcendéndum eſt, ac providéndum, ut cœléſtis ſapiéntia, probi mores, & diutúrna juſtítiæ obſervátio ad id eléctos comméndent.

[*Si ſit Feria VI. Veſperæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam intrà Octavam, ut infrà*, 325.]

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Cæcitas ex parte cóntigit in Iſraël, donec plenitúdo Géntium intráret, & ſic omnis Iſraël ſalvus fieret. *Rom.* 11. 25. 26.

DIE XII. JANUARII.

DE OCTAVA EPIPH.

[*Si ſit Sabbatum, fiet Officium de Dominica intrà Octavam, ut infrà habetur*, 326. *exceptis quæ ſequuntur.*

Officium fiet tantùm ſub ritu ſemiduplici.

Poſt Invitatorium, & Hymnum, dicuntur novem Pſalmi de Sabbato ſub tribus Antiphonis & ℣. *III. Nocturni. Prima & ſecunda Lectio de Scriptura occurrente in Sabbato. Tertia Lectio de Evangelio Dominicæ cum* j. *Lectione Homilia, omiſſis duabus ſequentibus. Tria Reſponſoria III. Nocturni. Ad Laudes, Ant. ſola,* Myſtérium, *prima de Laudibus diei*, 306. *Cetera ut notantur pro eadem Dominica, uſque ad II. Veſperas, quæ erunt integræ de die Octava ſine Commemoratione Dominica. Epiſtola verò ad Corinthios quæ ponitur in Dominica, ponetur in die Octava.*]

De epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 12. 1. *ad* 5.

OBſecro vos, fratres, per miſericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora veſtra hóſtiam vivéntem, ſanctam, Deo placéntem, rationábile obſéquium veſtrum. Et nolíte conformári huic ſæculo, ſed reformámini in novitáte ſensûs veſtri; ut probétis quæ ſit volúntas Dei bona, & beneplacens, & perfécta. Dico enim, per grátiam quæ data eſt mihi, ómnibus qui ſunt inter vos, non plus ſápere quàm opórtet ſápere, ſed ſápere ad ſobrietátem; & unicuíque ſicut Deus divíſit menſúram fidei. Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúndem actum habent; ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſínguli autem alter altérius membra.

Lectio ij. *c.* 13. 1. *ad* 5.

OMnis ánima poteſtátibus ſublimióribus ſúbdita ſit: Non eſt enim potéſtas niſi à Deo; quæ autem ſunt, à Deo ordinátæ ſunt. Itaque qui reſíſtit poteſtáti, Dei ordinatióni reſíſtit. Qui autem reſíſtunt, ipſi ſibi damnatiónem

acquírunt: nam príncipes non ſunt timóri boni óperis, ſed mali. Vis autem non timére poteſtátem? Bonum fac; & habébis laudem ex illa. Dei enim miníſter eſt tibi in bonum. Si autem malum féceris, time; non enim ſine cauſa gládium portat. Dei enim miníſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo neceſſitáte ſúbditi eſtóte non ſolùm propter iram, ſed étiam propter conſciéntiam.

De Sermóne ſancti Gregórii papæ.

Homil. 10. in Evang. circa fin.

Lectio iij.

MAgnum nobis áliquid Magi ínnuunt, quòd in regiónem ſuam per áliam viam revertúntur. In eo namque quod admóniti fáciunt, nobis profécto insínuant quid faciámus. Régio quippe noſtra paradíſus eſt, ad quam, Jeſu cógnito, redíre per viam quâ vénimus, prohibémur. A regióne étenim noſtra ſuperbiéndo, inobediéndo, viſibília ſequéndo, cibum vétitum guſtándo, diſcéſſimus: ſed ad eam necéſſe eſt, ut flendo, obediéndo, viſibília contemnéndo, atque appetítum carnis refrænándo, redeámus. Per áliam ergo viam ad regiónem noſtram regrédimur; quóniam qui à paradíſi gaúdiis per delectaménta diſcéſſimus, *ad hæc per laménta revocámur.*

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Vénient ad te, & adorábunt veſtígia pedum tuórum omnes, qui detrahébant tibi. *Iſai.* 60. 14.

C A N O N.

Ex Pontificáli Románo.

DOminus præcípiens Móyſi, ut ſeptuagínta viros de univérſo Iſraël in adjutórium ſuum elígeret, quibus Spíritûs-ſancti dona divíderet, ſuggéſſit; quos tu noſti quòd ſenes pópuli ſunt. Vos, Sacerdótes, in ſeptuagínta viris & ſénibus ſignáti eſtis.

SABBATO

intrà Octavam Epiphaniæ.

AD VESPERAS, *Pſalmi Feriales.*

Antiphona 2. *toni.* D.

O Rex Géntium, inter cunctos ſapiéntes, & in univérſis regnis nullus eſt ſímilis tuî. *Jer.* 10. 7.

Ant. 8. G. Tu es Fílius Dei, tu es Rex Iſraël. *Joan.* 1. 49.

Ant. 2. *D.* Dilexíſti juſtítiam, & odíſti iniquitátem; proptérea unxit te Deus; Deus tuus, óleo exultatiónis præ participibus tuis. *Hebr.* 1. 9.

Ant. 5. a. Thronus tuus Deus, in ſéculum ſéculi: virga æquitátis, virga regni tui. *Hebr.* 1. 8.

Ant. 7. *d.* Paſce pópulum tuum in virga tua, gregem hereditátis tuæ. *Mich.* 7. 14.

Capitulum. Dan. 2. 44.

SUſcitábit Deus cœli regnum, quod in ætérnum

non diſſipábitur, & regnum ejus álteri pópulo non tradétur: comminuet autem, & conſúmet univérſa regna hæc; & ipſum ſtabit in ætérnum.

Hymnus, Ut corda, *ut in II. Veſperis Epiphaniæ*, 309.

℣. Potéſtas ejus, potéſtas ætérna, quæ non auferétur: ℟. Et regnum ejus, quod non corrumpétur. *Dan.* 7. 14.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Ecce quaſi Fílius hóminis veniébat, & Antíquus diérum dedit ei poteſtátem, & honórem, & regnum; & omnes pópuli, tribus, & linguæ ipſi ſérvient. *Dan.* 7. 13. 14.

Oratio, Illúmina, *ut infrà*, 328.

Non fit Commemoratio Epiphaniæ.

DOMINICA
intrà Octavam Epiphaniæ.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Regem Géntium,* Veníte adorémus. *Jer.* 10. 7.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Quicúnque, *ut in primis Veſperis Epiphaniæ*, *ſuprà*, 295.

Pſalmi de Dominica.

Antiphonæ, *Reſponſoria*, *&* ℣℣. *I. & II. Nocturni*, *ut in die Epiphaniæ.*

IN I. NOCTURNO.

Ponitur Epiſtola prima ad Corinthios, quæ habetur infrà poſt Officium Octavæ: Lectiones verò quæ aliquando ſuper-ſunt de Epiſtola ad Romanos, prætermittuntur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Máximi epiſcopi.

Homil. 1. in Epiphan. Domini.

Lectio iv.

IN hac, dilectíſſimi, celebritáte, ſicut relátu patérnæ traditiónis inſtrúimur, multíplici nobis eſt feſtivitáte lætándum. Ferunt enim hódie Chriſtum Dóminum noſtrum, vel ſtellâ duce, à Géntibus adorátum; vel invitátum ad núptias, aquas in vina vertíſſe; vel ſuſcépto à Joánne baptíſmate, conſecráſſe fluénta Jordánis, ſuúmque ſimul purificáſſe Baptiſtam. Sed quid potíſſimum præſénti hoc factum ſit die, nóverit ipſe qui fecit: nos tamen crédere, nec dubitáre debémus, quicquid illud eſt, factum eſſe pro nobis.

Lectio v.

NAm quòd eum fulgentióris ſtellæ rádiis incitáti adoravére Chaldæi, Deum verum Géntibus ſpes data eſt adorándi. Quòd aquæ novo ſunt órdine in vina mutátæ, novi nobis póculi prælibátum eſt ſacraméntum. Quòd autem baptizátus eſt Agnus Dei, regenerántis baptíſmi ſalutáre nobis munus eſt dedicátum.

Lectio vj.

OPórtet itaque nos, fratres, ad honórem Salvatóris noſtri, cujus nativi-

ita nuper cum exulta-
anſégimus, omni cum
ne étiam hunc virtú-
ıs celebráre natálem.
n rectè tria hæc nobis
a in die myſtéria præ-
r, qui ineffábilis Tri-
ırcánum uno Dei ſub
confitémur! Per hæc
irácula Chriſtus Dó-
Redemptórque noſter
: vóluit reveláre mor-
quátenus invisíbilis
ínitas quæ latébat in
, in ópere non laté-

II. Nocturno.
1. a. Puer Jeſus creſ-
& confortabátur plenus
â: & grátia Dei erat
Luc. 2. 40.
8. G. Ibant paréntes
r omnes annos in Je-
, in die ſolémni Paſ-
uc. 2. 41.
2. D. Cùm factus eſſet
n duódecim, aſcen-
s illis, cùm redírent,
t puer Jeſus in Jerúſa-
non cognovérunt pa-
ejus. *Luc.* 2. 42. 43.
apiéntia in médio pó-
gloriábitur, ℟. Et in
Altíſſimi apériet os
cli. 24. 1. 2.
ſancti Evangélii ſecún-
dùm Lucam.
vij. *c.* 2. 40. *ad fin.*
tempore, Puer creſ-
:, & confortabátur,
apiéntiâ; & grátia Dei
lo. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii
epíſcopi.
Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 2.
§. 63.

A Duodécimo anno, ut légimus, Domínicæ ſúmitur diſputatiónis exórdium; hic enim prædicándæ fídei Evangelizántium númerus debebátur. Nec otióſè immemor ſuórum ſecúndùm carnem paréntum, qui ſecúndùm carnem útique ſapiéntiâ Dei implebátur & grátiâ, poſt tríduum reperítur in templo; ut eſſet indício quia poſt tríduum triumphális illíus paſſiónis in ſede cœléſti, & honóre divíno fidei noſtræ ſe reſurrectúrus offérret, qui mórtuus credebátur.

℟. Paréntes Jeſu requirébant eum inter cognátos, & notos; & non inveniéntes, * Regréſſi ſunt in Jerúſalem, requiréntes eum. *Luc.* 2. 44. 45. ℣. Vidébitur Deus deórum in Sion. *Pſ.* 83. 7. * Regréſſi.

Lectio viij. §. 64.

Quid eſt quòd me quærebátis? neſciebátis quia in própria Patris mei opórtet me eſſe?] Duæ ſunt in Chriſto generatiónes: una eſt patérna, matérna áltera: patérna illa divínior, matérna verò quæ in noſtrum labórem uſúmque deſcéndit. Et ídeo quæ ſupra natúram, ſupra ætátem, ſupra conſuetúdinem fiunt, non humánis aſſignánda virtútibus, ſed divínis referénda ſunt po-

teſtátibus. Alibi eum ad myſtérium mater impéllit: hìc mater argúitur; quia adhuc quæ humána ſunt, éxigat. Sed cùm hìc duódecim deſcribátur annórum, illic diſcípulos habère doceátur; vides matrem didiciſſe de Fílio, ut exígeret à validióre myſtérium, quæ ſtupébat in junióre miráculum.

℟. Factum eſt, poſt tríduum * Invenérunt Jeſum in templo ſedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, & interrogántem eos. *Luc.* 2. 46. ℣. Deus ſtetit in ſynagóga deórum; in médio autem deos dijúdicat. *Pſ.* 81. 1. * Invenérunt.

Lectio ix. §. 65.

ET venit Názareth, & erat ſúbditus illis.] Quid enim magíſter virtútis, niſi offícium pietátis impléret? Et mirámur ſi Patri defert, qui ſúbditur matri? Non útique infirmitátis, ſed pietátis eſt iſta ſubjéctio; attóllat licèt ſævis emíſſus látebris cóluber perfídiæ caput, & ſerpentínis évomat venéna pectóribus. Cùm dicit ſe Fílius miſſum, majórem hæréticus appéllat Patrem; ut imperféctum Fílium dicat, qui poteſt habére majórem; ut aliénis auxíliis ſſerat eum qui míttitur, indigére: nunquid & humáno egébat auxílio, ut matérno ſervíret império?

℟. *Stupébant* omnes, qui Jeſum audiébant, ſuper prudéntia & reſpónſis ejus; * Et vidéntes † Paréntes Jeſu admiráti ſunt. *Luc.* 2. 47. 48. ℣. Sapiéntia in plenitúdine ſancta admirábitur, & in multitúdine electórum habébit laudem. *Eccli.* 24. 3. 4. * Et vidéntes. Glória. † Paréntes. Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Confiteántur tibi pópuli Deus; confiteántur tibi pópuli omnes. ℟. Lætentur, & exúltent Gentes. *Pſ.* 66. 4. 5.

Omnia ut in die Epiphaniæ, 306. exceptis quæ ſequuntur.

Capitulum. *Tob.* 13. 14.

TErram tuam, Jeruſalem, in ſanctificatiónem habébunt natiónes; nomen enim magnum invocábunt in te.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Fili, quid fecíſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego doléntes quærebámus te. Quid eſt quòd me quærebátis? neſciebátis quia in his, quæ Patris mei ſunt, opórtet me eſſe? *Luc.* 2. 49.

Oratio.

ILlúmina, quæſumus, Dómine, pópulum tuum, & ſplendóre grátiæ tuæ cor ejus ſemper accénde; ut Salvatórem ſuum & inceſſanter agnóſcat, & veráciter apprehéndat Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat.

Commemoratio Epi-

RAS, *Omnia ut in*
nia, præter ea quæ

ANON.
cílio Agathénſi.
506. *can.* 20.
qui comam nú-
, ab Archidiácono,
lúerint, invíti de-

am, Sextam & No-
tio, Illúmina, *ut*

ESPERAS.
Dominicæ concur-
rimis Veſperis diei
iphaniæ.)
le Dominicæ.
æ de ſecundis Veſpe-
ia, 309.
. *Rom.* 12. 5.
num corpus ſumus
riſto, ſínguli autem
is membra.
& ℣. *ut ſuprà,*
Veſperis Epipha-

íficat, *Ant.* 1. D.*
um paréntibus Je-
t Názareth; & erat
is: & proficiébat
& ætáte, & grá-
eum & hómines.
. 52.
Illúmina, *ſuprà ad*
[illegible]
Commemoratio Epi-
[illegible]
... ut in die Epi-
[illegible]

DIE XIII. JANUARII.

IN OCTAVA EPIPH.

& Baptiſmo Domini.

Duplex-majus.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni.* G.

ERit fons patens habitántibus Jerúſalem in ablutiónem peccatóris; & diſpérdam nómina idolórum de terra. *Zach.* 13. 1. 2.

Ant. 3. *a.* Sanctificábo nomen meum magnum, quod pollútum eſt inter Gentes; & effúndam ſuper vos aquam mundam. *Ezech.* 36. 23. 25.

Ant. 6. F. Mundabímini ab ómnibus inquinaméntis veſtris, & ab univérſis idólis veſtris mundábo vos. *Ezech.* 36. 25.

Ant. 3. *g.* Fáciam ut in præcéptis meis ambulétis, & judícia mea cuſtodiátis, & operémini. *Ezech.* 36. 27.

Ant. 5. a. Eritis mihi in pópulum, & ego ero vobis in Deum; & ſalvábo vos. *Ezech.* 36. 28. 29.

Capitulum. Joel 3. 17. 18.

ERit Jerúſalem ſancta, & alиéni non tranſíbunt per eam ámpliùs. Et erit in die illa; ſtillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lacte; & per omnes rivos Juda ibunt aquæ; & fons de domo Dómini egrediétur, & irrigábit torréntem ſpinárum.

℟. Qui poſt me ventúrus eſt, fórtior me eſt, cujus non

ſum dignus calceaménta portáre: * Ipſe † Vos baptizábit in Spíritu-ſancto, & igni. *Matt.* 3. 11. ℣. Sanctus vocábitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſalem; ſi ablúerit Dóminus ſordes filiárum Sion in ſpíritu judícii, & ſpíritu ardóris. *Iſai.* 4. 3. 4. * Ipſe vos. Glória. † Vos.

Hymnus. *Nic. Torn.*

CLAMANTIS ecce vox ſonans.
Deſérta Judææ quatit;
Mox ad Joánnem cónfluunt,
Quos críminum moles gravat.

ET ipſe permíſtus reis,
Accédit Agnus ínnocens;
Agnus, ſuo qui ſánguine
Delébit orbis crímina.

SUB nube carnis at ſuum
Lucérna Solem détegit:
Lymphis nec audet tingere
A quo lavári débuit.

PARERE ſed fas eſt Deo,
Et quando ſeſe déprimit:
Hunc omne virtútum genus
Implére nempe ſic decet.

AGNOSCE, Præcurſor, tibi
Intus revélat quem Deus:
Tu mergis undis córpora;
Hic corda mundat Spíritu.

MUNDI ſcelus qui díluis,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Depónet Deus iniquitátes noſtras, ℟. Et projíciet in profúndum maris ómnia peccáta noſtra. *Mich.* 7. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. d. *Erit dies una, quæ nota eſt* Dómino, & exíbunt aquæ vivæ de Jeruſalem; & erit Dóminus Rex ſuper omnem terram. *Zach.* 14. 7. 8. 9.

Oratio, Deus, cujus Unigénitus, *infrà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM,

Antiphona ut in die Epiphaniæ, 310. *Oratio*, Deus, cujus Unigénitus, 335. & Véritas, *ſub una concluſione.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Jeſum qui baptízat in Spíritu-ſancto, * Veníte, adorémus. *Joan.* 1. 33.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Nic. Torn.*

LAVACRA puri gúrgitis
Cœléſtis Agnus áttigit:
Peccáta quæ non détulit,
Nos abluéndo, ſúſtulit.

NON ábluunt lymphæ Deum,
Sed ábluit lymphas Deus;
Carníſque contáctu ſacræ,
Vim dat lavándi crímina.

PROMISSUS ecce jam patet
Fons abluéndis córdibus:
Res mira! tíngitur caro,
Mentíſque labes tóllitur.

HIS tincta nam candóribus
Regis ſupremi púrpura
Tinctos cruéntat, & nivis
Inſtar dat eſſe cándidos.

FECUNDA Sancto-Spíritu
Virgo Deum nobis parit,
Fecúnda ſancto-Spíritu
Nunc unda nos parit Deo.

MUNDI ſcelus qui díluis,
Jeſu, tibi ſit glória,

ꝛtre cumque Spíritu,
:térna ſécula. Amen.
almi de Feriæ.
. Nocturno.
. c. Terra erat inánis
, & ténebræ erant ſu-
:m abyſſi; & Spíritus
ebátur ſuper aquas.
r. 2.
.. D. Flúvius egredie-
: loco voluptátis ad
ım paradíſum. *Gen.*

ı. a. In arca pauci, id
o ánimæ ſalvæ factæ
aquam. 1. *Petr.* 3. 20.
'ctávum Noë juſtítiæ
:m Deus cuſtodívit,
vium mundo impió-
úcens. 2. *Petr.* 2. 5.
ues, de Epiſtola j. *ad Co-*
, *ex Feria in qua Octa-*
bania occurrit, infrà.
ı. *Lect.* ℟. Patres no-
ıes ſub nube fuérunt,
es mare tranſiérunt;
ıes in Móyſe baptizáti
nube, & in mari. 1. *Cor.*
℣. Sapiéntia tránſtulit
mare rubrum, & tranſ-
os per aquam nímiam.
. 18. * Et omnes.
ı. *Lect.* ℟. Ecce aquæ
ántur ad oriéntem,
Dóminus: Aquæ iſtæ
tur; * Et vivent óm-
quæ vénerit torrens,
ıæ de ſanctuário egre-
. *Ezech.* 47. 1. 8. 9.
Qui prior deſcendiſſet
nam poſt motiónem
nus fiébat à quacún-

que detinebátur infirmitáte. *Joan.* 5. 4. * Et vivent.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Miſit ad Naáman leprósum Eliſéus núntium, dicens: Laváre ſépties in Jordáne, & mundáberis. * Naáman lavit in Jordáne ſépties, & mundátus eſt. 4. *Reg.* 5. 10. 14. ℣. Vos nunc símilis formæ ſalvos facit baptíſma; non carnis depoſítio ſórdium, ſed conſciéntiæ bonæ interrogátio in Deum. 1. *Petr.* 3. 21. * Naáman. Glória. † Naáman.

In II. Nocturno.

Ant. 3. a. Fuit Joánnes in deſérto baptízans, & prædicans baptíſmum pœniténtiæ in remiſſiónem peccatórum. *Marc.* 1. 4.

Ant. 1. f. Egrediebátur ad Joánnem omnis Judææ régio, & Jeroſolymítæ univérſi, & baptizabántur ab illo in Jordánis flúmine, confiténtes peccáta ſua. *Marc.* 1. 5.

Ant. 4. E. Venit Jeſus à Galilæa in Jordánem ad Joánnem, ut baptizarétur ab eo. *Matt.* 3. 13.

℣. Débuit per ómnia frátribus ſimilári, ℟. Ut miséricors fieret, & fidélis Póntifex ad Deum. *Hebr.* 2. 17.

De Sermóne ſancti Gregórii Nazianzéni.

Oratio 39. *in ſancta Lumina.*

Lectio iv.

Chriſti nativitátem priùs aptâ ſolemnitáte celebrávimus, ... cum ſtellâ cucúrrimus; cum Magis adorávimus,

cum paſtóribus luce circunfúſi ſumus, cum Angelis divínam glóriam prædicávimus.... Nunc verò ália Chriſti áctio, áliud myſtérium ſéquitur. Animi voluptátem tenére néqueo; divíno furóre corrípior, propémodum étiam Joánnis inſtar, fauſtum núntium prófero; non quidem, ut ille, præcúrſor; ceterùm, à ſolitúdine véniens. Chriſtus illuminátur; ſimul illuſtrémur. Chriſtus baptizátur; ſimul deſcendámus, ut ſimul étiam aſcendámus.

℟. Joánnes prohibébat Jeſum, dicens: Ego à te débeo baptizári, & tu venis ad me? Jeſus dixit: * Sine modò; ſic enim decet nos implére omnem juſtítiam. *Matt.* 3. 14. 15. ℣. Sanabúntur aquæ, & omnis ánima quocúnque vénerit torrens, vivet. *Ezech.* 47. 8. 9. * Sine modò.

Lectio v.

NEc verò hoc ſolùm ſpectándum eſt, quòd Jeſus baptizátur, ſed ália étiam ſédulò obſerváre necéſſe eſt, nimírum, quis, & à quo, & quando; purus vidélicet, & à Joánne, & tum, cùm ſignórum edendórum inítium fáceret. Quæ res nobis documénto eſſe debet, purgatiónem, animíque ſubmiſſiónem priùs adhibéndam eſſe, nec concionándi províncíam ante ſúſcipi debére, quàm ad ſpirituális & corpóreæ ætátis perfectiónem ventum fuérit. Hoc ad eos d[...] ctum velim, qui ſúbitò & t[...] mere ad baptíſmum accédunt, nec ad eum præparántur; per ánimi conſtitutiónem virtútis hábitum pervéctam agunt, ut redémptio ipſis c[...] atque incólumis máneat.

℟. Jeſu baptizáto & oránte, apértum eſt cœlum: & * Deſcéndit Spíritus-ſanctus corporáli ſpécie ſicut colúmba in ipſum. *Luc.* 3. 21. 22. ℣. Flos de radíce Jeſſe aſcéndet; & requiéſcet ſuper eum Spíritus Dómini. *Iſai.* 11. 1. 2. * Deſcéndit.

Lectio vj.

QUanquam enim hoc grátia affert, ut prætéritæ noxæ remittántur, grátia c[...] eſt; tunc tamen melióri cur[a] providéndum eſt, ne ad eúndem vómitum redeámus. Hoc quoque in eos váleat, qui advérsùs myſtérii diſpenſatóres inſoléntiùs efferúntur, ſi dignitáte quâdam præſtent. Tértium ad eos ſpectat, qui juveníli ætáte confídunt, atque quodvis tempus ad docéndum, aut ad antíſtitis munus obeúndum, idóneum eſſe arbitrántur. Jeſus purgátur; & tu purgatiónem contémnis? A Joánne; & tu advérsùs præcónem tuum inſúrgis? Trigéſimum annum agens; & tu ante lanúginem ſenes doces, aut docére te poſſe credis, nec ab ætáte, nec à móribus fortáſſe autoritátem habens?

Vox de cœlis, di-
c eſt Filius meus
quo mihi complá-
;. 17. ℣. Ecce Elé-
complácuit ſibi in
mea. *Iſai.* 42. 1.
ilória. * Hic eſt.
NOCTURNO.
. Joánnes baptizá-
o pœniténtiæ pó-
:ens, in eum, qui
ſet poſt ipſum, ut
hoc eſt, in Jeſum.

ı. Joánnes teſtimó-
ıibet de ipſo, di-
lenitúdine ejus nos
:pimus, & grátiam
Joan. 1. 15. 16.
F. Ego neſciébam
ut manifeſtétur in
ɔtérea veni ego in
:ans. *Joan.* 1. 31.
)eus meus, & glo-
m: ℟. Deus patris
ltábo eum. *Exod.*

ti Evángélii ſecún-
m Joánnem.
c. 1. 29. *ad* 34.
mpore; Vidit Joán-
n veniéntem ad ſe,
: Agnus Dei, ecce
peccátum mundi.

ſancti Auguſtíni
:píſcopi.
in Joan. Evang.
§. 3.
miſſus eſt Joánnes
ans? *quia oporté-*
i Chriſtum. Quare
oportébat baptizári Chriſtum?
Quare opórtuit naſci Chriſtum?
Quare opórtuit crucifígi Chriſtum? Si enim viam humilitátis demonſtratúrus advénerat, & ſeípſum factúrus humilitátis viam; in ómnibus ab eo impléndaerat humílitas. Autoritátem dare baptíſmo ſuo hinc dignátus eſt, ut cognóſcerent ſervi quantâ alacritáte debérent cúrrere ad baptíſmum Dómini, quando ipſe non dedignátus eſt ſuſcípere baptíſmum ſervi. Donátum enim erat hoc Joánni, ut ipsíus baptíſmus dicerétur.

℟. Vidit Joánnes Jeſum veniéntem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei, * Ecce qui tollit peccátum mundi. *Joan.* 1. 29. ℣. Juſtificábit ipſe juſtus multos, & iniquitátes eórum ipſe portábit. *Iſai.* 53. 11. * Ecce.

Lectio viij. §. 5.

SEd quare non ſolus ipſe baptizátus eſt à Joánne, ſi ad hoc miſſus erat Joánnes, per quem baptizarétur Chriſtus, ut paráret viam Dómino, id eſt, ipſi Chriſto? ... Si ſolus Dóminus baptizátus eſſet baptíſmo Joánnis, non deéſſent qui ſic eum habérent, ut putárent baptíſmum Joánnis majórem eſſe, quàm eſt baptíſmus Chriſti. Dícerent enim: Uſque ádeo illud baptíſma majus eſt, ut ſolus Chriſtus eo baptizári meruíſſet. Ergo ut darétur nobis à Dómino exémplum humilitátis, ad perci-

piéndam ſalútem baptíſmatis, Chriſtus ſuſcépit quod ei opus non erat, ſed propter nos opus erat. Et rurſus, ne hoc ipſum quod accépit à Joánne Chriſtus, præponerétur baptíſmati Chriſti, permíſſi ſunt & álii baptizári à Joánne. Sed qui baptizáti ſunt à Joánne, non eis ſuffécit; baptizáti ſunt enim baptíſmo Chriſti.

℟. Qui miſit me baptizáre in aqua, ille mihi dixit: Super quem víderis Spíritum deſcendéntem, & manéntem ſuper eum, * Hic eſt, qui baptízat in Spíritu-ſancto. *Joan.* 1. 33. ℣. Ecce ſervus meus, dedi Spíritum meum ſuper eum. *Iſai.* 42. 1. * Hic eſt.

Lectio ix. §. 6. 7.

BAptíſma tale eſt, qualis eſt ille, in cujus poteſtáte datur; non qualis ille, per cujus miniſtérium datur. Talis erat baptíſmus Joánnis, qualis Joánnes; baptíſmus juſtus tanquam juſti, tamen hóminis.... Tale autem baptíſma Dómini, qualis Dóminus: ergo baptíſma Dómini divínum, quia Dóminus Deus. Pótuit autem Dóminus Jeſus Chriſtus, ſi vellet, dare poteſtátem alícui ſervo ſuo, ut daret baptíſmum ſuum tanquam vice ſuâ... Hoc nóluit ídeo, ut in illo ſpes eſſet baptizatórum, à quo ſe baptizátos agnóſcerent.

℟. Vidi Spíritum deſcendéntem quaſi colúmbam de cælo, & manſit ſuper eum. * Vidi: & teſtimónium perhíbui quia † Hic eſt Fílius Dei. *Joan.* 1. 32. 34. ℣. Hæc dicit Dóminus: Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in fílium. 2. *Reg.* 7. 14. * Vidi. Glória. † Hic eſt.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedícite fontes Dómino: ℟. Laudáte & ſuperexaltáte eum in ſǽcula. *Dan.* 3. 77.

Pſalmi de Feria, Canticum ut in die Epiphaniæ, 306.

Antiphona 7. toni. c.

NIſi quis renátus fúerit ex aqua & Spíritu-ſancto, non poteſt introíre in regnum Dei. *Joan.* 3. 5.

Ant. 4. E. Quod natum eſt ex carne, caro eſt; & quod natum eſt ex ſpíritu, ſpíritus eſt. Opórtet vos naſci dénuo. *Joan.* 3. 6. 7.

Ant. 5. *F.* Ego recípiam vos, & ero vobis in patrem, & vos éritis mihi in fílios, & fíliæ. 2. *Cor.* 6. 18.

Ant. 3. g. Docéte omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs-ſancti. *Matt.* 28. 19.

Ant. 1. D. Qui credíderit, & baptizátus fúerit, ſalvus erit. *Marc.* 16. 16.

Capitulum. Ezech. 36. 26.

DAbo vobis cor novum, & ſpíritum novum ponam in médio veſtrî; & áuferam cor lapídeum de carne veſtrâ

Nic. Torn.
mundis, & Deo
s homo Deus:
régia;
Spíritus.
lúmbæ, vértici
facto :
vox pérſonat,
à Fílius.
icáta córpore,
ra cónſecrant,
oles Dei,
ti pánditur.
: ac innóxiis
lex móribus;
ntus regit,
e Spíritus.
ac ut nos, tuis
fóntibus,
ndidos
es ínquinet.
elus qui díluis,
glória,
mque Spíritu,
ſécula. Amen.
gia dicitur ad
ine Hymnorum.
um eſt ex Deo,
n; ℟. Et hæc
æ vincit mun-
ra. 1. Joan. 5. 4.
as, Ant. 6. F.
em filios Dei
eredunt in nó-
non ex ſanguí-
Deo nati ſunt.

tio.
jus Unigénitus
tia noſtræ car-
erſa, quæſu-
n, quem ſími-

lem nobis forìs agnóvimus, intùs reformári mereámur; Qui tecum vivit.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* Niſi quis renátus fúerit.

In ℟. brevi, dicitur ℣. Mundi ſcelus qui díluis.

Orationes, Deus, cujus Unigénitus, *ſuprà, &* Dómine ſancte, Pater omnípotens.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 22. cap. 1. de reform.

Nihil eſt, quod álios magis ad pietátem & Dei cultum aſſíduè inſtruat, quàm eórum vita & exémplum, qui ſe divíno miniſtério dedicárunt; cùm enim à rebus ſǽculi in altiórem ſublàti locum conſpiciántur, in eos tanquam in ſpéculum réliqui óculos conjiciunt, ex iiſque ſumunt quod imiténtur.

Ad Tertiam, *Ant.* Quod natum eſt.

Capitulum. Coloſſ. 3. 10. 11.

Novus homo renovátur in agnitiónem ſecúndùm imáginem ejus qui creávit illum; ubi non eſt Gentílis, & Judæus, circumcíſio, & præpútium, Bárbarus, & Scytha, ſervus, & liber; ſed ómnia, & in ómnibus Chriſtus.

℟. *breve,* Si qua in Chriſto nova creatúra, vétera tranſiérunt; * Allelúia, allelúia. ℣. Si qua. ℣. Ecce facta ſunt ómnia nova. * Allelúia. Glória. ℟. Si qua. 2. Cor. 5. 17.

℣. Novus homo ſecúndùm Deum creátus eſt in juſtítia, ℟. Et ſanctitáte veritátis. *Epheſ.* 4. 24.

Ad Sextam, *Ant.* Ego recípiam vos.

Capitulum. Tit. 3. 5. 6. 7.

DEus ſalvos nos fecit per lavácrum regeneratiónis, & renovatiónis Spíritûsſancti, quem effúdit in nos abúndè per Jeſum Chriſtum; ut juſtificáti grátiâ ipsíus, herédes ſimus ſecúndùm ſpem vitæ ætérnæ.

℟. *breve*, Dedúxit pópulum ſuum in ſpe, & non timuérunt; * Allelúia, allelúia. ℟. Dedúxit. ℣. Et inimícos eórum opéruit mare. * Allelúia. Glória. ℟. Dedúxit. *Pſ.* 77. 53.

℣. Opéruit aqua tribulántes eos: ℟. Unus ex eis non remánſit. *Pſ.* 105. 11.

Ad Nonam, *Ant.* Qui credíderit.

Capitulum. Epheſ. 5. 25. 26. 27.

CHriſtus diléxit Eccléſiam, & ſeípſum trádidit pro ea, ut illam ſanctificáret, mundans lavácro aquæ in verbo vitæ, ut exhibéret ipſe ſibi glorióſam Eccléſiam, non habéntem máculam, aut rugam, aut áliquid ejúſmodi; ſed ut ſit ſancta & immaculáta.

℟. *breve*, Chriſtus diléxit nos, * Allelúia, allelúia. ℟. Chriſtus. ℣. Et lavit nos à peccátis noſtris. * Allelúia. *Glória.* ℟. Chriſtus. *Apoc.* 1. 5.

℣. Fecit nos regnum, & ſacerdótes Deo & Patri ſuo: ℟. Ipſi glória, & impérium in ſǽcula ſeculórum: amen. *Apoc.* 1. 6.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni*. a.

UNus Dóminus, una fides, unum baptíſma; unus Deus & Pater ómnium. *Epheſ.* 4. 5. 6.

Ant. 5. a. Omnes filii Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Jeſu. Quicúnque enim in Chriſto baptizáti eſtis, Chriſtum induíſtis. *Gal.* 3. 26. 27.

Ant. 4. *irr.* c. Non eſt Judæus, neque Græcus: non eſt ſervus, neque liber; omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu. *Gal.* 3. 28.

Ant. 1. D. Ablúti eſtis, ſanctificáti eſtis, juſtificáti eſtis in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & in Spíritu Dei noſtri. 1. *Cor.* 6. 11.

Ant. 3. E. Caritátem habéte, quod eſt vínculum perfectiónis; & pax Chriſti exúltet in córdibus veſtris, in qua & vocáti eſtis in uno córpore. *Coloſſ.* 3. 14. 15.

Capitulum. 1. *Cor.* 12. 12. 13.

OMnia membra córporis cùm ſint multa, unum tamen corpus ſunt; ita & Chriſtus. Etenim in uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti ſumus, ſive Judæi, ſive Gentíles, ſive ſervi, ſive líberi.

orda à conſcién-
lúti corpus aquâ
eámus ſpei no-
em indeclinábi-
élis enim eſt qui
Hebr. 10. 22. 23.
eus fortis & fidé-
s pactum & mi-
diligéntibus ſe,
ódiunt præcépta
9. * Teneámus.
lis.
Emérgit undis,
ides.
i ſumus: & non-
t quid érimus.
oniam cùm ap-
iles ei érimus.

cat, *Ant*. 1. D.*
ſpíritu-ſancto re-
Jordáne; & age-
tu in deſértum.

eus, cujus Uni-
à.
tio S. Hilarii epiſ-
ſiæ doctoris, (*niſi*
) *Ant*. Beátus vir,
mo, xxxiij. *Ora-*
in Proprio Sancto-
n 14. *Januarii.*
Felicis presbyteri,
Chriſti, *Ant*. Qui
me, ℣. Dómi-
atio, Deus, pro
e, xx.
PLETORIUM,
t in die Epipha-
atio, Deus, cujus
ſuprà, & Véritas,
luſione.
lis.

AB OCTAVA EPIPH.
ad Præſentationem Domini, *niſi intervenerit Septuageſima.*

AD OMNES HORAS.

In fine Hymnorum, *ſi metrum patitur*, *Doxologia*,

Qui natus es de Vírgine, Jeſu, tibi ſit glória, &c.

AD PRIMAM.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.

DOMINICA PRIMA
poſt Epiphaniam, *quæ eſt intrà Octavam.*

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c*. 1. 1. *ad* 5.

PAulus, vocátus Apóſtolus Jeſu Chriſti per voluntátem Dei, & Sóſthenes frater; Eccléſiæ Dei, quæ eſt Corínthi, ſanctificátis in Chriſto Jeſu, vocátis ſanctis, cum ómnibus qui ínvocant nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti, in omni loco ipſórum, & noſtro. Grátia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Dómino Jeſu Chriſto. Grátias ago Deo meo ſemper pro vobis in grátia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Jeſu: quòd in ómnibus dívites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſciéntia.

Lectio ij. *v*. 9. *ad* 13.

FIdélis Deus, per quem vocáti eſtis in ſocietátem fílii ejus Jeſu Chriſti Dómini

noſtri. Obſecro autem vos, fratres, per nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti; ut idípſum dicátis omnes, & non ſint in vobis ſchíſmata: ſitis autem perféĉti in eódem ſenſu, & in eádem ſenténtia. Significátum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui ſunt Chloës, quia contentiónes ſunt inter vos. Hoc autem dico, quod unuſquíſque veſtrûm dicit: Ego quidem ſum Pauli: ego autem Apóllo: ego verò Cephæ: ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nómine Pauli baptizáti eſtis.

Lectio iij. *v.* 18. *ad* 24.

VErbum crucis pereúntibus quidem ſtultítia eſt: iis autem qui ſalvi fiunt, id eſt, nobis Dei virtus eſt. Scriptum eſt enim: Perdam ſapiéntiam ſapiéntium, & prudéntiam prudéntium reprobábo. Ubi ſápiens? ubi ſcriba? ubi conquisítor hujus ſéculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapiéntiam hujus mundi? Nam, quia in Dei ſapiéntia non cognóvit mundus per ſapiéntiam Deum; plácuit Deo per ſtultítiam prædicatiónis ſalvos fácere credéntes. Quóniam & Judæi ſigna petunt, & Græci ſapiéntiam quærunt: nos autem prædicámus Chriſtum crucifixum; Judæis quidem ſcándalum, géntibus autem ſtultítiam; ipſis autem vocátis Judæis, atque Græcis, Chriſtum Dei virtútem, & Dei ſapiéntiam.

In II. & III. Nocturno dicuntur Lectiones Dominicæ intra Octavam. Si verò dies Octavæ venerit in Dominica, dicuntur de die Octava.

FERIA SECUNDA

De Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 5.

ET ego cùm veníſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitáte ſermónis, aut ſapiéntiæ, annúntians vobis teſtimónium Chriſti. Non enim judicávi me ſcire áliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitáte, & timóre, & tremóre multo fui apud vos: & ſermo meus, & prædicátio mea non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne ſpíritûs & virtútis; ut fides veſtra non ſit in ſapiéntia hóminum, ſed in virtúte Dei.

Per Hebdom. (*ſi Officium ſit de Feria*) ℟. ℟. ℟. *ſumentur ex I. vel II. Nocturno Dominicæ II. juxta Feriam.*

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 9.

SApiéntiam autem lóquimur inter perféctos: ſapiéntiam verò non hujus ſéculi, neque príncipum hujus ſéculi, qui deſtruúntur: ſed lóquimur Dei ſapiéntiam in myſtério, quæ abſcóndita eſt, quam prædeſtinávit Deus ante ſécula in glóriam noſtram (quam nemo

jus ſéculi cognó-
ı cognovíſſent ,
óminum glóriæ
) Sed ſicut ſcrip-
ıod óculus non
ris audívit , nec
is aſcéndit , quæ
eus iis qui díli-

v. 10. *ad* 15.
utem revelávit
r Spíritum ſuum;
ı ómnia ſcrutá-
ofúnda Dei. Quis
ım ſcit quæ ſunt
ſpíritus hóminis
: ? ita & quæ Dei
ognóvit, niſi Spí-
os autem non ſpí-
nundi accépimus,
qui ex Deo eſt,
æ à Deo donáta
quæ & lóquimur
humánæ ſapién-
ſed in doctrína
tuálibus ſpirituá-
tes. Animális au-
non pércipit ea
ritûs Dei : ſtul-
illi, & non poteſt
quia ſpirituáliter
Spirituális autem
a, & ipſe à némi-

N O N.
o Nicoſiénſi.
13. *can.* 8.
éricus eccleſiáſti-
as officiis deférre
crines, cùm ſe-
im apóſtolum, ta-
bitus mulíerum.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 3. 3. *ad* 9.

CUm ſit inter vos zelus & conténtio ; nonne carnáles eſtis, & ſecúndùm hóminem ambulátis ? Cùm enim quis dicat : Ego quidem ſum Pauli ; álius autem : Ego Apóllo ; nonne hómines eſtis ? Quid ígitur eſt Apóllo ? quid verò Paulus ? Miníſtri ejus, cui credidíſtis, & unicuíque ſicut Dóminus dedit. Ego plantávi, Apóllo rigávit ; ſed Deus increméntum dedit. Itaque neque qui plantat eſt áliquid, neque qui rigat ; ſed qui increméntum dat, Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, unum ſunt. Unuſquíſque autem própriam mercédem accípiet ſecúndùm ſuum labórem ; Dei enim ſumus adjutóres : Dei agricultúra eſtis, Dei ædificátio eſtis.

Lectio ij. *v.* 16. *ad* 21.

NEſcítis quia templum Dei eſtis, & Spíritus Dei hábitat in vobis ? Si quis autem templum Dei violáverit, diſpérdet illum Deus ; templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Nemo ſe ſedúcat : ſi quis vidétur inter vos ſápiens eſſe in hoc ſéculo, ſtultus fiat ut ſit ſápiens. Sapiéntia enim hujus mundi, ſtultítia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim : Comprehéndam ſapiéntes in aſtútia eórum. Et íterum : Dó-

minus novit cogitatiónes ſapiéntium, quóniam vanæ ſunt. Nemo ítaque gloriétur in homínibus.

Lectio iij. *c. 4. 6. ad 9.*

HÆc autem, fratres, tranſfigurávi in me & Apóllo, propter vos; ut in nobis diſcátis, ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, unus advérsùs álterum inflétur pro álio. Quis enim te diſcérnit? Quid autem habes quod non accepíſti? Si autem accepíſti, quid gloriáris quaſi non accéperis? Jam ſaturáti eſtis, jam dívites facti eſtis; ſine nobis regnátis: & útinam regnétis, ut & nos vobíſcum regnémus! Puto enim quòd Deus nos apóſtolos noviſſimos oſténdit, tanquam morti deſtinátos; quia ſpectáculum facti ſumus mundo, & Angelis, & homínibus.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *in decretis morum, cap.* 24.

CLérici, in ſacris præſértim conſtitúti, & eórum commenſáles, neque comam reláxent, aut barbam nútriant; ſed tonſúram, corónam, ſeu raſúram hábeant ſecúndùm órdinem ſuum honéſtè raſam.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c. 5. 1. ad 6.*

OMníno auditur inter vos fornicátio, & talis fornicátio, qualis

nec inter gentes,
rem patris ſui áli
Et vos infláti eſti
magis luctum hab
tollátur de médio v
hoc opus fecit? E
abſens córpore, p
tem ſpíritu, jam
præſens, eum qui
tus eſt, in nómi
noſtri Jeſu Chriſti,
tis vobis & meo
virtúte Dómini no
trádere hujúſmodi
intéritum carnis;
ſalvus ſit in die Dó
Jeſu Chriſti. Non
gloriátio veſtra. N
módicum ferménti
maſſam corrúmpit?

Lectio ij. *c. 6*

AUdet áliquis v
bens negótium
álterum, judicári
quos, & non apu
An neſcítis quóniam
hoc mundo judicáb
in vobis judicábitu
indígni eſtis qui d
judicétis? Neſcíti
Angelos judicábim
magis ſeculária? Se
tur judícia ſi habué
temptíbiles qui ſunt
ſia, illos conſtitúit
cándum. Ad verecú
ſtram dico. Sic no
vos ſápiens quiſqu
poſſit judicáre int
ſuum? Sed frater c
judício conténdit, &
infidéles?

. *v. 7. ad* 11.
ıidem omníno delí-
ſt in vobis, quòd ju-
:tis inter vos. Quare
s injúriam accípitis?
n magìs fraudem pa-
:d vos injúriam fáci-
udátis: & hoc frátri-
neſcítis quia iníqui
)ei non poſſidébunt?
ráre: Neque forni-
que idólis ſervién-
.ıe adúlteri, neque
neque maſculórum
ıres, neque fures,
íri, neque ebrióſi,
ılédici, neque ra-
gnum Dei poſſidé-
hæc quidam fuíſtis:
eſtis, ſed ſanctifi-
, ſed juſtificáti eſtis
: Dómini noſtri Jeſu
& in Spíritu Dei

A N O N.
:ílio Saltzburgénſi.
1274. *cap.* 11.
perpétuo prohibé-
ne Clérici comam
máximè Sacerdó-
táliter tondeántur,
: eis aures.
A QUINTA.
la prima beáti Pauli
i ad Corínthios.
c. 6. 15. ad fin.
.ſcítis quóniam cór-
ora veſtra membra
ınt Chriſti? Tollens
bra Chriſti, fáciam
eretrícis? Abſit. An
ńiam qui adhæret

meretríci, unum corpus effí-
citur? Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adhæret Dómino, unus ſpíritus eſt. Fúgite fornicatiónem. Omne peccátum, quódcunque fécerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicátur, in corpus ſuum peccat. An neſcítis quóniam membra veſtra, templum ſunt Spíritus-ſancti, qui in vobis eſt, quem habétis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis prétio magno. Glorificáte, & portáte Deum in córpore veſtro.

Lectio ij. *c. 7. 1. ad 6.*

DE quibus autem ſcripſíſtis mihi: Bonum eſt hómini mulíerem non tángere: propter fornicatiónem autem unuſquíſque ſuam uxórem hábeat, & unaquæque ſuum virum hábeat. Uxóri vir débitum reddat: ſimíliter autem & uxor viro. Múlier ſui córporis poteſtátem non habet, ſed vir. Simíliter autem & vir ſui córporis poteſtátem non habet, ſed múlier. Nolíte fraudáre ínvicem, niſi fortè ex conſénſu ad tempus, ut vacétis oratióni: & íterum revertímini in idípſum, ne tentet vos ſátanas propter incontinéntiam veſtram. Hoc autem dico ſecúndùm indulgéntiam, non ſecúndùm impérium.

Lectio iij. *v. 29. ad* 34.

HOc ítaque dico, fratres: Tempus breve eſt; réliquum eſt, ut & qui habent

uxóres, tanquam non habéntes ſint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudéntes: & qui emunt, tanquam non poſſidéntes: & qui utúntur hoc mundo, tanquam non utántur: præterit enim figúra hujus mundi. Volo autem vos ſine ſollicitúdine eſſe. Qui ſine uxóre eſt, ſollícitus eſt quæ Dómini ſunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre eſt, ſollícitus eſt quæ ſunt mundi, quómodo pláceat uxóri, & diviſus eſt. Et múlier innúpta, & virgo, cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore, & ſpíritu. Quæ autem nupta eſt, cógitat quæ ſunt mundi, quómodo pláceat viro.

CANON.

Ex Concílio Lateranénſi quarto œcuménico.

An. 1215. *cap.* 16. *de indumento Clericorum.*

CLérici comam & tonſúram hábeant congruéntem, & ſe in officiis divínis, & áliis bonis exérceant ſtúdiis diligénter. Clauſa déferant déſuper induménta, nímiâ brevitáte vel longitúdine non notánda.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 9. 18. *ad* 23.

QUæ eſt merces mea? Ut Evangélium prædicans, ſine ſumptu ponam Evangélium, ut non

abútar poteſtáte mea in
gélio. Nam, cùm lib
ex ómnibus, ómnium
vum feci, ut plures lu
rem. Et factus ſum Ju
quam Judæus, ut Ju
crárer: iis qui ſub le
quaſi ſub lege eſſem
ipſe non eſſem ſub leg
qui ſub lege erant, lu
rem; iis qui ſine leg
tanquam ſine lege eſſe
ſine lege Dei non eſſe
lege eſſem Chriſti) ut
cerem eos qui ſine le
Factus ſum infirmis in
ut infirmos lucrifácer
nibus ómnia factus
omnes fácerem ſalvo
autem fácio propter E
lium, ut párticeps eju

Lectio ij. *v.* 24.

NEſcítis quòd ii q
dio currunt, om
dem currunt, ſed unu
bravium? Sic cúrrite
prehendátis. Omnis
qui in agóne contéi
ómnibus ſe ábſtinet; &
dem ut corruptíbiler
riam accípiant; nos a
corrúptam. Ego ígitur
ro, non quaſi in incér
pugno, non quaſi áe
berans; ſed caſtígo
meum, & in ſervitút
go; ne fortè, cùm álii
cáverim, ipſe réprobus

Lectio iij. *c.* 12. 1

DE ſpirituálibus au
lo vos ignoráre
Scitis quóniam cù

:ffétis , ad ſimulácra muta, rout ducebámini , eúntes. :deo notum vobis fácio, quòd iemo in Spíritu Dei loquens, licit anáthema Jeſu. Et nemo oteſt dícere, Dóminus Jeſus, iſi in Spíritu-ſancto. Diviſióies verò gratiárum ſunt; idem utem Spíritus. Et diviſiónes niniſtratiónum ſunt ; idem utem Dóminus. Et diviſiónes operatiónum ſunt; idem verò Deus, qui operátur ómnia in ómnibus.

C A N O N.

Ex Concílio Londinénſi.

An. 1268. *cap.* 5.

CORónas hábeant Clérici, probándâ latitúdine condecéntes; in quibus præcípuè depoſítio terrenórum, & regális Sacerdótii dígnitas deſignátur.

S A B B A T O.

¶ *Hodie & aliis Sabbatis uſque ad Septuageſimam ſit Offi-:ium de B. Maria in Sabbato,* xxiij. *niſi occurrat Feſtum Semiluplex aut ſuprà, vel niſi fieri lebeat de Sabbato, ut ſequitur.*

Quando Septuageſima incilerit in Dominicam ſequen:em, tunc hodie ſiet Officium le Feria ut in Pſalterio, præ:er ſequentia : Lectio 1. *&* 2. *cc* ℟. j. *&* ℟. ij. *ex I. Nocturno Dominicæ ſequentis, tribus Lectionibus in duas coactis; Lectio* ij. *de Homilia in Evangelium ejuſdem Dominicæ cum* ℟. vij. *Ant. ad* Benedíctus, *& Oratio x eadem Dominica.*

Si verò occurrerit hodie Feſtum aliquod, Lectiones & ℟℟℟. *Dominicæ ſequentis dicentur ut mox notatum eſt, in præcedenti Feria, & tunc ſequentibus diebus Lectiones de Scriptura erunt ex Hebdomada ejuſdem Dominicæ juxta Feriam.*

Quod ſi per totam Hebdomàdam nulla ſit Feria, omittetur Feſtum trium Lectionum hodie occurrens, & ſiet Officium de Sabbato ut ſuprà dicitur, cum ſola Commemoratione Feſti poſt Laudes [& Veſperas ſi Feſtum ſit Semiduplex.]

Si autem in Sabbato occurrit Feſtum ix. *Lectionum, Officium ſiet de Feſto, &* ix. *Lectio erit de Homilia cum VII.* ℟. *Dominicæ ſequentis, & poſt Laudes, Commemoratio ejuſdem per Antiphonam, ad* Benedíctus, *& Orationem,* ℣. *verò Ferialem.*

Et ſic de qualibet alia Dominica, quæ ſuperſit poſt Epiphaniam, cujus Officium non poteſt poni poſt Dominicam xxiv. *à Pentecoſte.*

De Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 13. 1. *ad* 3.

SI linguis hóminum loquar, & Angelórum; caritátem autem non hábeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tínniens. Et ſi habúero prophetíam, & nóverim myſtéria ómnia, & omnem ſciéntiam, & ſi habúero omnem fidem ita ut

montes tránsferam, caritátem autem non habúero, nihil ſum. Et ſi diſtribúero in cibos paúperum omnes facultátes meas, & ſi tradídero corpus meum ita ut árdeam, caritátem autem non habúero, nihil mihi prodeſt.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 10.

CAritas pátiens eſt, benígna eſt: cáritas non æmulátur, non agit pérperàm, non inflátur, non eſt ambitióſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet ſuper iniquitáte, congaúdet autem veritáti; ómnia ſuffert, ómnia credit, ómnia ſperat, ómnia ſúſtinet. Cáritas nunquam éxcidit? ſive prophetíæ evacuabúntur, ſive linguæ ceſſábunt, ſive ſciéntia deſtruétur. Ex parte enim cognóſcimus, & ex parte prophetámus. Cùm autem vénerit quod perféctum eſt, evacuábitur quod ex parte eſt.

Lectio iij. *v.* 11. *ad fin.*

CUm eſſem párvulus, loquébar ut párvulus, ſapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus: quando autem factus ſum vir, evacuávi quæ erant párvuli. Vidémus nunc per ſpéculum, in ænigmate: tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognóſco ex parte: tunc autem cognóſcam ſicut & cógnitus ſum. Nunc autem manent fides, ſpes, cáritas, tria hæc; major autem horum eſt cáritas.

C A N. (

Ex Concílio A

An. 1594.

PReſbyteri, D

diáconi, & q

neficia étiam ſi

nent, corónam c

ſtent ad eam for

rátio uniuſcujú

póſtulat, quæ o

die renovétur.

A D V E S I

Omnia ut in P

exceptis quæ ſequ

Ad Magníficat

Perfécti eſtóte,

pacem habéte; &

& dilectiónis er

2. *Cor.* 13. 11.

Oratio, Omnı́

térne Deus, *ut* i

dibus.

D O M I N I

poſt Epiph

Omnia ut in Pſa

ea quæ hìc habent

I N I. N O C

Incipit Epiſtola

Pauli apóſtoli ad

Lectio j. *c*

PAulus, A

Chriſti pe

Dei, & Ti

ter; Ecclésiæ D

Corínthi, cum

ctis, qui ſunt

Achaïa: Grátia

à Deo Patre no

mino Jeſu Chriſto

Deus & Pater D

Jeſu Chriſti; Pat

diárum, & Deus

lationis, qui conſolátur nos in omni tribulatióne noſtra; ut poſsímus & ipſi conſolári eos qui in omni preſſúra ſunt, per exhortatiónem, quâ exhortámur & ipſi à Deo. Quóniam ſicut abúndant paſſiónes Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abúndat conſolátio noſtra.

℟. Deus de cœlo proſpéxit ſuper filios hóminum, ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum. * Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt; non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum. *Pſ.* 52. 3. 4. ℣. Scriptum eſt: quia non eſt juſtus quiſquam: omnes enim peccavérunt, & egent glóriâ Dei. *Rom.* 3. 10. 23. * Omnes.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 7.

SIve autem tribulámur, pro veſtra exhortatióne & ſalúte; ſive conſolámur, pro veſtra conſolatióne; ſive exhortámur, pro veſtra exhortatióne & ſalúte, quæ operátur tolerántiam earúndem paſſiónum quas & nos pátimur; ut ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſciéntes quòd ſicut ſócii paſſiónum eſtis, ſic éritis & conſolatiónis.

℟. Cujus vult Deus miserétur, & quem vult indúrat; Voluntáti enim ejus quis reſiſtit? *Rom.* 9. 18. 19. ℣. Quis reſtitit ei? vel quis dícere poteſt, Cur ita facis? *Job* 9. 4. 12. * Voluntáti.

Lectio iij. *v.* 8. *ad* 12.

NOn enim vólumus ignoráre vos, fratres, de tribulatióne noſtra, quæ facta eſt in Aſia; quóniam ſupra modum graváti ſumus ſupra virtútem, ita ut tædéret nos étiam vívere. Sed ipſi in nobiſmetípſis reſpónſum mortis habúimus, ut non ſimus fidéntes in nobis, ſed in Deo qui ſúſcitat mórtuos; qui de tantis perículis nos erípuit, & éruit; in quem ſperámus quóniam & adhuc erípiet, adjuvántibus & vobis in oratióne pro nobis; ut ex multórum perſónis, ejus quæ in nobis eſt donatiónis, per multos grátiæ agántur pro nobis. Nam glória noſtra hæc eſt, teſtimónium conſciéntiæ noſtræ, quòd in ſimplicitáte cordis & ſinceritáte Dei; & non in ſapiéntia carnáli, ſed in grátia Dei converſáti ſumus in hoc mundo; abundántiùs autem ad vos.

℟. Omne opus corruptíbile in fine defíciet; & qui illud operátur, ibit cum illo. * Et † Omne opus eléctum juſtificábitur; & qui operátur illud, honorábitur in illo. *Eccli.* 14. 20. 21. ℣. Uniuſcujúſque opus maniféſtum erit: ſi cujus opus mánſerit, mercédem accípiet; ſi cujus opus árſerit, detriméntum patiétur. 1. *Cor.* 3. 13. 14. 15. * Et omne opus eléctum, Glória. † Omne opus.

IN II. NOCTURNO.

Ex Commentário ſancti Joánnis Chryſóſtomi in Epiſtolam ad Romános.

Lectio iv. *In Proœmio.*

BEáti Pauli Epiſtolárum lectiónem aſsíduè dum auſcúlto, perque hebdómadas síngulas bis, ſæpe & ter, & quater, quotieſcúnque ſanctórum mártyrum memóriam celebrámus, gaúdio exúlto, tubâ illâ ſpiritáli pérfruens, & éxcitor, ac deſidério incaléſco, vocem mihi amícam agnóſcens; quin & non ſolùm præſéntem ipſum ánimo intuéri, verùm & diſſeréntem audíre vídeor. Interim tamen dóleo, ac moléſtè fero, quòd virum hunc non omnes, ſicut par eſt, cognóſcunt: verùm ita illum nonnúlli ignórant, ut ne Epiſtolárum quidem ejus númerum planè ſciant. Hoc verò non imperítia facit; ſed quòd nolint beáti hujus viri ſcripta aſsíduè in mánibus habére.

℟. Cáritas pátiens eſt, benígna eſt: cáritas non æmulátur, non agit pérperàm, non quærit quæ ſua ſunt; * Omnia ſuffert, ómnia ſúſtinet. 1. *Cor.* 13. 4. 5. 7. ℣. Odium ſúſcitat rixas: & univérſa delícta óperit cáritas. *Prov.* 10. 12.* Omnia.

Lectio v.

NEque enim nos, quæ ſcimus, ſi quid ſcimus, ab ingénii bonitáte atque acúmine ſcimus; ſed quòd erga hunc virum impénsè affécti, ab illíus lectióne nunquam diſcédimus: ſíquidem qui amant, ii plus quam céteri omnes eórum facta norunt quos amant, ut qui de iis ipſis ſint ſollíciti. Illud quod beátus hic veluti oſtendens, ad Philippénſes ait: [Sicut eſt mihi juſtum ut hoc è vobis ómnibus ſéntiam, eò quòd hábeam vos in corde, & in vínculis meis, & in defenſióne & confirmatióne Evangélii.] Quaprópter ſi & vos quoque huic lectióni diligénter atténdere volúeritis; nihil áliud erit vobis requiréndum.

℟. Qui gloriátur, in Dómino gloriétur; * Non enim qui ſeípſum commméndat, ille probátus eſt, ſed quem Deus commméndat. 2. *Cor.* 10. 17. 18. ℣. Non gloriétur ſápiens in ſapiéntia ſua: ſed in hoc gloriétur, ſcire & noſſe me. *Jer.* 9. 23. 24.* Non enim.

Lectio vj.

CEterùm, quandóquidem complúres ex iis qui huc nobíſcum convéniunt, & liberórum educatiónem, & uxóris curam, & famíliæ providéntiam ſuſcepére; ob idque totos ſeſe huic labóri dare non ſúſtinent: at certè ipſi vos excitáte ad ea ſaltem capiénda quæ álii collégerint; ſtúdii tantúndem iis quæ dicta fúerint auſcultándis, quantùm pecúniis colligéndis, imperitiéntes. Nam etſi turpe ſit, non niſi tantùm ſtúdii à vobis exigere; tamen vel hoc ipſo cor

is. Tantúndem ergo
iidem hinc infiníta
: mala, ab ipſa vidé-
írum Scripturárum
; hinc multa hæré-
ıullulávit; hinc vitæ
ıegléctus; hinc inú-
ro caréntes labóres.
iis amaritúdo, & ira
vobis, cum omni
Eſtóte autem ínvi-
ni, miſericórdes, do-
'icem, ſicut & Deus
obis. *Epheſ.* 4. 31. 32.
córdiam, & miſera-
te, unuſquíſque cum
Zach. 7. 9.* Eſtóte.
Eſtóte.

. NOCTURNO.
cti Evangélii ſecún-
n Joánnem.
. *c.* 2. 1. *ad* 11.
témpore; Núptiæ
nt in Cana Galilææ;
ter Jeſu ibi. Vocátus
& Jeſus, & diſcípuli
iptias. Et réliqua.
a ſancti Auguſtíni
epíſcopi.
n Joan. Evang. §. 2.
Dóminus invitátus
t ad núptias, étiam
ıyſticâ ſignificatióne,
e voluit quòd ipſe
as. Futúri enim erant,
s dixit Apóſtolus,
es núbere; & dicén-
nalum eſſent núptiæ,
iábolus eas fecíſſet:
ı Dóminus dicat in
, interrogátus utrùm
nini dimíttere uxó-
rem ſuam ex quálibet cauſa, non licére excéptâ causâ fornicatiónis. In qua reſponſióne, ſi meminíſtis, hoc ait: [Quod Deus conjúnxit, homo non ſéparet.]

℟. Núptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Jeſu ibi. * Vocátus eſt autem & Jeſus, & diſcípuli ejus ad núptias. *Joan.* 2. 1. 2. ℣. Epuláti ſunt, benedicéntes Deum. *Tob.* 7. 17. * Vocátus eſt.

Lectio viij.

ET qui bene erudíti ſunt in fide cathólica, novérunt quòd Deus fécerit núptias, & ſicut conjúnctio à Deo, ita divórtium à diábolo ſit. Sed proptérea in cauſa fornicatiónis licet uxórem dimíttere, quia ipſa eſſe uxor prior nóluit, quæ fidem conjugálem maríto non ſervávit.

℟. Deficiénte vino, dicit mater Jeſu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jeſus: Nondum venit hora mea. Dicit mater ejus miníſtris: * Quodcúnque díxerit vobis, fácite. *Joan.* 2. 3. 4. 5. ℣. Fácite quæ præcépit Dóminus Deus, ut bene ſit vobis. *Deut.* 5. 32. 33. * Quodcúnque.

Lectio ix.

NEc illæ quæ virginitátem Deo vovent, quanquam amplióREM gradum honóris & ſanctitátis in Eccléſia téneant, ſine núptiis ſunt: nam & ipſæ pértinent ad núptias cum tota Eccléſia, in quibus núptiis

ſponſus eſt Chriſtus. Ac per hoc ergo Dóminus invitátus venit ad núptias, ut conjugális cáſtitas firmarétur, & oſtenderétur ſacraméntum nuptiárum: quia & illárum nuptiárum ſponſus perſónam Dómini figurábat.

℟. Dicit eis Jeſus: Impléte hydrias aquâ. Et implevérunt eas. Et dicit eis: * Hauríte nunc, & ferte architriclíno. *Joan.* 2. 7. 8. ℣. Scitóte quia nullus ſperávit in Dómino, & confúſus eſt. *Eccli.* 2. 11. * Hauríte. Glória. * Hauríte.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. g. Ut guſtávit architriclínus aquam vinum factam, vocat ſponſum, & dicit ei: Serváſti bonum vinum uſque adhuc. *Joan.* 2. 9. 10.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui cœléſtia ſimul & terréna moderáris; ſupplicatiónes pópuli tui cleménter exaúdi: & pacem tuam noſtris concéde tempóribus; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *in decretis morum, cap.* 23.

PRofeſſiónem ſuam Clérici probent hábitu, ſcílicet ut per decéntiam hábitûs extrínſeci intrínſecam morum honeſtátem oſténdant. Veſtítus ergo Clericórum, máximè in ſacris conſtitutórum, non ſit expectorátus; ſed à collo déſuper úndique à mánicis, latéribus,

Ad Magníficat, *An*
Fecit inítium ſignóru
in Cana Galilææ: &
ſtávit glóriam ſuam,
dérunt in eum diſcip
Joan. 2. 11.

IN FERI
poſt Epiphania

Omnia ut in Pſal
Oratio de Dominic
dente.

Ad Officium Noct.
ex I. & II. Nocturno
tis Dominicæ juxta

Ad Primam & (
rium tantùm, dicuntu

¶ *Dicuntur tamen*
Præſentationem Domi
xologia Hymnorum
℟. *brevi ad Primam,*
tur, 337. *niſi interve*
tuageſima.

Ad Laudes & Veſp
Suffragia ut in Pſalte

FERIA SECU

De Epíſtola ſecúnda b
li apóſtoli ad Corín

Lectio j. *c.* 2.

STátui hoc ipſi
me, ne íterum i
venírem ad vos
ego contríſto vos; &
qui me lætíficet, niſi
triſtátur ex me? Et h
ſcripſi vobis, ut no
vénero, triſtítiam ſu
tiam hábeam, de quil
túerat me gaudére: c
in ómnibus vobis, qu
gaúdium, ómnium

. Nam ex multa tribulatió-
& angúſtia cordis ſcripſi
bis per multas lácrymas;
n ut contriſtémini; ſed ut
átis quam caritátem hábeam
undántiùs in vobis.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 11.

I quis autem contriſtávit,
non me contriſtávit; ſed
e parte; ut non ónerem om-
es vos. Súfficit illi qui ejúſ-
modi eſt, objurgátio hæc quæ
t à plúribus; ita ut è contrá-
o magìs donétis, & conſolé-
mini; ne fortè abundantióri
iſtitiâ abſorbeátur qui ejúſ-
modi eſt. Propter quod óbſe-
o vos, ut confirmétis in il-
m caritátem. Ideo enim &
ripſi, ut cognóſcam experi-
éntum veſtrum, an in óm-
bus obediéntes ſitis. Cui au-
m áliquid donáſtis, & ego;
m & ego quod donávi, ſi
uid donávi, propter vos in
rſóna Chriſti; ut non circum-
niámur à ſátana: non enim
norámus cogitatiónes ejus.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *v.* 14. *ad fin.*

DEo autem grátias, qui
ſemper triúmphat nos in
Chriſto Jeſu, & odórem notí-
e ſuæ maniféſtat per nos in
omni loco: quia Chriſti bonus
lor ſumus Deo, in iis qui
vi fiunt, & in iis qui péreunt:
iis quidem odor mortis in
ortem; áliis autem odor vitæ
vitam. Et ad hæc quis tam
idoneus? Non enim ſumus,
ſicut plúrimi, adulterántes ver-
bum Dei; ſed ex ſinceritáte,
ſed ſicut ex Deo, coram Deo,
in Chriſto lóquimur.

℟. Omne opus, 345.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *in decretis morum*, *cap.* 23.

NE bona Eccléſiæ, quæ paúperum ſunt, in faſtum & córporis ornátum... convertántur, inhibémus ómnibus & ſingulis Eccleſiáſticis noſtræ provínciæ, ne veſtiméntis exterióribus & ſagis oblóngis ſériceis, in público aut doméſticè utántur.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola ſecúnda beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 3. 2. *ad* 6.

EPíſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in córdibus noſtris, quæ ſcitur & légitur ab ómnibus homínibus: manifeſtáti quòd epíſtola eſtis Chriſti, miniſtráta à nobis, & ſcripta non atraménto, ſed Spíritu Dei vivi: Non in tábulis lapídeis, ſed in tábulis cordis carnálibus. Fidúciam autem talem habémus per Chriſtum ad Deum: non quòd ſufficiéntes ſimus cogitáre áliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficiéntia noſtra ex Deo eſt, qui & idóneos nos fecit miníſtros novi teſtaménti; non lítterâ, ſed ſpíritu: líttera enim occídit, ſpíritus autem vivíficat.

℟. Cáritas, 346.

Lectio ij. *c.* 4. 5. *ad* 11.

NOn noſmetípſos prædicámus, ſed Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum; nos autem ſervos veſtros per Jeſum: quóniam Deus, qui dixit de ténebris lucem ſplendéſcere, ipſe illúxit in córdibus noſtris, ad illuminatiónem ſciéntiæ claritátis Dei, in fácie Chriſti Jeſu. Habémus autem theſaúrum iſtum in vaſis fictílibus; ut ſublímitas ſit virtútis Dei, & non ex nobis. In ómnibus tribulatiónem pátimur, ſed non anguſtiámur: aporiámur, ſed non deſtitúimur: perſecutiónem pátimur, ſed non derelínquimur: dejícimur, ſed non perímus: ſemper mortificatiónem Jeſu in córpore noſtro circunferéntes, ut & vita Jeſu manifeſtétur in corpóribus noſtris. Semper enim nos qui vívimus, in mortem trádimur propter Jeſum; ut & vita Jeſu manifeſtétur in carne noſtra mortáli.

℟. Qui gloriátur, 346.

Lectio iij. *v.* 16. *ad fin.*

PRopter quod non defícimus: ſed licèt is qui foris eſt, noſter homo corrumpátur; tamen is qui intùs eſt, renovátur de die in diem. Id enim quod in præſénti eſt momentáneum & leve tribulatiónis noſtræ, ſupra modum in ſublimitáte ætérnum glóriæ pondus operátur in nobis; non contemplántibus nobis quæ vidéntur, ſed q vidéntur. Quæ enim v temporália ſunt; qua non vidéntur, ætérna

℟. Omnis amaritúd

CANON.

Ex Concílio Seno *An.* 1528. *in decretis cap.* 24.

CLericórum veſte láres, non fronc partítæ; nec nímiâ dine ſupérfluæ, nec pl conſtríctæ: in quibu cális órdinis honéſta déſtia, non faſtûs ja vel elatiónis vítium hendátur.

FERIA QUA

De Epíſtola ſecúnda b li apóſtoli ad Corin

Lectio j. *c.* 5.

SCimus enim qu terréſtris domu hujus habitatió vátur, quòd ædificat Deo habémus, don manufáctam, ætérna lis. Nam & in hoc in mus, habitatiónem quæ de cœlo eſt, ſ cupiéntes: ſi tamen non nudi inveniám & qui ſumus in hoc culo, ingemíſcimus eò quòd nólumus e ſed ſuperveſtíri; ut tur quod mortále eſ Qui autem éfficit n ipſum, Deus, qui de pignus ſpíritûs.

℟. Deus de cœlo

v. 6. ad 10.

tes ígitur ſemper,
es quóniam dum
córpore, peregriná-
mino: (per fidem
ulámus, & non per
Audémus autem,
voluntátem habé-
s peregrinári à cór-
ræſéntes eſſe ad Dó-
: ídeo conténdimus,
es, ſive præſéntes,
i. Omnes enim nos
i opórtet ante tri-
iſti, ut réferat unuſ-
própria córporis,
it, ſive bonum,
n.

ıs vult, 345.

v. 14. ad 18.

ıs enim Chriſti urget
; æſtimántes hoc,
ſi unus pro ómnibus
eſt, ergo omnes
nt; & pro ómnibus
eſt Chriſtus; ut &
t, jam non ſibi vi-
ei qui pro ipſis mór-
& reſurréxit. Itaque
ıoc néminem nóvi-
ıdùm carnem. Et ſi
ıus ſecúndùm car-
ſtum; ſed nunc jam
mus. Si qua ergo in
ova creatúra, vétera
t; ecce facta ſunt
ova. Omnia autem
qui nos reconciliávit
Chriſtum; & dedit
iſtérium reconcilia-

ne opus, 345.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *in decretis morum,*
cap. 24.

NOn pannóſi ſint Clérici, aut in véſtibus láceri; neque enim affectátæ ſordes, aut exquiſítæ delíciæ laudem páriunt.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola ſecúnda beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 7. 9. *ad* 12.

NUnc gaúdeo; non quia contriſtáti eſtis, ſed quia contriſtáti eſtis ad pœniténtiam. Contriſtáti enim eſtis ſecúndùm Deum; ut in nullo detriméntum patiámini ex nobis. Quæ enim ſecúndùm Deum triſtítia eſt, pœniténtiam in ſalútem ſtábilem operátur; ſéculi autem triſtítia mortem operátur. Ecce enim hoc ipſum, ſecúndùm Deum contriſtári vos, quantam in vobis operátur ſolicitúdinem; ſed defenſiónem, ſed indignatiónem, ſed timórem, ſed deſidérium, ſed æmulatiónem, ſed vindíctam. In ómnibus exhibuíſtis vos incontaminátos eſſe negótio. Igitur, etſi ſcripſi vobis, non propter eum qui fecit injúriam, nec propter eum qui paſſus eſt; ſed ad manifeſtándam ſolicitúdinem noſtram, quam habémus pro vobis.

℟. Cáritas pátiens eſt, benígna eſt: 346.

Lectio ij. *c. 9. 6. ad 9.*

QUi parcè ſéminat, parcè & metet; & qui ſéminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet. Unuſquiſque prout deſtinávit in corde ſuo; non ex triſtítia aut ex neceſſitáte: hilarem enim datórem diligit Deus. Potens eſt autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis; ut in ómnibus ſemper omnem ſufficiéntiam habentes, abundétis in omne opus bonum.

℟. Qui gloriátur, 346.

Lectio iij. *c. 10. 3. ad 6.*

IN carne ambulántes, non ſecúndùm carnem militámus. Nam arma milítiæ noſtræ non carnália ſunt, ſed poténtia Deo ad deſtructiónem munitiónum, consília deſtruentes, & omnem altitúdinem extolléntem ſe advérsùs ſciéntiam Dei, & in captivitátem redigéntes omnem intelléctum in obſéquium Chriſti, & in promptu habentes ulciſci omnem inobediéntiam, cùm impléta fuerit veſtra obediéntia.

℟. Omnis amaritúdo, 347.

C A N O N.

Ex Concilio Senonenſi.

An. 1528. in decretis morum, cap. 24.

NOn annulos in dígitis déferant Clerici: niſi fortè hujuſmodi ſint, quibus id ad decorem ſuarum dignitatum permittatur.

FERIA SEXT

De Epiſtola ſecúnda beáti

li apóſtoli ad Corinthi

Lectio j. *c. 11. 18. a*

QUóniam multi riántur ſecúndùm nem; & ego g bor. Libénter enim ſu inſipiéntes, cùm ſitis i pientes. Suſtinétis enim vos in ſervitútem rédi quis dévorat, ſi quis á ſi quis extóllitur, ſi q fáciem vos cædit. Secu ignobilitátem dico, qu infirmi fuérimus in hac In quo quis audet, (i piéntia dico,) aúdeo Hebræi ſunt? & ego. Il ſunt? & ego. Semen A ſunt? & ego. Miniſtri ſunt? (ut minùs ſapien plus ego. In labóribu mis, in carcéribus a tiis, in plagis ſupra m in mórtibus frequente

℟. Deus de cœlo,

Lectio ij. *c. 12.*

SI gloriári opórte expedit quidem: autem ad viſiones & r nes Dómini. Scio hom Chriſto ante annos decim, ſive in corpo ſive extra corpus neſc ſcit) raptum hujuſ que ad tértium cœlur hujuſmodi hominem córpore, ſive extr neſcio, Deus ſcit) raptus eſt in paradiſu divit arcána verba,

ui. Pro hujúſ-
: pro me au-
ábor , niſi in
ieis. Nam, &
ári , non ero
átem enim di-
item , ne quis
pra id quòd
áliquid audit

lt , 345.
v. 7. *ad* 10.
itúdo revela-
ollat me , da-
ímulus carnis
tanæ; qui me
pter quod ter
vi ut diſcéde-
xit mihi: Súſ-
nea ; nam vir-
ite perficitur.
gloriábor in
neis ; ut inhá-
irtus Chriſti.
láceo mihi in
ieis , in con-
ceſſitátibus, in
, in angúſtiis
Cùm enim in-
otens ſum.
pus , 345.
O N.
Tridentíno.
5. *de reform.*
non facit mó-
opórtet tamen
: próprio con-
i ſemper de-
decéntiam há-
, morum ho-
ſecam oſtén-

lis.

SABBATO.

De Epíſtola ſecúnda beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 13. 1. *ad* 4.

Ecce tértiò hoc vénio ad vos : In ore duórum, vel trium téſtium ſtabit omne verbum. Prædíxi, & prædíco , ut præſens, & nunc abſens, iis qui antè peccavérunt, & céteris ómnibus, quóniam ſi vénero íterum, non parcam. An experiméntum quæritis ejus, qui in me lóquitur Chriſtus, qui in vobis non infirmátur, ſed potens eſt in vobis ? Nam etſi crucifíxus eſt ex infirmitáte; ſed vivit ex virtúte Dei. Nam & nos infirmi ſumus in illo; ſed vivémus cum eo ex virtúte Dei in vobis.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 9.

Voſmetípſos tentáte ſi eſtis in fide ; ipſi vos probáte. Annon cognóſcitis voſmetípſos, quia Chriſtus Jeſus in vobis eſt? niſi fortè réprobi eſtis. Spero autem quòd cognoſcétis , quia nos non ſumus réprobi. Orámus autem Deum ut nihil mali faciátis, non ut nos probáti appareámus , ſed ut vos quod bonum eſt faciátis : nos autem ut réprobi ſimus. Non enim póſſumus áliquid advérsùs veritátem , ſed pro veritáte. Gaudémus enim quóniam nos infirmi ſumus, vos autem poténtes eſtis. Hoc & orámus veſtram conſummatiónem.

Lectio iij. *v.* 10. *ad fin.*

I Deo hæc abſens ſcribo, ut non præſens dúriùs agam ſecúndùm poteſtátem, quam Dóminus dedit mihi in ædificatiónem, & non in deſtru-ctiónem. De cétero, fratres, gaudéte, perfécti eſtóte, exhortámini, idem ſápite, pacem habéte, & Deus pacis & dilectiónis erit vobíſcum. Salutáte ínvicem in óſculo ſancto. Salútant vos omnes ſancti. Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & cáritas Dei, & communicátio ſancti-Spíritûs ſit cum ómnibus vobis: amen.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanénſi.

An. 1565. *part.* 2. *tit.* 23.

NE in hábitu Clericáli aut ſtudióſiùs exquiſíta cultûs elegántia, aut nimis abjécta negligéntia, & affectátæ ſordes appáreant. In omni veſtitu color tantùm niger adhibeátur; niſi fortáſſe álium colórem requírat dignitátis gradus.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixérunt cum vítiis, & concupiſcéntiis. *Gal.* 5. 24.

Orat. Omnípotens, *in Laud.*

DOMINICA III.

post Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Gálatas.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 5.

PAulus Apóſtolus non ab homínibus, neque per hóminem, ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum Patrem qui ſuſcitávit eum à mórtuis; & qui mecum ſunt omnes fratres, Eccléſiis Galátiæ; Grátia vobis & pax à Deo Patre, & Dómino noſtro Jeſu Chriſto, qui dedit ſemetípſum pro peccátis noſtris, ut eríperet nos de præſénti ſǽculo nequam, ſecúndùm voluntátem Dei & Patris noſtri, cui eſt glória in ſǽcula ſæculórum: amen.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 10.

MIror quòd ſic tam citò transferímini, ab eo qui vos vocávit in grátiam Chriſti, in áliud Evangélium; quod non eſt áliud, niſi ſunt áliqui qui vos contúrbant, & volunt convértere Evangélium Chriſti. Sed licèt nos, aut Angelus de cœlo evangelízet vobis prætérquam quod evangelizávimus vobis, anáthema ſit. Sicut prædíximus, & nunc íterum dico: Si quis vobis evangelizáverit præter id quod accepíſtis, anáthema ſit. Modò enim homínibus ſuádeo, an Deo? An quæro homínibus placére? Si adhuc homínibus placérem, Chriſti ſervus non eſſem.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 16.

NOtum enim vobis fácio, fratres, Evangélium quod evangelizátum eſt à me, quia non eſt ſecúndùm hóminem: neque enim ego ab hómine accépi illud, neque dídici,

r revelatiónem Jeſu
. Audíſtis enim con-
nem meam aliquándo
íſmo : quóniam ſupra
perſequébar Ecclé-
ei, & expugnábam il-
proficiébam in Judaíſ-
ra multos coætáneos
génere meo, abundán-
ulátor exíſtens pater-
meárum traditiónum.
item plácuit ei, qui me
vit ex útero matris
& vocávit per grátiam
t reveláret Filium ſuum
ut evangelizárem illum
tibus ; contínuò non
vi carni & ſánguini.
Omne opus, 345.

II. Nocturno.

poſitióne ſancti Augu-
epíſcopi in Epíſtolam
ad Gálatas.

iv. *Præfat. initio.*

uſa propter quam ſcri-
Apóſtolus ad Gálatas,
, ut intélligant grátiam
ſecum ágere, ut ſub
m non ſint. Cùm enim
íta eis eſſet Evangélii
non defuérunt qui-
t circunciſióne, quam-
riſtiáni nómine, non-
amen tenéntes ipſum
beneficium, & adhuc
s eſſe ſub onéribus le-
uæ Dóminus Deus im-
t, non juſtítiæ ſerviénd
ed peccáto, juſtam ſcí-
gem injúſtis homínibus
ad demonſtránda pec-
rum, non auferénda.
Non enim aufert peccáta niſi
grátia fidei, quæ per dilectiónem
operátur.

℟. Cáritas pátiens eſt, 346.

Lectio v.

SUb hac ergo grátia jam Gálatas
conſtitútos, illi volébant
conſtitúere ſub onéribus legis,
aſſeverántes nihil eis prodéſſe
Evangélium, niſi circunciderént
ur, & céteras carnáles Judáici
ritûs obſervatiónes ſubírent.
Et ídeo Paulum apóſtolum ſuſpéctum
habére cœperant, à quo illis Evangélium
prædicátum erat, tanquam non
tenéntem diſciplínam ceterórum
Apoſtolórum, qui gentes cogébant
judaizáre.

℟. Qui gloriátur, 346.

Lectio vj. *Paulò pòſt.*

TAlis quidem quæſtio eſt & in Epíſtola ad Romános:
verúntamen vidétur áliquid intereſſe, quòd ibi
contentiónem ipſam dírimit, litémque compónit,
quæ inter eos qui ex Judæis, & eos qui ex géntibus
credíderant, orta erat, cùm illi tanquam ex méritis
óperum legis ſibi rédditum Evangélii præmium
arbitraréntur, quod præmium incircuncíſis tanquam
imméritis nolébant dari ; illi contrà Judæis ſe
præférre geſtírent, tanquam interfectóribus Dómini:
in hac verò Epíſtola ad eos ſcribit, qui jam
commóti erant autoritáte illórum qui ex Ju-

dæis erant, & ad obſervatiónes legis cogébant.

℟. Omnis amaritúdo, 347.

In III. Nocturno.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 8. 1. *ad* 13.

IN illo témpore; Cùm deſcendíſſet Jeſus de monte, ſecútæ ſunt eum turbæ multæ: & ecce lepróſus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, ſi vis, potes me mundáre. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi preſbyteri.

Lib. 1. *Comment. in c.* 8. *Matt.*

DE monte Dómino deſcendénte, occúrrunt turbæ; quia ad altióra aſcéndere non valuérunt. Et primus ei occúrrit lepróſus. Necdum enim póterat cum lepra tam multíplicem in monte Salvatóris audíre ſermónem. Et notándum, quòd hic primus ſpeciáliter curátus ſit: ſecúndò, puer centuriónis: tértiò, ſocrus Petri fébriens in Caphárnaüm: quarto loco, qui obláti ſunt ei à dæmónio vexáti; quorum ſpíritus verbo ejiciébat, quando omnes malè habéntes curávit.

℟. Cùm deſcendíſſet Jeſus de monte, ecce lepróſus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, * Si vis, potes me mundáre. *Matt.* 8. 1. 2. ℣. Dómine Deus, non erit tibi difficile omne verbum. *Jer.* 32. 17. * Si vis.

Lectio viij.

ET ecce lepróſus
adorábat eum,
Rectè poſt prædicati
que doctrínam, ſigni
occáſio; ut per virt
ráculi, prætéritus a
diéntes ſermo firmét
mine, ſi vis, potes
dáre.] Qui voluntáte
de virtúte non dúb
exténdens Jeſus ma
tigit eum; dicens
Mundáre.] Extendént
Dómino, ſtatim le
Simúlque conſidera
milis & ſine jactánt
ſio. Ille díxerat: [
Dóminus reſpóndit
Ille præmíſerat: [
mundáre;] Dómin
& dicit: [Mundáre.

℟. Jeſus miſértus
téndit manum ſuam
gens eum, * Ait il
Mundáre. Et ſtatim
eſt. *Marc.* 1. 41. 42.
quod volúerit, fáci
mo illíus poteſtáte
Eccle. 8. 34. * Ait i

Lectio ix.

ET ait illi Jeſus:
mini díxeris.]
quid erat necéſſe u
jactáret, quod cór
ferébat? [Sed vade
te Sacerdóti.] Vári
ſas mittit eum ad Sa
Primùm propter hu
ut Sacerdótibus deſé
rem videátur. Erat
præcéptum, ut qu

ı, offérrent mú-
ibus. Deínde ut
idéntes lepró-
erent Salvatóri,
erent : ſi crédе-
ıtur ; ſi non cré-
ıſábiles forent :
ıod in eo ſæpíſſi-
ntur, legem vi-
ʒere.
: Vide, némini
de,* Oſténde te
† Offer munus
: Móyſes, in te-
is. *Matt.* 8. 4.
lepróſi, quando
:: Adducétur ad
qui præcípiet ei
vit. 14. 2. 3. 4.
Glória.†Offer.
tus, *Ant.* 1. a.
r meus jacet in
icus, & malè
ait illi Jeſus :
& curábo eum.

atio.
ıs ſempitérne
ıfirmitátem no-
; réſpice ; atque
m nos, déxte-
ſtátis exténde ;
ı.
N O N.
ɔ Agathénſi.
. *can.* 55.
Preſbyteris,
s, canes ad ve-
ıccípitres habé-
Quòd ſi quis
ıárum in hac
ctus fúerit, ſi

Epíſcopus eſt, tribus ménſibus ſe à communióne ſuſpéndat ; Préſbyter duóbus ménſibus ſe abſtíneat ; uno Diáconus ab omni offício vel communióne ceſſábit.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Dixit Jeſus Centurióni : Vade, & ſicut credidíſti fiat tibi. Et ſanátus eſt puer in illa hora. *Matt.* 8. 13.

FERIA SECUNDA.

De epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Gálatas.

Lectio j. *c.* 2. 16. *ad fin.*

EX opéribus legis non juſtificábitur omnis caro. Quòd ſi quæréntes juſtificári in Chriſto, invénti ſumus & ipſi peccatóres, numquid Chriſtus peccáti miníſter eſt : Abſit. Si enim quæ deſtrúxi, íterum hæc ædífico ; prævaricatórem me conſtítuo. Ego enim per legem legi mórtuus ſum, ut Deo vivam : Chriſto confixus ſum cruci. Vivo autem, jam non ego ; vivit verò in me Chriſtus. Quòd autem nunc vivo in carne ; in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me, & trádidit ſemetípſum pro me. Non abjício grátiam Dei. Si enim per legem juſtítia, ergo gratis Chriſtus mórtuus eſt.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *c.* 3. 1. *ad* 6.

O Inſenſáti Gálatæ, quis vos faſcinávit non obedíre veritáti, ante quorum óculos Jeſus Chriſtus præſ-

críptus eſt, in vobis crucifíxus? Hoc ſolum à vobis volo díſcere : Ex opéribus legis Spíritum accepíſtis, an ex audítu fidei? Sic ſtulti eſtis, ut cùm ſpíritu cœpéritis, nunc carne conſummémini? Tanta paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa. Qui ergo tríbuit vobis Spíritum, & operátur virtútes in vobis, ex opéribus legis, an ex audítu fídei? Sicut ſcriptum eſt : Abraham crédidit Deo, & reputátum eſt illi ad juſtítiam.

℟. Cujus vult Deus, 345.

Lectio iij. *v.* 23. *ad fin.*

PRiùs autem quàm veníret fides, ſub lege cuſtodiebámur conclúſi, in eam fidem quæ revelánda erat. Itaque lex pædagógus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide juſtificémur. At ubi venit fides, jam non ſumus ſub pædagógo. Omnes enim filii Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Quicúnque enim in Chriſto baptizáti eſtis, Chriſtum induíſtis. Non eſt Judæus, neque Græcus; non eſt ſervus, neque liber; non eſt máſculus, neque fémina. Omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu. Si autem vos Chriſti; ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecúndùm promiſſiónem herédes.

℟. Omne opus, 345.

CANON.

Ex Concílio Turonénſi.

An. 813. *can.* 8.

SAcerdótibus non éxpedit, ſæculáribus & túrpibus quibúſlibet interéſſe jocis: Venatiónes quoque ferárum vel ávium mínimè ſectentur.

FERIA TERTIA.

De Epiſtola beáti Pauli apóſtoli ad Gálatas.

Lectio j. *c.* 5. 13. *ad* 16.

VOs in libertátem vocáti eſtis, fratres: tantùm ne libertátem in occaſiónem detis carnis, ſed per caritátem Spíritûs ſervíte ínvicem. Omnis enim lex in uno ſermóne implétur. Díliges próximum tuum ſicut teípſum. Quòd ſi ínvicem mordétis, & coméditis, vidéte ne ab ínvicem conſumámini. Dico autem : Spíritu ambuláte, & deſidéria carnis non perficiétis.

℟. Cáritas pátiens eſt, 346.

Lectio ij. *v.* 19. *ad* 23.

MAniféſta ſunt autem ópera carnis; quæ ſunt fornicátio, immundítia, impudicítia, luxúria, idolórum ſervitus, venefícia, inimicítiæ, contentiónes, æmulatiónes, iræ, rixæ, diſſenſiónes, ſectæ, invídiæ, homicídia, ebrietátes, comeſſatiónes, & his ſimília : quæ prædíco vobis, ſicut prædíxi, quóniam qui tália agunt, regnum Dei non conſequéntur. Fructus autem ſpíritûs, eſt cáritas, gaudium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanímitas, manſuetúdo, fidès, modéſtia, continéntia, cáſtitas.

℟. Qui gloriátur, 346.

j. *c. 6. 1. ad 5.*
s, & ſi præoccupá-
ierit homo in áliquo
vos qui ſpirituáles
ıjúſmodi inſtrúite in
:nitátis; consíderans
ne & tu tentéris. Al-
ıs ónera portáte; &
lébitis legem Chriſti.
uis exíſtimat ſe áli-
, cùm nihil ſit, ipſe
t. Opus autem ſuum
nuſquíſque, & ſic in
› tantùm glóriam ha-
non in áltero. Unuſ-
:nim onus ſuum por-

ınis amaritúdo, 347.
: *A N O N.*
ıncílio Moguntíno.
813. *can.* 14.
ciis vívere velle, gu-
ebrietátem ſequi,...
aves ſequí ad venán-
ecce tália, & his ſimí-
ıſtris altáris Dómini,
& Mónachis omníno
:imus.
A QUARTA.
Epíſtola beáti Pauli
oli ad Ephéſios.
c. 1. 1. ad 4.
ulus Apóſtolus Jeſu
hriſti per voluntátem
ei, ómnibus ſanctis
Epheſi, & fidélibus
:o Jeſu; Grátia vobis
Deo Patre noſtro, &
Jeſu Chriſto. Bene-
eus & Pater Dómini
ſu Chriſti, qui bene-
; in omni benedictió-

ne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto; ſicut elégit nos in ipſo ante mundi conſtitutiónem, ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpéctu ejus in caritáte.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *v. 5. ad* 10.

QUi prædeſtinávit nos in adoptiónem filiórum per Jeſum Chriſtum in ipſum, ſecúndùm propóſitum voluntátis ſuæ; in laudem glóriæ grátiæ ſuæ, in qua gratificávit nos in diléсto Fílio ſuo, in quo habémus redemptiónem per ſánguinem ejus, remiſſiónem peccatórum, ſecúndùm divítias grátiæ ejus, quæ ſuperabundávit in nobis in omni ſapiéntia & prudéntia; ut nótum fáceret nobis ſacraméntum voluntátis ſuæ, ſecúndùm beneplácitum ejus, quod propóſuit in eo, in diſpenſatióne plenitúdinis témporum, inſtauráre ómnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, in ipſo.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *v. 11. ad* 14.

IN quo étiam & nos ſorte vocáti ſumus, prædeſtináti ſecúndùm propóſitum ejus, qui operátur ómnia ſecúndùm consílium voluntátis ſuæ; ut ſimus in laudem glóriæ ejus nos, qui ante ſperávimus in Chriſto. In quo & vos, cùm audiſſétis verbum veritátis, (Evangélium ſalútis veſtræ) in quo & credéntes ſignáti

eſtis Spíritu promiſſiónis ſancto, qui eſt pignus hereditátis noſtræ, in redemptiónem acquiſitiónis, in laudem glóriæ ipsíus.

℟. Omne opus, 345.

C A N O N.

Ex Concílio Lateranénſi quarto œcuménico.

An. 1215. *cap.* 15. *de arcendâ ebrietate Clericorum.*

VEnatiónem & aucupatiónem univérſis Cléricis interdícimus: unde nec canes, nec aves ad aucupándum habére præſúmant.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

Lectio j. *c.* 1. 16. *ad* 20.

NOn ceſſo grátias agens pro vobis, memóriam veſtrî fáciens in oratiónibus meis, ut Deus Dómini noſtri Jeſu Chriſti, Pater glóriæ, det vobis ſpíritum ſapiéntiæ & revelatiónis, in agnitióne ejus; illuminátos óculos cordis veſtri, ut ſciátis quæ ſit ſpes vocatiónis ejus; & quæ divítiæ glóriæ hereditátis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſuperéminens magnitúdo virtútis ejus in nos, qui crédimus ſecúndùm operatiónem poténtiæ virtútis ejus, quam operátus eſt in Chriſto, ſúſcitans illum à mórtuis, & conſtítuens ad déxteram ſuam in cœléſtibus.

℟. Cáritas pátiens eſt, 346.

Lectio ij. *c.* 2. 4. *ad*

DEus autem qui div
in miſericórdia, p
nímiam caritátem ſuan
diléxit nos; &, cùm e
mórtui peccátis, convi
vit nos in Chriſto, (cuj
tiâ eſtis ſalváti) & con
távit, & conſedére fecit
léſtibus in Chriſto J
oſténderet in ſæculis ſ
niéntibus abundántes
grátiæ ſuæ, in bonit
nos in Chriſto Jeſu.
enim eſtis ſalváti pe
& hoc non ex vobis;
donum eſt; non ex
ut ne quis gloriétu
enim ſumus factúra
Chriſto Jeſu in op
nis, quæ præparávi
in illis ambulémus.
℟. Qui gloriátu
Lectio iij. *v.* 1
PRopter quod
eſtóte, quòd
vos gentes in carne
mini præpútium,
dícitur circuncíſio
manu facta; quia e
tempore ſine Chriſt
à converſatióne Iſra
pites teſtamentóru
ſiónis, ſpem non ha
ſine Deo in hoc mu
autem in Chriſto
qui aliquándo erát
facti eſtis propè i
Chriſti. Ipſe enim
ſtra, qui fecit útraq
& médium pariete
ſolvens, inimícit

mandatórum de-
ıns, ut duos con-
pſo in unum no-
:m, fáciens pa-
ncíliet ambos in
Deo per crucem,
inimicítias in ſe-

amaritúdo, 347.
N O N.
io Nannetenſi.
264. *cap.* 3.
us ut Prælati ſo-
& inténti in pu-
cos venatóres, &
eſbyteros & Reli-
ibus majus ſcán-
átur.
SEXTA.
beáti Pauli apó-
l Ephéſios.
c. 4. 1. *ad* 6.
ro vos ego vin-
in Dómino, ut
è ambulétis voca-
ocáti eſtis; cum
táte, & manſue-
patiéntia, ſuppor-
m in caritáte, ſo-
unitátem ſpíritûs
acis. Unum cor-
ıs ſpíritus, ſicut
in una ſpe voca-
Unus Dóminus,
unum baptíſma.
Pater ómnium,
r omnes, & per
ómnibus nobis.
le cœlo, 345.
v. 7. *ad* 10.
ıe autem noſtrûm
grátia ſecúndùm

menſúram donatiónis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcéndens Chriſtus in altum, captívam duxit captivitátem; dedit dona homínibus. Quòd autem aſcéndit, quid eſt, niſi quia & deſcéndit primùm in inferióres partes terræ? Qui deſcéndit, ipſe eſt & qui aſcéndit ſuper omnes cœlos, ut impléret ómnia.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 15.

ET ipſe dedit quoſdam quidem Apóſtolos, quoſdam autem Prophétas, álios verò Evangeliſtas, álios autem paſtóres, & doctóres; ad conſummatiónem ſanctórum, in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti; donec occurrámus omnes in unitátem fídei, & agnitiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in menſúram ætátis plenitúdinis Chriſti; ut jam non ſimus párvuli, fluctuántes, & circumferámur omni vento doctrínæ in nequítia hóminum, in aſtútia ad circumventiónem erróris. Veritátem autem faciéntes in caritáte, creſcámus in illo per ómnia, qui eſt caput Chriſtus.

℟. Omne opus, 345.

C A N O N.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *in decretis morum, cap.* 26.

CONtra Cléricos venatóres, vel negótiis ſeculáribus implícitos, ſi à venándi nego-

℟. Cáritas pátiens eſt, 346.

Lectio v.

UNde bene per Paulum dicitur: [Vanitáti enim ſubjécta eſt creatúra non volens, ſed propter eum qui ſubjécit eam in ſpe: quia & ipſa creatúra liberábitur à ſervitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei.] Vanitáti quippe creatúra non volens ſúbditur; quia homo, qui ingénitæ conſtántiæ ſtatum volens deſéruit, preſſus juſtæ mortalitátis póndere, nolens mutabilitátis ſuæ corruptióni ſervit. Sed creatúra hæc tunc à ſervitúte corruptiónis erípitur, cùm ad filiórum Dei glóriam incorrúpta reſurgéndo ſublevátur.

℟. Qui gloriátur, 346.

Lectio vj.

HIc ítaque elécti moléſtiâ vincti ſunt; quia adhuc corruptiónis ſuæ pœnâ deprimúntur. Sed cùm corruptíbili carne exúimur, quaſi ab his, quibus nunc aſtríngimur, moléſtiæ vínculis relaxámur. Præſentári namque jam Deo cúpimus, ſed adhuc mortális córporis obligatióne præpedímur. Jure ergo vincti dícimur; quia adhuc incéſſum noſtri deſidérii ad Deum líberum non habémus. Unde bene Paulus ætérna desíderans, ſed tamen adhuc corruptiónis ſuæ ſárcinam portans, vinctus clamat: [Cúpio diſſólvi, & eſſe cum Chriſto.] Diſſólvi enim non quæreret, niſi ſe procul dúbio vinctum vidéret.

℟. Omnis amaritúdo, 347.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 8. 23. *ad* 27.

IN illo témpore; Aſcendénte Jeſu in navículam, ſecúti ſunt eum diſcípuli ejus: & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus, ipſe verò dormiébat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Præfat. Enarrat. 2. *in Pſ.* 25. §. 4.

AUdíſtis in Evangélio: Periclitabátur navigium in ſtagno, & dormiébat Jeſus. Navigámus enim per quoddam ſtagnum, & ventus & procéllæ non deſunt: tentatiónibus quotidiánis hujus ſéculi propè opplétur noſtrum navigium. Unde autem fit, niſi quia dormit Jeſus? Si non dormíret in te Jeſus, tempeſtátes iſtas non pateréris; ſed tranquillitátem habéres intériùs, convigilánte tecum Jeſu.

℟. Ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus, Jeſus verò dormiébat. Et diſcípuli ejus ſuſcitavérunt eum, dicéntes: * Dómine, ſalva nos, perímus. *Matt.* 8. 24. 25. ℣. Exúrge, quare obdórmis Dómine? Exúrge Dómine ádjuva nos, *Pſ.* 43. 23. 26. * Dómine.

Lectio viij.

Quid eſt autem, Dormit Jeſus? Fides tua, quæ eſt Jeſu, obdormívit. Surgunt procéllæ ſtagni hujus, vides malos florére, bonos laboráre; tentátio eſt, fluctus eſt. Et dicit ánima tua: O Deus, ipſa eſt juſtítia tua, ut mali flóreant, boni labórent? Dicis Deo: Ipſa eſt juſtítia tua? Et Deus tibi: Ipſa eſt fides tua? Hæc enim tibi promíſi? ad hoc Chriſtiánus factus es, ut in ſǽculo iſto floreres? torquéris, quia hìc mali florent, qui cum diábolo póſtea torquebúntur? ſed unde hoc dicis? unde flúctibus ſtagni & tempeſtáte turbáris? Quia dormit Jeſus, id eſt, quia fides tua, quæ eſt de Jeſu, ſopíta eſt in corde tuo.

℟. Exúrgens Jeſus ait diſcípulis: * Quid tímidi eſtis? necdum habétis fidem? *Marc.* 4. 39. 40. ℣. Qui confídit in Dómino, non timébit cùm vénerit æſtus. *Jer.* 17. 7. 8. * Quid.

Lectio ix.

Quid facis ut liberéris? Excita Jeſum, & dic: [Magíſter, perímus.] Movent enim incérta ſtagni; perímus. Evigilábit ille, id eſt, rédiet ad te fides tua; & adjuvánte illo, conſiderábis in ánima tua, quia quæ dantur modò malis, non cum illis perſeverábunt. Aut enim *vivéntes eos déſerunt, aut à moriéntibus deſerúntur.* Tibi autem quod promíttitur, manébit in ætérnum. Illis quod temporáliter concéditur, citò tóllitur.

℟. Clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularéntur; * Et ſtátuit procéllam in auram, & † Siluérunt fluctus maris. *Pſ.* 106. 28. 29. ℣. Comminátus eſt Jeſus vento, & dixit mari: Tace, obmutéſce. *Marc.* 4. 39. * Et ſtátuit. Glória. † Siluérunt.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Surgens Jeſus imperávit ventis & mari; & facta eſt tranquíllitas magna. *Matt.* 8. 26.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis perículis conſtitútos, pro humána ſcis fragilitáte non poſſe ſubsíſtere; da nobis ſalútem mentis & córporis, ut ea quæ pro peccátis noſtris pátimur, te adjuvánte, vincámus; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Venético.

An. 465. *can.* 13.

Ante ómnia à Cléricis vitétur ebríetas, quæ ómnium vitiórum fomes ac nutrix eſt; nec quis poteſt líberum córporis ſui ac mentis habére judícium, cùm captus vino à ſenſu probétur aliénus, & proclívis ad vítium mente labefáctâ ducátur.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Hómines miráti ſunt, dicéntes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obédiunt ei? Matt. 8. 27.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Philippénſes.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 4.

SI qua ergo conſolátio in Chriſto, ſi quod ſolátium caritátis, ſi qua ſócietas ſpíritûs, ſi qua víſcera miſeratiónis, impléte gaúdium meum; ut idem ſapiátis, eándem caritátem habéntes, unánimes, idípſum ſentiéntes. Nihil per contentiónem, neque per inánem glóriam; ſed in humilitáte ſuperiores ſibi invicem arbitrántes. Non quæ ſua ſunt ſínguli conſiderántes, ſed ea quæ aliórum.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *v.* 12. *ad* 15.

ITaque, caríſſimi mei, (ſicut ſemper obedíſtis) non ut in præſéntia meì tantùm, ſed multò magìs nunc in abſéntia mea, cum metu & tremóre veſtram ſalútem operámini. Deus eſt enim, qui operátur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntáte. Omnia autem fácite ſine murmuratiónibus, & hæſitatiónibus; ut ſitis ſine queréla & símplices, fílii Dei ſine reprehenſióne in médio natiónis pravæ & pervérſæ, inter quos lucétis ſicut luminária in mundo.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *c.* 4. 8. *ad* 13.

DE cétero, fratres, quæcúnque ſunt vera, quæcúnque pudíca, quæcúnque *juſta, quæ*cúnque ſancta, quæcúnque amabília, quæcúnque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplínæ, hæc cogitáte. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidíſtis in me, hæc ágite: & Deus pacis erit vobíſcum. Gavíſus ſum autem in Dómino vehementer, quóniam tandem aliquándo refloruiſtis pro me ſentíre, ſicut & ſentiebátis; occupáti autem erátis. Non quaſi propter penúriam dico: ego enim dídici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe. Scio & humiliári, ſcio & abundáre. (Ubíque & in ómnibus inſtitútus ſum,) & ſatiári, & eſuríre; & abundáre, & penúriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confórtat.

℟. Omne opus, 345.

CANON.

Ex Concílio Agathénſi.

An. 506. *can.* 41.

CLéricum quem ébrium fuíſſe conſtiterit, aut triginta diérum ſpátio à communióne ſtatúimus ſubmovéndum, aut corporáli ſubdéndum ſupplício.

FERIA TERTIA.

Incipit Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Coloſſénſes.

Lectio j. *c.* 1. 1.

PAulus Apóſtolus Jeſu Chriſti per voluntátem Dei, & Timótheus frater; eis qui ſunt Coloſſis, ſanctis & fidélibus frátribus in Chriſto Jeſu: Grátia vobis, & pax à Deo Patre noſtro

u Chriſto. Grátias
, & Patri Dómini
Chriſti, ſemper pro
s, audiéntes fidem
Chriſto Jeſu, &
quam habétis in
nes, propter ſpem
a eſt vobis in cœ-
audíſtis in verbo
angélii, quod per-
s, ſicut & in uni-
o eſt, & fructíficat,
icut in vobis ex ea
líſtis, & cognoví-
Dei in veritáte.
tas, 346.

v. 9. ad 12.

nos ex quâ die au-
non ceſſámus pro
es & poſtulántes,
ini agnitióne vo-
s, in omni ſapién-
léctu ſpiritáli; ut
ignè Deo, per óm-
s, in omni ópere
ficántes, & creſ-
iéntia Dei: in om-
confortáti ſecún-
iam claritátis ejus,
tiéntia & longani-
gaúdio, grátias
Patri, qui dignos
partem ſortis ſan-
lúmine.
loriátur, 346.

v. 13. ad 17.

puit nos de pote-
nebrárum, & trán-
ium Fílii dilectió-
quo habémus re-
n per ſánguinem
Tiónem peccató-

rum. Qui eſt imágo Dei inviſíbilis, primogénitus omnis creatúræ; quóniam in ipſo cóndita ſunt univérſa in cœlis, & in terra; viſibília, & inviſibília; ſive throni, ſive dominatiónes, ſive principátus, ſive poteſtátes: ómnia per ipſum, & in ipſo creáta ſunt. Et ipſe eſt ante omnes, & ómnia in ipſo conſtant.

℟. Omnis amaritúdo, 347.

CANON.

Ex Concílio Cloveshoviénſi ſecúndo.

An. 747. can. 21.

Eccleſiáſtici álios non cogant intemperánter bíbere, ſed pura ac ſóbria ſint eórum convívia, non luxurióſa; neque delíciis, vel ſcurrilitátibus mixta.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Coloſſénſes.

Lectio j. c. 3. 12. ad 15.

Indúite vos ſicut elécti Dei, ſancti & dilécti, víſcera miſericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéſtiam, patiéntiam; ſupportántes ínvicem, & donántes vobiſmetípſis, ſi quis advérsùs áliquem habet querélam; ſicut & Dóminus donávit vobis, ita & vos. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod eſt vínculum perfectiónis. Et pax Chriſti exúltet in córdibus veſtris, in qua & vocáti eſtis in uno córpore: & grati eſtóte.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *v.* 16. *ad* 21.

VErbum Chriſti hábitet in vobis abundánter, in omni ſapiéntia; docéntes, & commonéntes voſmetípſos pſalmis, hymnis, & cánticis ſpirituálibus, in grátia cantántes in córdibus veſtris Deo. Omne quodcúnque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti, grátias agéntes Deo & Patri per ipſum. Mulíeres, ſúbditæ eſtóte viris, ſicut opórtet in Dómino. Viri, dilígite uxóres veſtras, & nolíte amári eſſe ad illas. Fílii, obedíte paréntibus per ómnia; hoc enim plácitum eſt in Dómino. Patres, nolíte ad indignatiónem provocáre fílios veſtros, ut non puſíllo ánimo fiant.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij.

v. 22. *ad fin.* & *c.* 4. *v.* 2.

SErvi, obedíte per ómnia dóminis carnálibus; non ad óculum ſerviéntes, quaſi homínibus placéntes, ſed in ſimplicitáte cordis, timéntes Deum. Quodcúnque fácitis, ex ánimo operámini, ſicut Dómino, & non homínibus; ſciéntes quòd à Dómino, accipiétis retributiónem hereditátis: Dómino Chriſto ſervíte. Qui enim injúriam facit, recípiet id quod iníquè geſſit: & non eſt perſonárum accéptio apud Deum. Dómini, quod juſtum eſt & æquum ſervis præſtáte; ſcién-

tes quòd & vos D[...] habétis in cœlo. Ora[...] ſtáte vigilántes in e[...] tiárum actióne.

℟. Omne opus, 3[...]

CANON[...]

Ex Concílio Late[...] quarto œcumén[...]

An. 1215. *cap.*[...]

A Crápula & ebrie[...] nes Clérici dilig[...] ſtíneant; unde vinum[...] perent, & ſe vino [...] béndum quíſpiam in[...] cùm ebríetas & men[...] cat exílium, & libíd[...] vocet incentívum.

FERIA QUI[...]

Incipit Epíſtola pri[...] Pauli apóſtoli ad T[...] lonicénſes.

Lectio j. *c.* 1. [...]

PAulus, & Silv[...] Timótheus; [...] Theſſalonicén[...] Deo Patre, & Dóm[...] Chriſto; Grátia vobi[...] Grátias ágimus Deo [...] pro ómnibus vobis, [...] riam veſtri faciéntes [...] tiónibus noſtris ſine i[...] ſióne.; mémores ópe[...] veſtræ, & labóris, [...] tis, & ſuſtinéntiæ ſp[...] ni noſtri Jeſu Chri[...] Deum & Patrem [...] ſciéntes, fratres dilé[...] electiónem veſtram, [...] vangélium noſtrum [...] ad vos in ſermóne [...] ſed & in virtúte, & [...] tu-ſancto, & in [...]

t ſcitis quales fué-
bis propter vos.
as, 346.
c. 3. 2. ad 6.
io noſtra, non
re, neque de im-
neque in dolo;
obáti ſumus à Deo
ur nobis Evangé-
quimur, non quaſi
placéntes, ſed Deo
corda nóſtra. Ne-
aliquándo fúimus
adulatiónis, ſicut
e in occaſióne ava-
s teſtis eſt: nec
ab homínibus gló-
ie à vobis, neque

gloriátur, 346.
v. 7. ad 12.
poſſémus vobis óne-
ut Chriſti Apóſto-
ſumus párvuli in
rûm, tanquam ſi
eat fílios ſuos. Ita
s vos, cúpidè vo-
ádere vobis non
ngélium Dei, ſed
nas noſtras, quó-
imi nobis facti eſtis.
enim eſtis, fratres,
tri & fatigatiónis:
die operántes, ne
rûm gravarémus,
mus in vobis Evan-
ei. Vos teſtes eſtis,
quàm ſanctè, &
ne queréla, vobis,
íſtis, fúimus: ſicut
iter unumquémque
ſicut pater fílios
nalis.

ſuos) deprecántes vos, & conſolántes teſtificáti ſumus ut ambularétis dignè Deo, qui vocávit vos in ſuum regnum & glóriam.

℟. Omnis amaritúdo, 347.

CANON.

Ex Concílio Moguntíno.

An. 813. can. 46.

MAgnum malum ebrietátis, unde ómnia vítia púllulant, modis ómnibus præcípimus cavére: & qui hoc vitáre nolúerit, excommunicándum eum eſſe decrévimus, uſque ad emendatiónem cóngruam.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Theſſalonicénſes.

Lectio j. *c. 4. 1. ad 7.*

DE cétero, fratres, rogámus vos & obſecrámus in Dómino Jeſu, ut quemádmodum accepíſtis à nobis quómodo opórteat vos ambuláre, & placére Deo, ſic & ambulétis ut abundétis magìs. Scitis enim quæ præcépta déderim vobis per Dóminum Jeſum. Hæc eſt enim volúntas Dei, ſanctificátio veſtra; ut abſtineátis vos à fornicatióne; ut ſciat unuſquíſque veſtrûm vas ſuum poſſidére in ſanctificatióne, & honóre; non in paſſióne deſidérii, ſicut & gentes quæ ignórant Deum. Et ne quis ſupergrediátur, neque circumvéniat in negótio fratrem ſuum; quóniam vindex eſt Dóminus de his ómni-

tas de corde puro, & conſciéntia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrántes, convérſi ſunt in vanilóquium, voléntes eſſe legis doctóres, non intelligéntes neque quæ loquúntur, neque de quibus affírmant.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *v.* 12. *ad* 16.

GRátias ago ei, qui me confortávit, Chriſto Jeſu Dómino noſtro, quia fidélem me exiſtimávit, ponens in miniſtério: qui priùs blaſphémus fui, & perſecútor, & contumelióſus: ſed miſericórdiam Dei conſecútus ſum, quia ignórans feci in incredulitáte. Superabundávit autem grátia Dómini noſtri, cum fide & dilectióne quæ eſt in Chriſto Jeſu. Fidélis ſermo, & omni acceptióne dignus, Quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere, quorum primus ego ſum: ſed ídeo miſericórdiam conſecútus ſum; ut in me primò oſténderet Chriſtus Jeſus omnem patiéntiam, ad informatiónem eórum qui creditúri ſunt illi in vitam ætérnam.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *c.* 2. 1. *ad* 6.

OBſecro ígitur primùm ómnium, fieri obſecratiónes, oratiónes, poſtulatiónes, gratiárum actiónes, pro ómnibus homínibus, pro régibus, & ómnibus qui in ſublimitáte ſunt; ut qui tranquillam vitam agá omni pietáte, & caſtitá enim bonum eſt, & ac coram Salvatóre noſtr qui omnes hómines v vos fieri, & ad agni veritátis veníre. Un Deus, unus & mediá & hóminum homo C Jeſus, qui dedit red nem ſemetípſum pro bus, teſtimónium tem ſuis.

℟. Omne opus, 3

IN II. NOCTU

Sermo ſancti Aug epíſcopi.

Serm. 175. *de Verbis*

§. 1. *Aliàs Serm.*

Lectio iv.

FIdélis ſermo, & ceptióne dignus Chriſtus Jeſus venit dum peccatóres ſalvo quorum primus eg Nulla cauſa fuit Chriſto Dómino, n tóres ſalvos fácere. T bos, tolle vúlnera, cauſa eſt medicínæ. de cœlo magnus n magnus per totum o ræ jacébat ægrótus. I tus, genus humánu

℟. Cáritas, 346.

Lectio v.

Serm. 176. *de Verbis*

§. 4. *Aliàs Serm*

DIcit Paulus ægróto, & de deſperáre: Qui c

& dixit mihi :
'ade , & dic
uid in te ſaná-
ıávi. De cœlo
:e percúſſi , &
xi , & elégi ;
t miſi ; quartâ
ınávi. Vade ,
ıma deſperá-
'mo , & omni
ıus ; Quia
enit in mun-
ſalvos fáce-
:is ? Quid tre-
m primus ego
uit , vobis lo-
ægrotántibus ,
, ſecúrus deſ-
:o] enim [mi-
ſecútus ſum ,
.eret Chriſtus
longanimitá-

átur , 346.

§. 5.

ɔ deſperáre.
is ; accédite
ámini : cæci
l eum , & illu-
ıi ſani eſtis ,
: & qui ægro-
ànándi cúrri-
: : [Veníte ,
ɔroſternámur
:oram Dómi-
:,] & hómi-
am ſi ille nos
os autem ipſi
vos ; áliquid
mus. Mélior
omo , quàm
Si ergo te

Deus fecit hóminem ; & tu te feciſti bonum hóminem ; quod tu feciſti mélius eſt. Noli te extóllere ſuper Deum : ſub-de te Deo , adóra , proſtérnere , confitére illi qui fecit te ; quia nemo récreat , niſi qui creat ; nemo réficit , niſi qui fecit.

℟. Omnis amaritúdo , 347.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 13. 24. *ad* 30.

IN illo témpore ; Parábolam propóſuit turbis Jeſus , dicens : Símile factum eſt regnum cœlórum hómini , qui ſeminávit bonum ſemen in agro ſuo. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 47. *de ovibus , in Ezech.* 34. §. 6. *Aliàs in tomo* [illegible]

DIxérunt ſervi : Nonne bonum ſemen ſeminâſti ? Unde ergo apparuérunt zizánia ? Ille ratiónem réddidit unde apparuérunt ; non tamen permíſit ut ante tempus evelleréntur. Quamvis & ipſi ſervi ſtomacháti advérsùs zizánia , consílium tamen & præcéptum à Dómino expetivérunt. Diſplicébant illa inter ſegetem : ſed vidébant ſervi , quia ſi vel in ipſis zizániis evelléndis áliquid ſuâ ſponte fácerent , ipſi zizániis annumeraréntur.

℟. Símile factum eſt regnum cœlórum hómini , qui Se-

Lectio viij.

A Dómino expectavérunt præcéptum, juſſiónem regis ſui quæſiérunt: [Vis, imus, & collígimus ea?] Et ille: Non. Et réddidit inde cauſam; [Ne fortè, cùm vultis collígere zizánia, eradicétis ſimul & tríticum.] Sedávit ab indignatióne, nec relíquit in dolóre. Grave enim videbátur ſervis eſſe zizánia inter fruméntum; & verè grave erat. Sed ália eſt condítio agri, ália quies hórrei. Tólera, ad hoc enim natus es: tólera, quia fortè tolerátus es. Si ſemper bonus fuíſti, habéto miſericórdiam: ſi aliquándo malus fuíſti, noli pérdere memóriam. Et quis eſt ſemper bonus? Facíliùs, ſi te Deus dili-

ſicut paſtor ſeparat
hœdis.] Et véniet, & ſe
véniet meſſis, & ſe
tur. Modò ergo temp
ratiónis non eſt, ſed
nis. Nec ídeo iſta dicu
tres, ut corripiéndi
diligéntia: imò ve
illud judícium inca
mus, & cæci neglig
tátem noſtram ſibi
ſiníſtram inveniámu
plína exerceátur,
non præcipitétur.

℞. Mittet Filius
Angelos ſuos, & c
iniquitátem mittent
mínum ignis. * T
fulgébunt ſicut ſol
Patris eórum. *Ma*
42. 43. ℣. Juſtum,
judicábit Deus, & te
nis rei tunc erit. E

s innítitur, tuâ
ctióne muniátur;
m.

N O N.

ıs Apoſtolórum.
n. 53.

ricus in caupóna
deprehénſus fúe-
ır: prætérquam
diverſório in via
eſſitátem divér-

icat, *Ant.* 1. a.
nùm zizánia, &
n faſcículos ad
n; tríticum au-
áte in hórreum
. 13. 30.

SECUNDA.
prima beáti Pauli
Timótheum.

c. 3. 1. *ad* 7.

ſermo: Si quis
átum desíderat,
opus desíderat.
Epíſcopum irre-
ı eſſe, uníus uxó-
ibrium, prudén-
ı, pudícum, hoſ-
tórem; non vi-
on percuſſórem,
n; non litigió-
ıpidum, ſed ſuæ
ræpóſitum, fílios
ditos cum omni
uis autem dómui
eſcit, quómodo
diligéntiam ha-
ıeóphytum, ne,
elátus, in judí-
diáboli. Opórtet
& teſtimónium

habére bonum ab iis qui foris ſunt, ut non in oppróbrium íncidat, & in láqueum diáboli.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *c.* 4. 12. *ad fin.*

NEmo adoleſcéntiam tuam contémnat; ſed exémplum eſto fidélium in verbo, in converſatióne, in caritáte, in fide, in caſtitáte. Dum vénio, atténde lectióni, exhortatióni, & doctrínæ. Noli negligere grátiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetíam, cum impoſitióne mánuum Preſbytérii. Hæc meditáre, in his eſto; ut proféctus tuus maniféſtus ſit ómnibus. Atténde tibi, & doctrínæ: inſta in illis; hoc enim fáciens, & teípſum ſalvum fácies, & eos qui te aúdiunt.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *c.* 5. 17. *ad* 22.

QUi bene præſunt Preſbyteri, dúplici honóre digni habeántur; máximè qui labórant in verbo & doctrína. Dicit enim Scriptúra: Non alligábis os bovi trituránti; Et: Dignus eſt operárius mercéde ſuâ. Advérsùs Preſbyterum accuſatiónem noli recípere, niſi ſub duóbus aut tribus téſtibus. Peccántes, coram ómnibus, árgue; ut & céteri timórem hábeant. Teſtor coram Deo, & Chriſto Jeſu, & eléctis Angelis, ut hæc cuſtódias ſine præjudício, nihil fáciens in álteram partem declinándo. Manus citò némi-

ni impoſúeris, neque communicáveris peccátis aliénis. Teipſum caſtum cuſtódi.

℞. Omne opus, 345.

CANON.

Ex Concílio Laodicéno.

An. 330. *can.* 24.

NOn opórtet Sacrátos, à Preſbyteris uſque ad Diáconos, & deínceps quémlibet Eccleſiáſtici órdinis uſque ad Miníſtros, vel Lectóres, vel Cantóres, vel Exorcíſtas, vel Oſtiários, vel Exercitatórum órdinis in caupónam íngredi.

FERIA TERTIA.

Incipit Epíſtola ſecúnda beáti Pauli apóſtoli ad Timótheum.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 6.

PAulus Apóſtolus Jeſu Chriſti per voluntátem Dei, ſecúndùm promiſſiónem vitæ quæ eſt in Chriſto Jeſu; Timótheo cariſſimo filio; Grátia, miſericórdia, pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu Dómino noſtro. Grátias ago Deo, cui ſérvio à progenitóribus in conſciéntia pura; quòd ſine intermiſſióne hábeam tuì memóriam in oratiónibus meis, nocte ac die: desíderans te vidére, memor lacrymárum tuárum, ut gaúdio ímplear; recordatiónem accípiens ejus fidei, quæ eſt in te non ficta, quæ & habitávit primùm in ávia tua Lóide, & matre tua Eúnice; certus ſum autem quòd & in te. Propter quam cauſam admóneo te, ut reſúſcites grátiam Dei, quæ eſt in te per impoſitiónem mánuum meárum.

℟. Cáritas pátiens eſt, benígna eſt, 346.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 11.

NOli ítaque erubéſcere teſtimónium Dómini noſtri, neque me vinctum ejus; ſed collabóra Evangélio ſecúndùm virtútem Dei; qui nos liberávit, & vocávit vocatióne ſuâ ſanctâ; non ſecúndùm ópera noſtra, ſed ſecúndùm propóſitum ſuum, & grátiam quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante témpora ſeculária. Manifeſtáta eſt autem nunc per illuminatiónem Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti, qui deſtrúxit quidem mortem, illuminávit autem vitam & incorruptiónem per Evangélium: in quo póſitus ſum ego prædicátor, & Apóſtolus, & magíſter géntium.

℟. Qui gloriátur, 346.

Lectio iij. *v.* 12 *ad* 1[illegible]

OB quam cauſa[illegible] hæc pátior, [illegible] confúndor: ſcio enim [illegible] didi; & certus ſum [illegible] tens eſt depóſitum me[illegible] váre in illum diem. F[illegible] habe ſanórum verbóru[illegible] à me audíſti in fide & i[illegible]ctióne in Chriſto Jeſu. [illegible] depóſitum cuſtódi per [illegible]tum-ſanctum qui hábi[illegible] nobis.

℞. Omnis amaritúdo

ON.
Lateranénſi
uménico.
cap. 16.
iérnas prorſus
iiſi fortè causâ
itínere conſti-

QUARTA.
ſecúnda beáti
li ad Timó-
im.
c. 3. 1. *ad* 5.
tem ſcito, quòd
víſſimis diébus
int témpora pe-
: hómines ſeip-
cúpidi, eláti,
hémi, parénti-
éntes, ingráti,
ffectióne, ſine
:óres, inconti-
es, ſine beni-
óres, protérvi,
luptátum ama-
im Dei; habén-
idem pietátis,
m ejus abne-
; devíta.
cœlo, 345.
v. 6. *ad* 9.
ſunt qui péne-
is, & captívas
:ulas, onerátas
ducúntur váriis
iper diſcéntes,
l ſciéntiam ve-
:éntes. Quém-
em Jannes &
itérunt Móyſi,
it veritáti; hó-
mente, réprobi

circa fidem; ſed ultrà non proficient: inſipiéntia enim eórum maniféſta erit ómnibus, ſicut & illórum fuit.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *v.* 10. *ad* 13.

TU autem aſſecútus es meam doctrínam, inſtitutiónem, propóſitum, fidem, longanimitátem, dilectiónem, patiéntiam, perſecutiónes, paſſiónes: quália mihi facta ſunt Antiochíæ, Icónii, & Lyſtris: quales perſecutiónes ſuſtínui, & ex ómnibus erípuit me Dóminus. Et omnes, qui piè volunt vívere in Chriſto Jeſu, perſecutiónem patiéntur. Mali autem hómines, & ſeductóres profícient in pejus, errántes, & in errórem mitténtes.

℟. Omne opus, 345.

CANON.

Ex Concílio Coloniénſi.

An. 1536. *part.* 5. *cap.* 6.

TUrpíſſimum putet Párochus niſi causâ neceſſitátis intráre tabérnam, quaſi domum non hábeat ad edéndum & bibéndum. Bréviter, vitet ómnia quæ paſtorálem autoritátem aut dedécorant, aut imminuunt.

FERIA QUINTA.

Incipit Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Titum.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 4.

PAulus, ſervus Dei, Apóſtolus autem Jeſu Chriſti ſecúndùm fidem electórum Dei, & agnitiónem veritátis quæ ſecúndùm pietá-

tem eſt, in ſpem vitæ ætérnæ quam promíſit, qui non mentítur Deus, ante témpora ſeculária : manifeſtávit autem tempóribus ſuis verbum ſuum in prædicatióne, quæ crédita eſt mihi ſecúndùm præcéptum Salvatóris noſtri Dei ; Tito dilécto fílio ſecúndùm commúnem fidem ; Grátia & pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu Salvatóre noſtro.

℟. Cáritas, 346.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 9.

HUjus rei grátiâ relíqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt córrigas, & conſtítuas per civitátes Preſbyteros, ſicut & ego diſpóſui tibi. Si quis ſine crímine eſt ; uníus uxóris vir ; fílios habens fidéles, non in accuſatióne luxúriæ, aut non ſúbditos : Opórtet enim Epíſcopum ſine crímine eſſe, ſicut Dei diſpenſatórem ; non ſupérbum, non iracúndum, non vinoléntum, non percuſſórem, non turpis lucri cúpidum ; ſed hoſpitálem, benígnum, ſóbrium, juſtum, ſanctum, continéntem, amplecténtem eum, qui ſecúndùm doctrínam eſt, fidélem ſermónem ; ut potens ſit exhortári in doctrína ſana, & eos, qui contradícunt, argúere.

℟. Qui gloriátur, 346.

Lectio iij. *v.* 10. *ad fin.*

SUnt enim multi étiam inobediéntes, vaníloqui, & ſeductóres ; máximè qui de circumciſióne ſunt ; quos opórtet redárgui ; qui uni
domos ſubvértunt, do
quæ non opórtet, turpi
grátiâ. Dixit quidam e
próprius ipſórum prop
Creténſes ſemper men
malæ béſtiæ, ventres
Teſtimónium hoc veru
Quam ob cauſam íncre
durè ; ut ſani ſint in fide
intendéntes Judáïcis fi
& mandátis hóminum
ſántium ſe à veritáte. (
munda mundis ; coinq
autem & infidélibus n
mundum ; ſed inquiná
eórum & mens, & conſ
Confiténtur ſe noſſe I
factis autem negant ; cù
abomináti, & incredib
ad omne opus bonum r

℟. Omnis amaritúdi

C A N O N.

Ex Concílio Conſtan
litáno tértio.

An. 680. *can.*

STatúimus nulli licé
rico cauponáriam
tabérnam ; ſi enim in
nam íngredi non eſt
ſum ; quantò magìs
ea miniſtráre, & ea c
licet ipſi, tractáre ? Si
tem tale fécerit, vel
vel deponátur.

FERIA SEX

De Epíſtola beáti Pa
ſtoli ad Titum

Lectio j. *c.* 2.

TU autem lóq
decent ſana
nam : Sen

udíci, prudéntes; ſani
:, in dilectióne, in pa-
: Anus ſimíliter in há-
inctu, non criminatrí-
on multo vino ſervién-
ene docéntes; ut pru-
m dóceant adoleſcén-
ut viros ſuos ament,
uos díligant, prudén-
caſtas, ſóbrias, domûs
habéntes, benígnas,
is viris ſuis; ut non
emétur verbum Dei:
es ſimíliter hortáre ut
ſint. In ómnibus teíp-
ræbe exémplum bonó-
perum, in doctrína, in
itáte, in gravitáte, ver-
anum, irreprehensíbile;
ui ex advérſo eſt vereá-
ihil habens malum dí-
e nobis.

Deus de cœlo, 345.

o ij. *v. 11. ad fin.*

'páruit enim grátia Dei
alvatóris noſtri ómni-
omínibus erúdiens nos,
egántes impietátem, &
ria deſidéria, ſóbriè, &
& piè vivámus in hoc
, expectántes beátam
, & advéntum glóriæ
Dei & Salvatóris no-
ſu Chriſti; qui dedit
pſum pro nobis, ut nos
eret ab omni iniquitáte,
ndáret ſibi pópulum ac-
ilem, ſectatórem bonó-
perum. Hæc lóquere,
ortáre, & árgue cum
império. Nemo te con-

℟. Cujus vult Deus miſe-
rétur, 345.

Lectio iij. *c. 3. 1. ad 7.*

Admone illos princípibus & poteſtátibus ſúbditos eſſe, dicto obedíre, ad omne opus bonum parátos eſſe; néminem blaſphemáre, non litigióſos eſſe ſed modéſtos, omnem oſtendéntes manſuetúdinem ad omnes hómines. Erámus enim aliquándo & nos inſipiéntes, incréduli, errántes, serviéntes deſidériis & voluptátibus váriis, in malítia & invídia agéntes, odíbiles, odiéntes ínvicem. Cùm autem benígnitas & humánitas appáruit Salvatóris noſtri Dei; non ex opéribus juſtítiæ, quæ fécimus nos, ſed ſecúndùm ſuam miſericórdiam ſalvos nos fecit, per lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs-ſancti, quem effúdit in nos abúndè per Jeſum Chriſtum Salvatórem noſtrum; ut juſtificáti grátiâ ipsíus, herédes ſimus ſecúndùm ſpem vitæ ætérnæ.

℟. Omne opus, 345.

CANON.

Ex Synodo Ebroïcénſi.

An. 1576.

Secuháribus homínibus nec Joánnis-Baptíſtæ auſtéritas nec Chriſti in victu populáritas probári pótuit: proínde ſátius eſt Eccleſiáſticos viros ſúgere promíſcua contubérnia ſeculárium, ac pótius hoſpitalitátem inter ſe exercére.

commilitóni noſtro ; & Ec-
cléſiæ quæ in domo tua eſt ;
Grátia vobis & pax à Deo
Patre noſtro , & Dómino
Jeſu Chriſto. Grátias ago
Deo meo , ſemper memó-
riam tuî fáciens in oratióni-
bus meis , aúdiens caritátem
tuam , & fidem quam habes
in Dómino Jeſu , & in om-
nes ſanctos ; ut communicá-
tio fídei tuæ évidens fiat , in
agnitióne omnis óperis boni
quod eſt in vobis in Chriſto
Jeſu.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 12.

GAúdium enim magnum
hábui , & conſolatiónem
in caritáte tua ; quia víſcera
ſanctórum requievérunt per
te , frater. Propter quod mul-
tam fidúciam habens in Chri-
ſto Jeſu imperándi tibi quod

ſed voluntarium. Forſitan
ídeo diſcéſſit ad horam à
ætérnùm illum recíperes
non ut ſervum , ſed pro
caríſſimum fratrem , m
mihi ; quantò autem ma
bi , & in carne , & in Dó
Si ergo habes me ſóciu
cipe illum ſicut me. Si
áliquid nócuit tibi , aut
hoc mihi ímputa. Ego
ſcripſi meâ manu ; eg
dam , ut non dicam tibi
& teípſum mihi debes.

CANON.

Ex Concílio Mediol
quarto.

An. 1573. *part.* 3. *tit.*
tiones.

COmeſſatiónes , co
tiónes , convívia p
laïcaliáve , tum má
quibus mulíeres int

ɴ I C A VI.
iphaniam.
I OCTURNO.
tola beáti Pauli
ad Hebræos.
c. 1. 1. *ad* 4.
tifáriàm, multíſ-
: modis olim Deus
uens pátribus in
ioviſſimè diébus
ſt nobis in Fílio,
uit herédem uni-
er quem fecit &
cùm ſit ſplendor
figúra ſubſtántiæ
que ómnia verbo
urgatiónem pec-
iens, ſedet ad
ijeſtátis in excél-
lior Angelis effé-
differéntius præ
iereditávit.
de cœlo, 345.
v. 5. *ad* 9.
n dixit aliquándo
rum: Fílius meus
hódie génui te?
go ero illi in Pa-
e erit mihi in Fí-
n íterum introdú-
nitum in orbem
: Et adórent eum
li Dei. Et ad An-
i dicit: Qui facit
s ſpíritus, & Mi-
flammam ignis.
iutem: Thronus
in ſéculum ſécu-
itátis, virga re-
xiſti juſtítiam, &
ítem; proptérea
s, Deus tuus,

óleo exultatiónis præ partícipibus tuis.

℟. Cujus vult, 345.

Lectio iij. *v.* 10. *ad fin.*

ET: Tu in princípio, Dómine, terram fundáſti; & ópera mánuum tuárum ſunt cœli. Ipſi períbunt, tu autem permanébis; & omnes ut veſtiméntum veteráſcent; & velut amíctum mutábis eos, & mutabúntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non defícient. Ad quem autem Angelórum dixit aliquándo: Sede à dextris meis, quoadúſque ponam inimícos tuos ſcabéllum pedum tuórum? Nonne omnes ſunt adminiſtratórii ſpíritus, in miniſtérium miſſi propter eos, qui hereditátem cápient ſalútis?

℟. Omne opus, 345.

IN II. NOCTURNO.

De Sermóne ſancti Athanáſii epíſcopi.

Oratio 1. *contra Arianos*, §. 55.
Aliàs Oratio 2. *Lectio* iv.

SI perſónam, rem, & tempus verbórum Apóſtoli cognovíſſent hærétici, non ea, quæ ad humánam pértinent natúram, tranſtulíſſent in divinitátem, nec eò impietátis inſáni deveníſſent. Id autem is fácilè perſpíciet, qui inítium hujus loci rectè intelléxerit. En enim Apóſtoli verba: [Multifáriàm multíſque modis olim Deus locútus pátribus per Prophétas, hiſce últimis diébus locútus eſt nobis in

totum. *Matt*. 13. 33.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Hebræos.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 4.

PRoptérea abundántiùs opórtet obſerváre nos ea quæ audívimus, ne fortè ſupereffluámus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis prævaricátio & inobediéntia accépit juſtam mercédis retributiónem; quómodo nos effugiémus, ſi tantam neglexérimus ſalútem? quæ cùm inítium accepíſſet enarrári per Dóminum, ab eis qui audiérunt in nos confirmáta eſt, conteſtánte Deo ſignis & porténtis, & váriis virtútibus, & Spíritûsſancti diſtributiónibus ſecún-

meis; in médio Eccl[...] dábo te. Et íterum: E[...] fidens in eum. Et i[...] Ecce ego, & púeri m[...] dedit mihi Deus.

℟. Cujus vult Deus

Lectio iij. *v.* 14.

QUia ergo púeri c[...] nicavérunt carni [...] guíni, & ipſe ſimíliter [...] pávit eíſdem; ut per [...] deſtrúeret eum qui [...] mortis impérium, id [...] bolum; & liberáret e[...] timóre mortis per tota[...] obnóxii erant ſervitú[...] quam enim Angelos [...] héndit, ſed ſemen [...] apprehéndit. Unde dé[...] ómnia frátribus ſimil[...] miléricors fieret, & [...] Póntifex ad Deum, u[...]

emollíri poſſe cre-
ei Sacerdótes abſti-
t: quia per aúrium
ue illécebras, vi-
)a ad ánimam in-
.

A TERTIA.
a beáti Pauli apó-
ad Hebræos.

c. 3. 1. ad 6.
:s ſancti, vocatió-
cœléſtis partícipes,
deráte Apóſtolum
:m confeſſiónis no-
; qui fidélis eſt ei
um, ſicut & Móy-
ni domo ejus. Am-
m glóriæ iſte præ
gnus eſt hábitus,
npliórem honórem
iús, qui fabricávit
nis namque domus
ab áliquo: qui au-
ı creávit, Deus eſt.
quidem fidélis erat
mo ejus tanquam
n teſtimónium eó-
icénda erant: Chri-
tanquam filius in
: quæ domus ſumus
dúciam & glóriam
e ad finem, firmam
;.
itas, 346.

v. 12. ad 16.
, fratres, ne fortè
áliquo veſtrûm cor
credulitátis, diſce-
eo vivo: ſed adhor-
ſmetípſos per síngu-
lonec *Hódie cogno-*
ut non obdurétur
nalis.

quis ex vobis fallácia pec-
cáti. Partícipes enim Chriſti
effécti ſumus, ſi tamen iní-
tium ſubſtántiæ ejus, uſque
ad finem, firmum retineámus:
dum dícitur: Hódie ſi vocem
ejus audiéritis, nolíte obdu-
ráre corda veſtra, quemád-
modum in illa exacerbatióne.
Quidam enim audiéntes, exa-
cerbavérunt; ſed non univérſi
qui profécti ſunt ex Ægypto
per Móyſen.

℟. Qui gloriátur, 346.

Lectio iij. *c. 4. 12. ad fin.*

Vivus eſt ſermo Dei, & éfficax, & penetrabílior omni gládio ancípiti; & pertíngens uſque ad diviſiónem ánimæ ac ſpíritûs, compágum quoque ac medullárum; & diſcrétor cogitatiónum & intentiónum cordis. Et non eſt ulla creatúra inviſíbilis in conſpéctu ejus; ómnia autem nuda & apérta ſunt óculis ejus, ad quem nobis ſermo. Habéntes ergo Pontíficem magnum, qui penetrávit cœlos, Jeſum filium Dei, teneámus confeſſiónem. Non enim habémus Pontíficem, qui non poſſit cómpati infirmitátibus noſtris; tentátum autem per ómnia pro ſimilitúdine, abſque peccáto. Adeámus ergo cum fidúcia ad thronum grátiæ; ut miſericórdiam conſequámur, & grátiam inveniámus in auxílio opportúno.

℟. Omnis amaritúdo, 347.

CANON.

Ex Concílio Turonénſi.

An. 813. *can.* 7.

HIſtriónum túrpium, & obſcœnórum inſoléntias jocórum, & ipſi Sacerdótes ánimo effúgere, ceteríſque Sacerdótibus effugiénda prædicáre debent.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Hebræos.

Lectio j. *c.* 6. 1. *ad* 3.

INtermitténtes inchoatiónis Chriſti ſermónem, ad perfectióra ferámur, non rurſum jaciéntes fundaméntum pœniténtiæ ab opéribus mórtuis, & fídei ad Deum, baptíſmatum doctrínæ, impoſitiónis quoque mánuum, ac reſurrectiónis mortuórum, & judícii ætérni. Et hoc faciémus, ſi quidem permíſerit Deus.

℟. Deus de cœlo proſpéxit, 345.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 6.

IMpoſſíbile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illumináti, guſtavérunt étiam donum cœléſte, & partícipes facti ſunt Spíritûs-ſancti, guſtavérunt nihilóminus bonum Dei verbum, virtutéſque ſæculi ventúri, & prolápſi ſunt; rurſus renovári ad pœniténtiam, rurſum crucifigéntes ſibimetipſis Fílium Dei, & oſténtui habéntes.

℟. Cujus vult Deus miſerétur, 345.

Lectio iij. *v.* 7. *a*

TErra enim ſæpe vi tem ſuper ſe bibe brem, & génerans h opportúnam illis à quib litur, áccipit benedíctio Deo: próferens autem ac tríbulos, réproba e maledícto próxima; conſummátio in com nem. Confídimus au vobis, dilectíſſimi, meli vicinióra ſalúti; tamé lóquimur. Non enim i Deus, ut obliviſcátur veſtri, & dilectiónis oſtendíſtis in nómine i qui miniſtráſtis ſanctis, niſtrátis.

℟. Omne opus, 345.

CANON.

Ex Concílio Mogun

An. 813. *can.* 1

CLéricis lege Patrun tur, ut à vulgári v clúſi, à mundi volup ſeſe abſtíneant; non ſpe lis, non pompis int convívia inhonéſta & fúgiant.

FERIA QUIN

De Epíſtola beáti Paul ſtoli ad Hebræos

Lectio j. *c.* 10. 26. *a*

VOluntárię pe bus nobis poſt tam notítiam tis, jam non relínquitu peccátis hóſtia; terríbil tem quædam expectátio cii, & ignis æmulátio conſumptura eſt adv

ſáciens legem
lla miſeratióne
us téſtibus mó-
agis putátis de-
ſupplícia, qui
iculcáverit, &
taménti pollú-
quo ſanctificá-
tui grátiæ con-
it? Scimus enim
vindícta, & ego
íterum: Quia
ninus pópulum
um eſt incídere
vivéntis.
ítiens eſt, 346.
c. 11. 1. ad 6.
erandárum ſub-
m, argumén-
éntium. In hac
ium conſecúti
de intellígimus
ıla verbo Dei;
bus viſibília fie-
imam hóſtiam
in óbtulit Deo;
nónium conſe-
uſtus, teſtimó-
nte munéribus
er illam defún-
uitur. Fide He-
s eſt ne vidéret
n inveniebátur,
illum Deus:
nem enim teſti-
t placuíſſe Deo.
m impoſsíbile
. Crédere enim
ntem ad Deum
quiréntibus ſe
.
tur, 346.

Lectio iij. *v. 7. ad* 10.

FIde Noë, reſpónſo accépto de iis quæ adhuc non videbántur, métuens aptávit arcam in ſalútem domûs ſuæ, per quam damnávit mundum; & juſtítiæ, quæ per fidem eſt, heres eſt inſtitútus. Fide qui vocátur Abraham obedívit in locum exire, quem acceptúrus erat in hereditátem; & éxiit, néſciens quò iret. Fide demorátus eſt in terra repromiſſiónis, tanquam in aliéna, in cáſulis habitándo cum Iſaac & Jacob coherédibus repromiſſiónis ejúſdem. Expectábat enim fundaménta habéntem civitátem, cujus ártifex, & cónditor Deus.

℟. Omnis amaritúdo, 347.

CANON.

Ex Concílio Moguntino.

An. 813. *can.* 10.

CLérici non vagis óculis, non infræni linguâ aut petulánti, tumidóque geſtu incédant; ſed pudórem ac verecúndiam mentis, ſimplici hábitu inceſſúque oſténdant.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Hebræos.

Lectio j. *c. 12. 2. ad* 6.

ASpiciéntes in autórem fidei, & conſummatórem Jeſum, qui propóſito ſibi gaúdio ſuſtínuit crucem, confuſióne contémptâ, atque in déxterâ ſedis Dei ſedet. Recogitáte enim eum, qui talem ſuſtínuit à peccat

tibus advérsùm ſemetípſum contradictiónem; ut ne fatigémini, ánimis veſtris deficiéntes. Nondum enim uſque ad ſánguinem reſtitiſtis, advérsùs peccátum repugnántes: & obliti eſtis conſolatiónis, quæ vobis tanquam filiis lóquitur, dicens: Fili mi, noli neglígere diſciplínam Dómini; neque fatigéris dum ab eo argúeris. Quem enim díligit Dóminus, caſtigat; flagéllat autem omnem filium, quem récipit.

℟. Deus de cœlo, 345.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 11.

IN diſciplína perſeveráte. Tanquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim filius, quem non córripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cujus partícipes facti ſunt omnes: ergo adúlteri, & non filii eſtis. Deínde patres quidem carnis noſtræ, eruditóres habúimus, & reverebámur eos: non multò magìs obtemperábimus Patri ſpiríttuum, & vivémus? Et illi quidem in témpore paucórum diérum, ſecúndùm voluntátem ſuam erudiébant nos: hic autem ad id quod útile eſt in recipiéndo ſanctificatiónem ejus. Omnis autem diſciplína in præſénti quidem vidétur non eſſe gaúdii, ſed mœróris: póſtea autem fructum pacatíſſimum, exercitátis per eam, reddet juſtítiæ.

Cujus vult, 345.

Lectio iij. *v.* 12.

PRopter quod remi
nus & ſolúta géni
te, & greſſus rectos f
dibus veſtris; ut non
cans quis erret, magi
ſanétur. Pacem ſequir
ómnibus, & ſanctin
ſine qua nemo vidébit
contemplántes ne q
grátiæ Dei: ne qua ra
ritúdinis ſurſum gérmi
pédiat, & per illam in
tur multi. Ne quis for
aut profánus, ut Eſ
propter unam eſcam
primitíva ſua. Scitó
quóniam & póſtea cú
reditáre benedictión
probátus eſt; non en
nit pœniténtiæ locun
quam cum lácrymis in
eam.

℟. Omne opus,

CANON

Ex Concílio Senc

An. 1528. *in decretis*

cap. 25.

IN incéſſu honeſtát
beant Clérici, ut
itíneris, mentis mat
oſténdant. Incompos
córporis, riſus diſſol
decens oculórum vag
qualitátem índicant n

SABBAT

De Epíſtola beáti P
ſtoli ad Hebræ

Lectio j. *c.* 13.

CAritas fratern
neat in vobis
pitalitátem

:i; per hanc enim latuérunt
idam, Angelis hoſpítio re-
ptis. Mementóte vinctó-
n, tanquam ſimul vincti;
laborántium, tanquam &
i in córpore morántes. Ho-
rábile connúbium in ómni-
s, & thorus immaculátus:
rnicatóres enim & adúlte-
r judicábit Deus. Sint mo-
ſine avarítia, conténti præ-
tibus; ipſe enim dixit:
n te déſeram; neque de-
linquam. Ita ut confidénter
ámus: Dóminus mihi adjú-
; non timébo quid fáciat
hi homo.

ectio ij. *v. 9. ad* 14.

DOctrínis váriis & pere-
grínis nolíte abdúci. Op-
mum eſt enim grátiâ ſtabi-
e cor, non eſcis, quæ non
fuérunt ambulántibus in
. Habémus altáre, de quo
re non habent poteſtátem,
tabernáculo deſérviunt.
torum enim animálium in-
tur ſanguis pro peccáto in
cta per Pontíficem, horum
pora cremántur extra ca-
. Propter quod & Jeſus, ut
ificáret per ſuum ſángui-
n pópulum, extra portam
lus eſt. Exeámus ígitur ad
n extra caſtra, impropérium
s portántes. Non enim ha-
mus hìc manéntem civitá-
n, ſed futúram inquírimus.

ectio iij. *v.* 17. *ad* 21.

OBedíte præpóſitis veſtris,
& *ſubjacéte eis; ipſi enim*
vígilant, quaſi ratiónem pro animábus veſtris redditú-
ri; ut cum gaúdio hoc fáciant,
& non geméntes; hoc enim
non éxpedit vobis. Oráte pro
nobis; confídimus enim quia
bonam conſciéntiam habé-
mus, in ómnibus bene volén-
tes converſári. Ampliùs autem
déprecor vos hoc fácere, quò
celériùs reſtítuar vobis. Deus
autem pacis, qui edúxit de
mórtuis Paſtórem magnum
óvium, in ſánguine teſtaménti
ætérni, Dóminum noſtrum
Jeſum Chriſtum, aptet vos in
omni bono, ut faciátis ejus
voluntátem: fáciens in vobis
quod pláceat coram ſe per
Jeſum Chriſtum, cui eſt glória
in ſécula ſeculórum: amen.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi
primo.

An. 1565. *part.* 2. *cap.* 24. *de Clericalibus ædibus.*

CLérici de nocte poſt pri-
mam horam, niſi ex juſta
cauſa, & cum lúmine, domo
non éxeant.

SABBATO
ante Dominicam in Septuageſima.

¶ *Si Dominicis in Septuageſima, Sexageſima & Quinquageſima occurrat Feſtum Præſentationis Domini, vel aliud Solemne; transferetur in Feriam ſecundam*]

AD VESPERAS.

Ant. ſola 6. F. Allelúia, allelúia, allelúia.

Pſalmi de Sabbato.

Capitulum. *Jer.* 51. 15.

DOminus fecit terram in fortitúdine ſua, præparávit orbem in ſapiéntia ſua; & prudéntiâ ſuâ exténdit cœlos.

Hymnus, O ſempitérna, ℣. Sépties, *in Pſalterio*, 136.

Ad Magnificat, *Ant.* 1. a. Fide intellígimus aptáta eſſe ſæcula verbo Dei, ut ex inviſibílibus viſibília fierent. *Hebr.* 11. 3.

Orat. Preces, *infrà ad Laud.*

℣. Benedicámus Dómino; allelúia, allelúia. ℟. Deo grátias; allelúia, allelúia.

Deinde Commemoratio, ſi qua occurrat.

[*Si Veſperæ ſint de aliquo Feſto Solemni, poſt Orat. Feſti fit etiam in Choro Commem. de Domin. ſeq. & in fine tantùm, dicitur* ℣. Benedicámus Dómino; allelúia, &c. *ut ſuprà.*

Deinceps uſque ad Sabbatum Sanctum, non dicitur Allelúia; *ſed ejus locò poſt* Deus in adjutórium, &c. *dicitur*, Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

DOMINICA *in Septuageſima.*

Ad Officium Nocturnum.

Omnia ut in Pſalterio, exceptis quæ ſequuntur.

In I. Nocturno.

Hâc nocte, in Eccleſ. Cathedrali & Collegiatis, pro j. Lectione legitur Præfatio S. Hieronymi in Pentateuchum, Deſidérii, &c. *Pro ij. verò Lect. legitur initium Geneſeos, duabus quæ ſequuntur in unam junctis.*

Incipit liber Gene[ſis]

Lectio j. *c.* 1. 1.

IN princípio creávit [Deus] cœlum & terram. [Terra] autem erat inánis & [vacua,] & ténebræ erant ſuper [fáciem] abyſſi; & Spíritus De[i fere]bátur ſuper aquas. D[ixítque] Deus: Fiat lux. Et fa[cta eſt] lux. Et vidit Deus lucem [quòd] eſſet bona; & diviſit [lucem] à ténebris. Appellavít[que lu]cem, Diem; & ténebr[as, No]ctem: factúmque eſt [veſpere] & manè, dies unus. Di[xit quo]que Deus: Fiat firmam[éntum] in médio aquárum, & [dívidat] aquas ab aquis. Et fec[it Deus] firmaméntum, divi[ſítque a]quas quæ erant ſub firm[améntum] to, ab his quæ erant ſ[uper fir]maméntum. Et factum [eſt ita.] Vocavítque Deus fir[mamén]tum, Cœlum: & factum [eſt veſ]perè & manè, dies ſe[cúndus.]

℟. Creávit Deus c[œlum &] terram, & ait: Faciá[mus hó]minem ad imáginem n[oſtram,] & præſit volatílibus c[œli, uni]verſǽque terræ. * E[t creávit] hóminem ad imágine[m ſuam.] *Gen.* 1. 1. 26. 27. ℣. [Omnia] per ipſum facta ſunt: [& ſine] ipſo factum eſt nihil. [Joan. 1.] 3. * Et creávit.

Lectio ij. *v.* 9.

DIxit verò Deus: [Congre]géntur aquæ [quæ ſub] cœlo ſunt, in locum [unum:] & appáreat árida. Et f[actum eſt] ita. Et vocávit Deus [áridam,] Terram; congreg[ationéſque]

pellávit María. Et
quòd eſſet bonum.
ninet terra herbam
faciéntem ſemen,
omíferum fáciens
xta genus ſuum,
i in ſemetípſo ſit
. Et factum eſt ita.
erra herbam virén-
ntem ſemen juxta
lignúmque fáciens
& habens unum-
néntem ſecúndùm
m. Et vidit Deus
onum. Et factum
& manè, dies tér-
utem Deus: Fiant
firmaménto cœli,
diem ac noctem, &
a & témpora, &
nos; ut lúceant in
cœli, & illúminent
factum eſt ita. Fe-
s duo luminária
mináre majus, ut
i; & lumináre mi-
eſſet nocti; & ſtel-
it eas in firmamén-
lucérent ſuper ter-
eſſent diéi ac nocti,
t lucem ac téne-
it Deus quòd eſſet
factum eſt véſperè
ies quartus.
Deus hóminem in
luptátis, ut opera-
que obdormíſſet,
s unam de coſtis
ificávit coſtam in
Gen. 2. 15. 21. ℣. Non
re eſt, ſed múlier
r. 11. 8.* *Tulit.*

Lectio iij. *v.* 20. *ad* 26.

DIxit étiam Deus: Prodúcant aquæ réptile ánimæ vivéntis, & volátile ſuper terram ſub firmaménto cœli. Creavítque Deus cete grándia, & omnem ánimam vivéntem atque motábilem quam prodúxerant aquæ in ſpécies ſuas, & omne volátile ſecúndùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: benedixítque eis, dicens: Créſcite, & multiplicámini, & repléte aquas maris; avéſque multiplicéntur ſuper terram. Et factum eſt véſperè & manè, dies quintus. Dixit quoque Deus: Prodúcat terra ánimam vivéntem in génere ſuo, juménta, & reptília, & béſtias terræ ſecúndùm ſpécies ſuas. Factúmque eſt ita. Et fecit Deus béſtias terræ juxta ſpécies ſuas, & juménta, & omne réptile terræ in génere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et ait: Faciámus hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem noſtram; & præſit píſcibus maris, & volatílibus cœli, & béſtiis, univerſæque terræ, omníque réptili quod movétur in terra.

℟. Dignus es Dómine Deus noſter accípere glóriam; quia tu * Creáſti ómnia, & propter voluntátem tuam creáta ſunt. *Apoc.* 4. 11. ℣. Dómine, quem ſuperáre nemo poteſt, tibi ſérviat omnis creatúra tua; quia dixíſti, & facta ſunt. *Judith* 16. 16.* Creáſti. Glória.* Cr

In II. Nocturno.

Ex libro ſancti Auguſtini epiſcopi de Civitáte Dei.

Lib. 14. *cap.* 15. §. 1.

Lectio iv.

QUia contémptus eſt Deus jubens, qui creáverat, qui ad ſuam imáginem fécerat, qui céteris animálibus præpoſúerat, qui in Paradíſo conſtitúerat, qui rerum ómnium cópiam ſalutíſque præſtíterat, qui præcéptis nec plúribus, nec grándibus, nec difficílibus oneráverat, ſed uno breviſſimo atque leviſſimo ad obediéntiæ ſalubritátem adminiculáverat, quo eam creatúram, cui líbera ſérvitus expedíret, ſe eſſe Dóminum commonébat: juſta damnátio ſubſecúta eſt; talíſque damnátio, ut homo qui cuſtodiéndo mandátum futúrus fúerat étiam carne ſpiritális, fieret étiam mente carnális; & qui ſuâ ſupérbiâ ſibi placúerat, Dei juſtítiâ ſibi donarétur; nec ſic ut in ſua eſſet omnímodis poteſtáte, ſed à ſe ipſe quoque diſſéntiens, ſub illo qui peccándo conſénſit, pro libertáte quam concupívit, duram miſerámque ágeret ſervitútem; mórtuus ſpíritu volens, & córpore moritúrus invítus: deſértor ætérnæ vitæ, étiam ætérnâ, niſi grátia liberáret, morte damnátus.

℟. Præcépit Deus hómini, dicens: Ex omni ligno Paradíſi cómede: de ligno autem ſciéntiæ boni & mali n[...] das; * In quocúnque die coméderis ex eo; moriéris. Gen. 2. 16. 17. [...] péndia peccáti, mors. [...] 23. * In quocúnque.

Lectio v.

QUiſquis hujúſmo[...]
natiónem vel [...]
vel injúſtam putat, m[...]
fécto neſcit, quanta [...]
quitas in peccándo, [...]
erat non peccándi fac[...]
cut enim Abrahæ no[...]
ritò magna obediént[...]
cátur, quia ut occ[...]
lium, res difficíllim[...]
peráta: ita in Para[...]
major inobediéntia [...]
tò id quod præcép[...]
nullíus difficultátis [...]
ſicut obediéntia ſec[...]
nis eò prædicabílior [...]
ctus eſt obédiens [...]
mortem; ita inobed[...]
mi hóminis eò det[...]
quò factus eſt inob[...]
que ad mortem. Ubi [...]
gna eſt inobedién[...]
propóſita, & res à [...]
fácilis imperáta, q[...]
tìs explicet, quantu[...]
ſit, non obedíre in [...]
& tantæ poteſtátis i[...]
tanto terrénti ſuppli[...]

℟. Dixit ſerpens [...]
rem: Nequáquam n[...]
ſcit enim Deus, qu[...]
cúnque die comedé[...]
gno, éritis ſicut dii [...]
dit múlier, dedítqu[...]
qui comédit. Gen[...]

cut per unum hóminem
itum in mundum intrá-
& per peccátum mors ;
in omnes hómines mors
ánſiit. *Rom.* 5. 12. * Co-
t.

io vj. §. 2.

Enique ut bréviter dicá-
tur, in illíus peccáti pœ-
uid inobediéntiæ niſi ino-
éntia retribúta eſt? Nam
hóminis eſt ália miſéria,
ıdvérsùs eum ipſum ino-
éntia ejus ipsíus; ut quó-
ı noluit quod pótuit, quod
poteſt, velit? In Paradíſo
ı etiámſi non ómnia pó-
ante peccátum, quicquid
n non póterat, non volé-
& ídeo póterat ómnia quæ
ɔat. Nunc verò ſicut in
ſtirpe cognóſcimus, &
ıa Scriptúra teſtátur: [Ho-
anitáti símilis factus eſt.]
enim enúmerat, quàm
a quæ non poteſt velit,
ſibi ipſe, id eſt, volun-
ejus, ipſe ánimus ejus,
e inférior caro ejus non
nperat?

Sicut per inobediéntiam
s hóminis, peccatóres
itúti ſunt multi; ita * Et
: uníus obeditiónem, juſti
ituéntur multi. *Rom.* 5.
r. Ait Dóminus ad ſer-
m : Quia fecíſti hoc,
díctus es inter ómnia ani-
ia. Ipſa múlier cónteret
: tuum. *Gen.* 3. 14. 15.
per *uníus. Glória.* † Per

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 20. 1. *ad* 16.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile eſt regnum cœlórum hómini patri-famílias, qui éxiit primo manè condúcere operários in víneam ſuam. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 87. *de Verbis Evang.* §. 7. 8. *Aliàs Serm.* 59. *de Verbis Domini.*

TAnquam primâ horâ vocántur, qui recéntes ab útero matris incípiunt eſſe Chriſtiáni, quaſi tértiâ pueri, quaſi ſextâ júvenes, quaſi nonâ vergéntes in ſénium, quaſi undécimâ omníno decrépiti, unum tamen vitæ ætérnæ denárium omnes acceptúri. Sed atténdite & intellígite, fratres mei, ne ídeo quiſque díſferat veníre ad víneam, quia ſecúrus eſt, quóniam quandocúnque vénerit, ipſum denárium acceptúrus eſt. Secúrus eſt quidem quòd ipſe denárius illi promíttitur; ſed differre non jubétur.

℞. Pater-famílias éxiit primo manè condúcere operários in víneam ſuam; & circa horam tértiam vidit álios in foro otióſos, & dixit: * Ite in víneam meam, & quod juſtum fúerit dabo vobis. *Matt.* 20. 1. 3. 4. ℣. Quid

adhuc retardátis? operámini opus veſtrum, & Dóminus dabit vobis mercédem veſtram in témpore ſuo. *Eccli.* 51. 32. 38. * Ite.

Lectio viij. *Paulò poſt.*

QUid ille datúrus ſit, & quid factúrus ſit, penes ipſum consílium eſt: tu, quando vocáris, veni: merces enim cunctis æquális promíttitur: ſed de ipſa hora operándi, magna quæſtio eſt. Si enim illi, verbi grátiâ, qui vocáti ſunt horâ ſextâ, in hac ætáte córporis conſtitúti, ubi juveníles anni fervent, ſicut ipſa horâ ſextâ fervet; ſi dícerent illi júvenes vocáti: Expécta, audívimus enim in Evangélio, quia omnes unam mercédem acceptúri ſunt, cùm ſenes facti fuérimus, horâ undécimâ veniémus, tantúndem acceptúri, quare ampliùs laboratúri? Reſponderétur eis, & diceretur: Laboráre non vis, qui utrùm vivas uſque ad ſenéctam, neſcis? Sextâ horâ vocáris, veni.

℟. Circa undécimam invénit álios ſtantes, & dicit illis. Quid ſtatis totâ die otióſi? * Ite & vos in víneam meam. *Matt.* 20. 6. 7. ℣. Non diſſolvántur manus veſtræ; erit enim merces óperi veſtro. 2. *Par.* 15. 7. * Ite & vos.

Lectio ix.

PAter-famílias tibi quidem étiam undécimâ veniénti denárium promíſit; ſed utrùm vivas uſque ad ſéptimam, nemo tibi promíſit. Non dico, uſque ad undécimam, ſed uſque ad ſéptimam. Quare ergo differs vocántem te, certus de mercéde, incértus de die? Vide ne fortè quod tibi ille datúrus eſt promittendo, tu tibi áuferas differéndo. Si hoc rectè dícitur de infántibus, tanquam ad horam primam pertinéntibus; ſi rectè dícitur de púeris, tanquam ad horam tértiam pertinéntibus; ſi rectè dícitur de juvénibus, tanquam in horæ ſextæ flagrántia conſtitútis; quantò magis rectè de decrépitis dícitur: Ecce jam hora undécima eſt, & adhuc ſtas, veníre piger es?

℟. Dicit Dóminus víneæ procuratóri ſuo: Redde operáriis mercédem, incípiens à noviſſimis. Primi murmurábant; at ille uni eórum dixit: * Non fácio tibi injúriam: volo huic noviſſimo dare ſicut & tibi. *Matt.* 20. 8. 11. 13. 14. ℣. Ego miſerébor cui volúero, & clemens ero in quem mihi placúerit. *Exod.* 33. 19. * Non fácio. Glória. *Repetitur* ℟. Dicit Dóminus.

Ab hac die uſque ad Paſcha non dicitur Te Deum, *niſi in Feſtis.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; ℟. Et magnitúdinis ejus non eſt finis. Pſ. 144. 3.

lum. Sap. 10. 1. 2.
entia illum, qui primus
látus eſt à Deo pater
rrárum, cùm ſolus eſſet
, cuſtodívit; & edúxit
delícto ſuo, & dedit illi
n continéndi ómnia.
nus, Ætérne rerum,
venérunt, *in Pſalt.* 12.
enedíctus, *Ant.* 8. G.*
ex denário conveníſti
? tolle quod tuum eſt:
us tuus nequam eſt,
o bonus ſum? *Matt.*
14. 15.

Oratio.

es pópuli tui, quæſu-
s, Dómine, cleménter
; ut qui juſtè pro pec-
ſtris afflígimur, pro tui
s glória miſericórditer
ur; Per Dóminum.

Primam, *Ant.* 7. a.
e Dóminum cœli cœló-
quia ipſe dixit, & facta
ſe mandávit, & creáta
ſ. 148. 4. 5.

CANON.

Concílio Moguntíno.
n. 813. *can.* 14.
níſtro altáris Dómini,
el Mónacho non licet
erbi vel facti joculató-
e, vel jocum ſeculárem
, áleas amáre, orna-
n inconvéniens propó-
quærere, & in delíciis
velle.

Tertiam, *Ant.* 5. F.
otens manus tua, Dó-
creávit orbem terrá-
mnia in menſúra, & númereo, & póndere diſpo-
ſuíſti. *Sap.* 11. 18. 21.

Capitulum. *Sap.* 11. 23. 24.

Tanquam moméntum ſta-
téræ ſic eſt ante te orbis
terrárum, & tanquam gutta
roris antelucáni, quæ deſcén-
dit in terram: ſed miſeréris
ómnium, quia ómnia potes,
& diſsímulas peccáta hómi-
num propter pœniténtiam.

Reſponſorium, Inítio tu Dó-
mine terram fundáſti; & ópe-
ra mánuum tuárum ſunt cœli.
* Ipſi períbunt, tu autem pér-
manes. *Pſ.* 101. 26. 27. ℣. Ve-
lut amíctum mutábis eos, &
mutabúntur; tu autem idem
ipſe es. *Hebr.* 1. 12.* Ipſi perí-
bunt. Glória. *Repet.* ℟. Inítio.

℣. Tui ſunt cœli, & tua eſt
terra; ℟. Orbem terræ, &
plenitúdinem ejus tu fundáſti.
Pſ. 88. 12.

Ad Sextam, *Ant.* 3. a.
Dómine, pater noſter es tu,
nos verò lutum; & fictor no-
ſter tu, & ópera mánuum tuá-
rum omnes nos. *Iſai.* 64. 8.

Capitulum *Gen.* 2. 7.

Formávit Dóminus Deus
hóminem de limo terræ,
& inſpirávit in fáciem ejus
ſpiráculum vitæ, & factus eſt
homo in ánimam vivéntem.

℟. Manus tuæ fecérunt me,
& plaſmavérunt me: * Da mi-
hi intelléctum, & diſcam man-
dáta tua. *Pſ.* 118. 73. ℣. Dó-
mine, tu es qui fecíſti cœlum
& terram, mare, & ómnia quæ
in eis ſunt. *Act.* 4. 24.* Da

mihi. Glória. *Repet.* ℟. Manus.

℣. Tu formáſti me Dómine, ℟. Et poſuíſti ſuper me manum tuam. *Pſ.* 138. 5.

AD NONAM, *Ant.* 4. E. Nihil odíſti eórum quæ fecíſti; parcis autem ómnibus, quóniam tua ſunt, Dómine, qui amas ánimas. *Sap.* 11. 25. 27.

Capitulum. *Sap.* 1. 13. 14.

DEus mortem non fecit, nec lætátur in perditióne vivórum; creávit enim, ut eſſent ómnia; & ſanábiles fecit natiónes orbis terrárum.

℟. Quàm magnificáta ſunt ópera tua Dómine! * Omnia in ſapiéntia fecíſti: impléta eſt terra poſſeſſióne tuâ. *Pſ.* 103. 24. ℣. Magna & mirabília ſunt ópera tua, Dómine Deus omnípotens. *Apoc.* 15. 3. * Omnia. Glória. *Repet.* ℟. Quàm magnificáta ſunt.

℣. Dómine miſericórdia tua in ſéculum; ℟. Opera mánuum tuárum ne deſpícias. *Pſ.* 137. 8.

AD VESPERAS.

Capitulum. *Eccli.* 18. 1. 2. 3.

QUi vivit in ætérnum, creávit ómnia ſimul. Deus ſolus juſtificábitur, & manet invíctus rex in ætérnum. Quis ſúfficit enarráre ópera illíus? Quis enim inveſtigábit magnália ejus?

Hymnus, Lucis Creátor, ℣. Dirigátur, *in Pſalt.* 26.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *a.* Erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi; multi enim ſunt vocáti, pauci verò elécti. *Matt.* 20. 16.

FERIA SECUNDA.

¶ *Notandum quòd à Dominica in Septuageſima uſque ad Dominicam SS. Trinitatis non fit de Feſtis Simplicibus, niſi Commemoratio poſt Veſperas & Laudes.*]

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 1. 27. *ad fin.*

CReávit Deus hóminem ad imáginem ſuam: ad imáginem Dei creávit illum; máſculum & féminam creávit eos. Benedixítque illis Deus, & ait: Créſcite, & multiplicámini, & replète terram, & ſubjícite eam; & dominámini píſcibus maris, & volatílibus cœli, & univérſis animántibus quæ movéntur ſuper terram. Dixítque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem ſemen ſuper terram, & univérſa ligna quæ habent in ſemetípſis ſeméntem géneris ſui; ut ſint vobis in eſcam; & cunctis animántibus terræ, omníque vólucri cœli, & univérſis quæ movéntur in terra, & in quibus eſt ánima vivens, ut hábeant ad veſcéndum. Et factum eſt ita. Vidítque Deus cuncta quæ fécerat; & erant valde bona. Et factum eſt véſperè & manè, dies ſextus.

℟. Creávit Deus, 390.

Lectio ij. *c.* 2. 1. *ad* 6.

IGitur perfécti ſunt cœli & terra, & omnis ornátus eó-

um. Complevítque Deus die ſeptimo opus ſuum quod féceat; & requiévit die ſéptimo b univérſo ópere quod patráat. Et benedíxit diéi ſéptimo; t ſanctificávit illum: quia in pſo ceſſáverat ab omni ópere uo quod creávit Deus ut fáeret. Iſtæ ſunt generatiónes œli & terræ, quando creáta unt, in die quo fecit Dómius Deus cœlum & terram: t omne virgúltum agri ánteuam orirétur in terra, omémque herbam regiónis priſquam germináret: non enim lúerat Dóminus Deus ſuper rram, & homo non erat qui perarétur terram. Sed fons cendébat è terra, írrigans niverſam ſuperfíciem terræ.

℟. Póſuit Deus, 391.

Lectio iij. *v.* 7. *ad* 10.

Ormávit ígitur Dóminus Deus hóminem de limo rræ, & inſpirávit in fáciem us ſpiráculum vitæ, & factus t homo in ánimam vivénm. Plantáverat autem Dóinus Deus Paradíſum voptátis à princípio; in quo óſuit hóminem quem foráverat. Produxítque Dómius Deus de humo omne lium pulcrum viſu, & ad veſndum ſuáve; lignum étiam tæ in médio Paradíſi, liúmque ſciéntiæ boni & ma. Et flúvius egrediebátur de co voluptátis ad irrigándum aradíſum; *qui inde dividitur quátuor cápita.*

℟. Dignus es, 391.

AD HORAS, *omnia de Pſalt. & ſic in ſequentibus Feriis.*

CANON.

Ex Concílio Lateranénſi quarto œcuménico.

An. 1215. *cap.* 16. *de indumento Clericorum.*

AD áleas vel taxíllos Clérici non ludant, nec hujuſmodi ludis intérſint.

FERIA TERTIA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 2. 15. *ad* 18.

TUlit Dóminus Deus hóminem, & póſuit eum in Paradíſo voluptátis, ut operarétur & cuſtodíret illum; præcepítque ei, dicens: Ex omni ligno Paradíſi cómede; de ligno autem ſciéntiæ boni & mali ne cómedas: in quocúnque enim die coméderis ex eo, morte moriéris. Dixit quoque Dóminus Deus: Non eſt bonum eſſe hóminem ſolum; faciámus ei adjutórium símile ſibi.

℟. Præcépit, 392.

Lectio ij. *v.* 19. *ad* 20.

FOrmátis ígitur Dóminus Deus de humo cunctis animántibus terræ, & univérſis volatílibus cœli, addúxit ea ad Adam, ut vidéret quid vocáret ea: omne enim quod vocávit Adam ánimæ vivéntis, ipſum eſt nomen ejus. Appellavítque Adam nomínibus ſuis cuncta animántia, & univérſa volatília cœli, & omnes beſtias terræ.

℟. Dixit ſerpens, 392.

Lectio iij. *v.* 20. *ad fin.*

ADæ verò non inveniebátur adjútor ſimilis ejus. Immíſit ergo Dóminus Deus ſopórem in Adam: cúmque obdormíſſet, tulit unam de coſtis ejus, & replévit carnem pro ea. Et ædificávit Dóminus Deus coſtam quam túlerat de Adam, in mulierem: & addúxit eam ad Adam. Dixítque Adam: Hoc nunc, os ex óſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocábitur Virágo, quóniam de viro ſumpta eſt. Quamóbrem relínquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærébit uxóri ſuæ: & erunt duo in carne una. Erat autem utérque nudus, Adam ſcílicet & uxor ejus: & non erubeſcébant.

℟. Sicut, 393.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1429. *cap.* 20.

PRovídeant Epíſcopi contra Cléricos qui depóſitis ſuis véſtibus in ludis, vel camíſiis in públicis locis ad palmam ludunt; quæ ómnia non bene convéniunt honeſtáti. Nam & per tália ſeculáres habent Cléricos in deriſum, & à devotióne retrahúntur.

FERIA QUARTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 7.

SEd & ſerpens erat callídior cunctis animántibus terræ, quæ fécerat Dóminus Deus. Qui dixit ad [...] rem: cur præcépit vobis ut non comederétis de ligno Paradíſi? Cui re[...] múlier: De fructu li[...] quæ ſunt in Paradíſo, ve[...] de fructu verò ligni quo [...] médio Paradíſi, præcépi[...] Deus ne comederémus [...] tangerémus illud, ne fo[...] riámur. Dixit autem ſer[...] mulíerem: nequáquam moriémini: ſcit enim [...] quòd in quocúnque die [...] déritis ex eo, aperiént[...] veſtri; & éritis ſicut di[...] tes bonum & malum. V[...] tur múlier quòd bon[...] lignum ad veſcéndum [...] crum óculis, aſpectu [...] lectábile: & tulit de f[...] lius, & comédit; dedi[...] ro ſuo, qui comédit. [...] ſunt óculi ambórum.

℟. Creávit Deus [...]

Lectio ij. *v.* 7. [...]

CUmque cognov[...] eſſe nudos, co[...] fólia ficûs, & fecé[...] perizómata. Et cùm [...] vocem Dómini Dei [...] lántis in Paradíſo a[...] poſt merídiem, abſc[...] Adam & uxor ejus à f[...] mini Dei in médio [...] radíſi. Vocavítque [...] Deus Adam, & dixit [...] es? Qui ait: Vocem t[...] dívi in Paradíſo; & ti[...] quòd nudus eſſem, & [...] di me. Cui dixit: Q[...] indicávit tibi quòd n[...]

ſi quòd ex lignò de quo
ræcéperam tibi ne comédees, comedíſti? Dixítque A-
am: Múlier quam dedíſti mihi
ciam, dedit mihi de ligno,
comédi. Et dixit Dóminus
eus ad mulíerem: Quare hoc
cíſti? Quæ reſpóndit: Ser-
ns decépit me, & comédi.

℟. Póſuit Deus, 391.

Lectio iij. *v.* 14. *ad* 20.

T ait Dóminus Deus ad
ſerpéntem: Quia fecíſti
oc, maledíctus es inter óm-
a animántia, & béſtias ter-
e: ſuper pectus tuum gra-
éris, & terram cómedes
nctis diébus vitæ tuæ. Ini-
icítias ponam inter te & mu-
erem, & ſemen tuum & ſe-
en illíus: ipſa cónteret ca-
it tuum, & tu inſidiáberis
lcáneo ejus. Mulíeri quo-
e dixit: Multiplicábo ærúm-
s tuas, & concéptus tuos:
dolóre páries fílios, & ſub
ri poteſtáte eris, & ipſe
minábitur tuî. Adæ verò
xit: Quia audíſti vocem
óris tuæ, & comedíſti de
gno ex quo præcéperam tibi
comédeіres, maledícta ter-
in ópere tuo; in labóribus
medes ex ea cunctis diébus
tæ tuæ. Spinas & tríbulos
rminábit tibi, & cómedes
erbam terræ. In ſudóre vul-
s tui veſcéris pane, donec
vertáris in terram de qua
mptus es: quia pulvis es,
in *púlverem revertéris. Et*
cávit Adam nomen uxóris
ſuæ, Heva: eò quòd mater
eſſet cunctórum vivéntium.

℟. Dignus es, 391.

CANON.

Ex Concílio Senonénſi.

An. 1528. *in decretis morum,*
cap. 25.

CLérici neque in público ludant pilâ, aut áliis ludis, máximè cum Láïcis. A ludo aleárum, aliíſque qui à ſorte pendent, abſtíneant; neque ludéntium fautóres, ſpectatóres, aut teſtes exíſtant.

FERIA QUINTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 3. 21. *ad fin.*

FEcit quoque Dóminus Deus Adæ & uxóri ejus túnicas pellíceas, & índuit eos; & ait: Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat étiam de ligno vitæ, & cómedat, & vivat in ætérnum. Et emíſit eum Dóminus Deus de Paradíſo voluptátis, ut operarétur terram, de qua ſumptus eſt. Ejecítque Adam; & collocávit ante Paradíſum voluptátis Chérubim, & flámmeum gládium atque verſátilem, ad cuſtodiéndam viam ligni vitæ.

℟. Præcépit, 392.

Lectio ij. *c.* 4. 1. *ad* 7.

ADam verò cognóvit uxórem ſuam Hevam, quæ concépit & péperit Caïn, dicens: Poſſédi hóminem

Deum. Rurſúmque péperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel paſtor óvium, & Caïn agrícola. Factum eſt autem poſt multos dies ut offérret Caïn de frúctibus terræ múnera Dómino: Abel quoque óbtulit de primogénitis gregis ſui, & de adípibus eórum: & reſpéxit Dóminus ad Abel, & ad múnera ejus; ad Caïn verò, & ad múnera illíus non reſpéxit: iratúſque eſt Caïn veheménter, & cóncidit vultus ejus. Dixítque Dóminus ad eum: Quare irátus es? & cur cóncidit fácies tua? Nonne ſi bene égeris, recípies; ſin autem malè, ſtatim in fóribus peccátum áderit? Sed ſub te erit appetítus ejus, & tu domináberis illíus.

℟. Dixit ſerpens, 392.

Lectio iij. *v.* 8. *ad* 12.

DIxítque Caïn ad Abel fratrem ſuum: Egrediámur foràs. Cúmque eſſent in agro, conſurréxit Caïn advérsùs fratrem ſuum Abel, & interfécit eum. Et ait Dóminus ad Caïn: Ubi eſt Abel frater tuus? Qui reſpóndit: Néſcio; Num cuſtos fratris mei ſum ego? Dixítque ad eum: Quid feciſti? vox ſánguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledíctus eris ſuper terram, quæ apéruit os ſuum, & ſuſcépit ſánguinem fratris tui de manu tua. Cùm *operátus fúeris* eam, non *dabit tibi fructus* ſuos; vagus & prófugus [illegible] terram.

℟. Sicut, 393.

C A N O N [illegible]

Ex Concílio Mexic[illegible]

An. 1585. *lib.* 3. *tit.* [illegible]

Clericis prohibitis, §. [illegible]

UT incómmoda & [illegible] la evitèntur, neq[illegible] públicè, aut privátim C[illegible] cum muliéribus, étiam [illegible] ſanguíneis, ludant.

FERIA SEXTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 4. 13. *ad* [illegible]

DIxit Caïn ad Dó[illegible]num: Major eſt [illegible] quitas mea, quàm [illegible] véniam mérear. Ecce [illegible] me hódie à fácie terræ, [illegible] fácie tua abſcóndar, & ero [illegible] gus & prófugus in terra; [illegible] nis ígitur qui invénerit me, occídet me. Dixítque ei Dóminus: Nequáquam ita fiet; ſed omnis qui occíderit Caïn, ſéptuplùm puniétur. Poſuítque Dóminus Caïn ſignum, ut non interfíceret eum omnis qui inveniſſet eum. Egreſſúſque Caïn à fácie Dómini, habitávit prófugus in terra ad orientálem plagam Eden.

℟. Creávit Deus, 390.

Lectio ij. *v.* 17. *ad* 22.

COgnóvit autem Caïn uxórem ſuam, quæ concépit, & péperit Henoch: & ædificávit civitátem, vocavítque nomen ejus ex nómine filii ſui, Henoch. Porrò Henoch génuit Irad, & Ir[illegible]

, & Maviaël
l, & Mathú-
ch. Qui accé-
, nomen uni
a álteri Sella.
Jabel, qui fuit
um in tentó-
órum. Et no-
: Jubal : ipſe
ntium cítharâ
a quoque gé-
, qui fuit mal-
a cuncta ópera
ror verò Tu-
a.
eus, 391.
v. 23. *ad fin.*
amech uxóri-
dæ & Sellæ :
neam, uxóres
áte ſermónem
iam occídi vi-
meum, &
in livórem
lùm últio dá-
le Lamech ve-
ties. Cognó-
ic Adam uxó-
éperit filium,
nen ejus Seth,
mihi Deus ſe-
bel quem oc-
l & Seth natus
vocávit Enos :
ocáre nomen

s, 391.
O N.
Aquileiénſi.
cap. 11.
& taxillórum
empus míſerâ

jucunditáte téritur, Cléricis ómnibus inhibémus ; multò verò grávius, ſi non modò lúſerint ipſi, ſed áliis ludéndi poteſtátem fécerint paráto loco, & doméſtico divertículo.

SABBATO.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 5. 1. *ad* 8.

HIc eſt liber generatiónis Adam. In die quâ creávit Deus hóminem, ad ſimilitúdinem Dei fecit illum. Máſculum & féminam creávit eos, & benedíxit illis : & vocávit nomen eórum Adam, in die quo creáti ſunt. Vixit autem Adam centum trigínta annis ; & génuit ad imáginem & ſimilitúdinem ſuam, vocavítque nomen ejus Seth. Et facti ſunt dies Adam poſtquam génuit Seth, octingénti anni ; genuítque fílios & fílias. Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongénti trigínta, & mórtuus eſt. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & génuit Enos. Vixítque Seth poſtquam génuit Enos, octingéntis ſeptem annis ; genuítque fílios & fílias. Et facti ſunt omnes dies Seth nongentórum duódecim annórum, & mórtuus eſt.

℟. Præcépit, 392.

Lectio ij. *v.* 19. *ad* 24.

ET vixit Jared poſtquam génuit Henoch, octingéntis annis ; & gé

& filias. Et facti ſunt omnes dies Jared nongénti ſexagínta duo anni, & mórtuus eſt. Porrò Henoch vixit ſexagínta quinque annis, & génuit Mathúſalam. Et ambulávit Henoch cum Deo; & vixit poſtquam génuit Mathúſalam, trecéntis annis; & génuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Henoch trecénti ſexagínta quinque anni. Ambulavítque cum Deo; & non appáruit, quia tulit eum Deus.

℟. Dixit ſerpens, 392.

Lectio iij. *v.* 25. *ad* 31.

VIxit quoque Mathúſala centum octogínta ſeptem annis, & génuit Lamech. Et vixit Mathúſala poſtquam génuit Lamech, ſeptingéntis octogínta duóbus annis, & génuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathúſala nongénti ſexagínta novem anni, & mórtuus eſt. Vixit autem Lamech centum octogínta duóbus annis, & génuit filium; vocavítque nomen ejus Noë, dicens: Iſte conſolábitur nos ab opéribus & labóribus mánuum noſtrárum, in terra cui maledíxit Dóminus. Vixítque Lamech poſtquam génuit Noë, quingéntis nonagínta quinque annis; & génuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingénti ſeptuagínta ſeptem anni, & mórtuus eſt.

℟. *Sicut per inobediéntiam*, 393.

CANON
Ex Concílio Narbon
An. 1609. *cap.* 41
CLérici non ludant t
téſſeris, chartis, au
ludo prohíbito vel indec
præſértim públicè; ut ſi
in ómnibus non ſolo
promptióres eos reddi
líberè in hoc peccátum
guéndum.

AD VESPERA
Capitulum. *Sap.* 1
AB inítio cùm peri
pérbi gigántes, ſp
bis terrárum ad ratem
gens, remíſit ſéculo
nativitátis, quæ manu
Pater, erat gubernáta.
Hymnus, O ſempi
℣. Séptíes, *in Pſalterio*
Ad Magníficat, *An*
Noë invéntus eſt per
juſtus, & in témpore
diæ factus eſt recon
Eccli. 44. 17.
Oratio, Deus, qui
cis, *infrà in Laudibus*

DOMINICA
in Sexageſima.
IN I. NOCTURN
De libro Géneſi
Lectio j. *c.* 6. 1
CUm cœpiſſent
nes multiplicá
terram, & fili
creáſſent, vidéntes f
filias hóminum quò
pulcræ, accepérunt ſi
res ex ómnibus qua
rant. Dixítque Deus
permanébit ſpíritus

:érnum, quia caro
ıe dies illíus cen-
annórum. Gigán-
tant ſuper terram
s. Poſtquam enim
ſilii Dei ad fílias
llæque genuérunt,
:ntes à ſǽculo viri

)ta eſt terra córam
ixit Deus ad Noë:
terra iniquitáte,
am hómines cum
;. 11. 13. ℣. Dixit
pœnitentiam non
nes peribitis. *Luc.*
:t dixit.

v. 5. ad 14.

utem Deus quòd
malítia hóminum
ı, & cuncta cogi-
inténta eſſet ad
i témpore, pœni-
òd hóminem fe-
a. Et tactus doló-
rínſecùs: Delébo,
inem quem creá-
erræ; ab hómine
imántia, à réptili
lucres cœli: pœ-
e feciſſe eos. Noë
t grátiam coram
æ ſunt generatió-
oë vir juſtus atque
it in generatióni-
m Deo ambulávit.
res filios, Sem,
apheth. Corrúpta
ra coram Deo, &
iquitáte. Cúmque
s terram eſſe cor-
nis quippe caro

corrúperat viam ſuam ſuper terram) dixit ad Noë: Finis univérſæ carnis venit coram me: repléta eſt terra iniquitáte à fácie eórum, & ego diſpérdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis levigátis: manſiúnculas in arca fácies, & bitúmine línies intrínſecùs & extrínſecùs.

℟. Fide Noë, reſpónſo accépto de iis quæ adhuc non videbántur, * Métuens aptávit arcam in ſalútem domûs ſuæ, per quam damnávit mundum. *Hebr.* 11. 7. ℣. Dixit Deus ad Noë: Finis univérſæ carnis venit coram me; fac tibi arcam de lignis levigátis. *Gen.* 6. 13. 14. * Métuens.

Lectio iij. v. 22. & c. 7. 1. ad 5.

FEcit ígitur Noë ómnia quæ præcéperat illi Deus; Dixítque Dóminus ad eum: Ingrédere tu, & omnis domus tua in arcam; te enim vidi juſtum coram me in generatióne hac. Ex ómnibus animántibus mundis tolle ſepténa & ſepténa, máſculum & féminam: de animántibus verò immúndis duo & duo, máſculum & féminam. Sed & de volatílibus cœli ſepténa & ſepténa, máſculum & féminam; ut ſalvétur ſemen ſuper fáciem univérſæ terræ. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadragínta diébus & quadragínta nóctibus: & delébo omnem ſubſtántiam quam feci,

*Gen.*7.19.23.℣.Deus octávum Noë juſtítiæ præcónem cuſtodívit, dilúvium mundo impiórum indúcens. 2.*Petr.*2.5.* Remánſit. Glória. * Remánſit.

In II. Nocturno.

Ex libro ſancti Auguſtíni epíſcopi, de catechizándis rúdibus.

Lectio iv. §. 30.

QUidquid homo fécerit, laudábilem in ſuis factis ínvenit Deum: Si rectè égerit, laudábilem ínvenit per juſtítiam præmiórum: ſi peccáverit, laudábilem ínvenit per juſtítiam ſuppliciórum: ſi peccáta conféſſus ad rectè vivéndum redíerit, laudábilem ínvenit per miſericórdiam indulgentiárum. Cur ergo non fáceret Deus hóminem, quam-

N vio delévit, exc
juſto cum ſuis, quos
ſervári vóluit, nóve
dem quòd non ſe c
eſſent: verúntamen
centum annos arca
eſt, prædicabátur ú
ira Dei ventúra ſupe
ſi converteréntur ad
párceret eis, ſicut pe
ſtea Nínive civitáti a
niténtiam, cùm ei pe
tam futúrum intéri
nuntiáſſet. Hoc au
Deus, étiam illis q
in malítia perſeverat
pœniténdi ſpátium
ſtram patiéntiam exé
infórmet exémplo ſ

℟. Egréſſus Noë
ædificávit altáre Dó
óbtulit holocaúſta; *

us ſéculi ſubmer-
it. Neque enim
pat, quòd étiam
rant in arca ſer-
erant mali, qui
niquitátibus íte-
it: ſed tamen, &
úri judícii dedit,
liberatiónem li-
prænuntiávit.
s: Arcum meum
ibus, & erit ſi-
inter me, & in-
Et † Non erunt
ilúvii ad delén-
n carnem. *Gen.*
Deus mundum
ſibi, póſuit in
n reconciliatió-
. 19. * Et non.
n erunt.

OCTURNO.

Evangélii ſecún-
Lucam.
c. 8. 4. *ad* 15.
pore; Cùm tur-
convenírent, &
properárent ad
: per ſimilitúdi-
i ſéminat ſemi-
um. Et réliqua.
ncti Gregórii
pæ.
Evang. hab. in
, Dom. Sexag.
cti Evangélii,
dò, fratres ca-
is, expoſitióne
d admonitióne.
per ſemetípſam
t, hanc diſcú-
ragílitas non

præſúmat. Sed eſt quod ſollí- citè in hac ipſa expoſitióne Domínica penſáre debeámus: quia ſi nos vobis ſemen ver- bum, agrum mundum, vólu- cres dæmónia, ſpinas divítias ſignificáre dicerémus; ad cre- déndum nobis mens fórſitan veſtra dubitáret. Unde & idem Dóminus per ſemetípſum di- gnátus eſt expónere quod di- cébat, ut ſciátis rerum ſignifi- catiónes quærere in his étiam quæ per ſemetípſum nóluit explanáre.

℟. Dixit Jeſus per ſimilitú- dinem: Exiit qui ſéminat, ſe- mináre ſemen ſuum; & áliud * Semen cécidit in terram bo- nam, & ortum fecit fructum céntuplum. *Luc.* 8. 4. 5. 8. ℣. Sic erit verbum quod egre- diétur de ore meo: non rever- tétur ad me vácuum, ſed fá- ciet quæcúnque vólui. *Iſai.* 55. 11. * Semen.

Lectio viij.

EXponéndo ergo quod di- xit, figuráte ſe loqui in- nótuit: quátenus certos nos rédderet, cùm vobis noſtra fragílitas verbórum illíus fi- gúras aperíret. Quis enim mi- hi unquam créderet, ſi ſpinas divítias interpretári voluíſ- ſem; máximè cùm illæ pun- gant, iſtæ deléctent? Et ta- men ſpinæ ſunt; quia cogita- tiónum ſuárum mentem pun- ctiónibus lácerant, & cùm uſ- que ad peccátum pertrahunt, quaſi inflícto vúlnere cru

tant. Quas bene hoc in loco, álio Evangeliſtâ atteſtánte, nequáquam Dóminus divítias, ſed falláces divítias appéllat.

℟. Vobis datum eſt noſſe myſtéria regni cœlórum: illis autem non eſt datum. * Ideo in parábolis loquor eis; quia vidéntes non vident. *Matt.* 13. 11. 13. ℣. Dixit Dóminus: Excæca cor pópuli hujus, & óculos ejus claude, ne fortè vídeant óculis ſuis, & ſanem eum. *Iſai.* 6. 10. * Ideo.

Lectio ix.

FAlláces enim ſunt, quæ nobíſcum diu permanére non poſſunt: falláces ſunt, quæ mentis noſtræ inópiam non expéllunt. Solæ autem divítiæ veræ ſunt, quæ nos dívites virtútibus fáciunt. Si ergo, fratres cariſſimi, eſſe dívites cúpitis, veras divítias amáte. Si culmen veri honóris quæritis, ad cœléſte regnum téndite. Si glóriam dignitátum dilígitis, in illa ſupérna Angelórum cúria aſcríbi feſtináte. Verba Dómini quæ aure percípitis, mente retinéte. Cibus enim mentis eſt ſermo Dei. Et quaſi accéptus cibus, ſtómacho languénte rejícitur, quando audítus ſermo in ventre memóriæ non tenétur. Sed quiſquis aliménta non rétinet, hujus profécto vita deſperátur.

℟. Sicut terra profert germen ſuum, * Et ſicut hortus ſemen ſuum gérminat, ſic

† Dóminus Deus gen
juſtítiam. *Iſai.* 61. 11.
eſt regnum Dei, quen
dum ſi homo jáciat ſen
in terram; & ſemen
net, & incréſcat. *Mar*
27. * Et ſicut. Glória.
℟. Sicut, *uſque ad* ℣. e

AD LAUD
MATUTINA

℣. *Sacerdotalis*,
Dóminus, & laudábili
℟. Et magnitúdinis e
eſt finis. *Pſ.* 144 3.

Capitulum. *Iſai.* 5

IN miſericórdia ſe
miſértus ſum tuî,
démptor tuus Dómin
in diébus Noë iſtud
cui jurávi ne indúcer
Noë ultrà ſuper ter
jurávi ut non iráſcar

Hymnus, Ætérne
℣. Prævenérunt, *in*
Ad Benedíctus, *A*
Qui ſecus viam, hi
aúdiunt; & diábolus
bum de corde eórun
pra petram, hi ra
habent: ad tempus
& in témpore tenta
cédunt. *Luc.* 8. 12.

Oratio.

DEus, qui cóní
ex nulla noſt
confidimus; concé
tius, ut contra ad
nia, grátiæ tuæ p
muniámur; Per D

AD HORAS, *Omni*
in Septuag. 395. præ
tia. Orat. Deus, q

O N.
Aurelianénſi
to.
can. 2.
:nimus obſer-
ut Quadragé-
ıs Eccléſiis æ-
r;neque Quin-
t Sexagéſimam
libet Sacérdos
re. Sed neque
ıue infirmitáte
t Quadragéſi-
niſi tantùm die
deat ; quod ſic
Patrum ſtatúta

PERAS.
ı. *Petr.* 3. 20.
i, id eſt, octo
factæ ſunt per
& vos nunc
lvos facit bap-

ıcis Creátor,
ı *Pſalt.* 26.
ıt, *Ant.* 1. *D.*
s cécidit, hi
itudínibus, &
uptátibus vitæ
ıur ; quod au-
onam, hi ſunt
ıno & óptimo
ıt, & fructum
éntia. *Luc.* 8.

CUNDA.
Géneſis.
7. 10. *ad* 14.
ſiſſent ſeptem
æ dilúvii inun-
ſuper ter-

ram. Anno ſexcenteſimo vitæ Noë, menſe ſecúndo, ſéptimo décimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataráctæ cœli apértæ ſunt : & facta eſt plúvia ſuper terram quadragínta diébus & quadragínta nóctibus. In artículo diéi illíus ingréſſus eſt Noë, & Sem, & Cham, & Japheth, fílii ejus, uxor illíus, & tres uxóres filiórum ejus cum eis, in arcam : ipſi & omne ánimal ſecúndum genus ſuum.

℟. Corrúpta eſt, 403.

Lectio ij. *v.* 17. *ad* 21.

FActúmque eſt dilúvium quadragínta diébus ſuper terram ; & multiplicátæ ſunt aquæ, & elevavérunt arcam in ſublíme à terra. Vehementer enim inundavérunt ; & ómnia replevérunt in ſuperfície terræ : porrò arca ferebátur ſuper aquas. Et aquæ prævaluérunt nimis ſuper terram : opertíque ſunt omnes montes excélſi ſub univérſo cœlo. Quíndecim cúbitis áltior fuit aqua ſuper montes quos operúerat. Conſumptáque eſt omnis caro quæ movebátur ſuper terram.

℟. Fide Noë, 403.

Lectio iij. *c.* 8. 1. *ad* 5.

REcordátus autem Deus Noë, cunctorúmque animántium, & ómnium jumentórum quæ erant cum eo in arca, addúxit ſpíritum ſuper terram, & imminútæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes aby-

ibant & decreſcébant uſque ad décimum menſem ; décimo enim menſe, primâ die menſis, apparuérunt cacúmina móntium.

℟. Aquæ, 404.

CANON.

Ex Concílio Toletáno.

An. 589. *cap.* 7.

PRo reveréntia Dei Sacerdótum, id univérſa ſancta conſtítuit Synodus, ut quia ſolent crebrò menſis otióſæ fábulæ interpóni, in omni Sacerdotáli convívio léctio Scripturárum divinárum miſceátur.

FERIA TERTIA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 8. 6. *ad* 12.

CUm tranſíſſent quadragínta dies, apériens

ergo Noë quòd ceſſáſſe[...] ſuper terram. Expect[...] nihilóminus ſeptem áli[...] & emíſit colúmbam, q[...] eſt revérſa ultrà ad e[...]

℟. Neſcit homo, [...]

Lectio ij. *v.* 14.

MEnſe ſecúndo, [...] & vigéſimo die [...] arefácta eſt terra. Lo[...] autem Deus ad Noë, [...] Egrédere de arca, tu [...] tua, fílii tui, & uxó[...] rum tuórum tecum. [...] animántia quæ ſunt a[...] ex omni carne, tam [...] tílibus quàm in béſtiis [...] vérſis reptílibus quæ [...] ſuper terram, educ te[...] ingredímini ſuper t[...] créſcite, & multiplicá[...] per eam. Egréſſus [...]

)óminus odórem ſua-
& ait : Nequáquam
ledícam terræ propter
; ſenſus enim & co-
ıumáni cordis in ma-
ıa ſunt ab adoleſcén-

ʒréſſus Noë, 404.
ij. *c. 9. 1. ad 6.*
dixítque Deus Noë,
liis ejus ; & dixit ad
éſcite, & multiplicá-
repléte terram. Et ter-
r ac tremor ſit ſuper
nimália terræ, & ſu-
ɜs vólucres cœli, cum
quæ movéntur ſuper
omnes piſces maris
eſtræ tráditi ſunt. Et
òd movétur & vivit,
; in cibum : quaſi óle-
ia trádidi vobis óm-
:épto quòd carnem
ʒuine non comedétis.
:m enim animárum
n requíram de manu
m beſtiárum ; & de
minis, de manu viri,
ejus, requíram áni-
ninis. Quicúnque ef-
ımánum ſánguinem,
ſanguis illíus ; ad
ı quippe Dei factus
›.

ixit Deus, 405.

ANON.

ıcílio Mediolanénſi primo.

. part. 2. cap. 19. de
iſcopi menſa.
›eátur in Epíſcopi
ı léctio ſacrórum

librórum ; ut convívæ non ſolùm córporis cibo, ſed étiam épulis ánimæ recreári poſſint.

FERIA QUARTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c. 9. 12. ad 15.*

DIxit Deus : Hoc ſignum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem ánimam vivéntem, quæ eſt vobíſcum in generatiónes ſempitérnas : Arcum meum ponam in núbibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram. Cúmque obdúxero núbibus cœlum, apparébit arcus meus in núbibus : & recordábor fœderis mei vobíſcum, & cum omni ánima vivénte quæ carnem végetat : & non erunt ultrà aquæ dilúvii ad deléndum univérſam carnem.

℟. Corrúpta eſt, 403.

Lectio ij. *v. 18. ad 23.*

ERant ergo fílii Noë qui egréſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Japheth : porrò Cham ipſe eſt pater Chánaan. Tres iſti filii ſunt Noë : & ab iis diſſeminátum eſt omne genus hóminum ſuper univérſam terram. Cœpítque Noë vir agrícola exercére terram, & plantávit víneam. Bibénſque vinum inebriátus eſt, & nudátus in tabernáculo ſuo. Quod cùm vidíſſet Cham pater Chánaan, verénda ſcílicet patris ſui eſſe nudáta, nuntiávit duóbus frátribus ſuis foràs. At verò Sem & Japheth pállium

impoſuérunt húmeris ſuis, & incedéntes retrórsùm operuérunt verénda patris ſui; faciéſque eórum avérſæ erant, & patris virília non vidérunt.

℟. Vide Noë, 403.

Lectio iij. *v.* 24. *ad fin.*

EVigilans autem Noë ex vino, cùm didiciſſet quæ fécerat ei filius ſuus minor, ait: Maledíctus Chánaan, ſervus ſervórum erit frátribus ſuis. Dixítque: Benedíctus Dóminus Deus Sem; ſit Chánaan ſervus ejus. Dilátet Deus Japheth, & hábitet in tabernáculis Sem, ſitque Chánaan ſervus ejus. Vixit autem Noë poſt dilúvium trecéntis quinquagínta annis, & impléti ſunt omnes dies ejus nongentórum quinquagínta annórum, & mórtuus eſt.

℟. Aquæ, 404.

C A N O N.

Ex Concílio Aquileïénſi.

An. 1596. *cap.* 11.

COnvívia, & nímiam Laïcórum familiaritátem, multárum offenſiónum & ſcandalórum oríginem, debent Clérici in quocúnque gradu conſtitúti declináre ac fúgere.

FERIA QUINTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 11. 1. *ad* 9.

ERat autem terra lábii uníus, & ſermónum eorúmdem. Cúmque proficiſceréntur de Oriénte, invenérunt campum in terra ... & habitavérunt in

eo. Dixítque al...
mum ſuum: Ve...
láteres, & coqu...
Habuerúntque l...
xis, & bitúmen p...
& dixérunt: Ven...
nobis civitátem ...
jus culmen pert...
lum: & celebr...
noſtrum ántequ...
in univérſas terr...
autem Dóminus ...
vitátem & turri...
ficábant filii Ad...
Ecce, unus eſt ...
unum lábium ó...
perúntque hoc fá...
ſiſtent à cogitat...
donec eas óper...
Veníte ígitur, ...
& confundámus ...
eórum; ut no...
quíſque vocem ...
Atque ita divíſ...
ex illo loco ...
ras, & ceſſav...
civitátem. Et ...
eſt nomen e...

℟. Neſcit ...

Lectio ij.

HÆ ſun... nes T...
Abram, N...
Porrò Ara...
tuúſque e...
patrem ſu...
tis ſuæ, ...
Duxérun...
Nachor ...
ris Abr...
uxóris ...
Aran

utem Sáraï ſté-
bat líberos. Tu-
e Abram fílium
t fílium Aran,
, & Sáraï nu-
ıxórem Abram
lúxit eos de Ur
, ut irent in
ıan: venerúnt-
ıran, & habita-
r facti ſunt dies
órum quinque
mórtuus eſt in

; Noë, 404.

c. 12. 1. ad 5.

em Dóminus ad
Egrédere de ter-
cognatióne tua,
ıtris tui; & veni
ıam monſtrábo
ıe te in gentem
benedícam tibi,
nomen tuum,
díctus. Benedí-
ntibus tibi, &
aledicéntibus ti-
te benedicéntur
natiónes terræ.
taque Abram,
at ei Dóminus,
Lot. Septuagín-
ınórum erat A-
ederétur de Ha-
Sáraï uxórem
t fílium fratris
ıque ſubſtántiam
rant, & ánimas
in Haran: &
irent in terram

eus, 405.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi.
An. 816. lib. 1. cap. 94. de vita Clericorum.

FAcíliùs contémnitur Cléricus qui ſæpe vocátur ad prándium, & non recúſat. Nunquam peténtes, raró accipiámus rogáti.

FERIA SEXTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. c. 13. 12. ad fin.

ABram habitávit in terra Chánaan: Lot verò morátus eſt in óppidis quæ erant circa Jordánem, & habitávit in Sódomis. Hómines autem Sodomítæ péſſimi erant, & peccatóres coram Dómino nimis. Dixítque Dóminus ad Abram, poſtquam divíſus eſt ab eo Lot: Leva óculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilónem & Merídiem, ad Oriéntem & Occidéntem: omnem terram, quam cónſpicis, tibi dabo & ſémini tuo uſque in ſempitérnum. Faciámque ſemen tuum ſicut púlverem terræ: ſi quis poteſt hóminum numeráre púlverem terræ, ſemen quoque tuum numeráre póterit. Surge, & perámbula terram in longitúdine & in latitúdine ſua; quia tibi datúrus ſum eam. Movens ígitur tabernáculum ſuum Abram, venit & habitávit juxta convállem Mambre, quæ eſt in Hebron: ædificavítque ibi altáre Dómino.

℟. Corrúpta eſt, 403.

Lectio ij. *c.* 14. 14. *ad* 20.

CUm audiſſet Abram captum Lot fratrem ſuum, numerávit expedítos vernáculos ſuos trecéntos decem & octo; & perſecútus eſt uſque Dan. Et divíſis ſóciis, írruit ſuper eos nocte: percuſsítque eos, & perſecútus eſt eos uſque Hoba, quæ eſt ad lævam Damáſci. Reduxítque omnem ſubſtántiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtántia illíus, mulíeres quoque & pópulum. Egréſſus eſt autem rex Sodomórum in occúrſum ejus, poſtquam revérſus eſt à cæde Chodorláhomor, & regum qui cum eo erant in valle Save, quæ eſt vallis regis. At verò Melchíſedech rex Salem, próferens panem & vinum, (erat enim ſacérdos Dei altíſſimi) benedíxit ei, & ait: Benedíctus Abram Deo excélſo, qui creávit cœlum & terram: & benedíctus Deus excélſus, quo protegénte, hoſtes in mánibus tuis ſunt. Et dedit ei décimas ex ómnibus.

℟. Fide Noë, 403.

Lectio iij. *c.* 17. 1. *ad* 5.

POſtquam verò nonagínta & novem annórum eſſe cœperat, appáruit ei Dóminus, dixítque ad eum: Ego Deus omnípotens; ámbula coram me, & eſto perféctus. Ponámque fœdus meum inter me & te, & multiplicábo te veheménter nimis. Cécidit Abram pronus in fáciem. Dixítque ei Deus: Ego ſum, & pactum meum tecum, erísque pater multárum géntium. Nec ultrà vocábitur nomen tuum Abram; ſed appelláberis Abraham; quia patrem multárum géntium conſtítui te ... Dixit quoque Deus ad Abraham: Sárai uxórem tuam non vocábis Sárai, ſed Saram.

℟. Aquæ, 404.

C A N O N.

Ex Concílio Autiſſiodorénſi.

An. 578. *can.* 40.

NOn licet Preſbytero inter épulas cantáre vel ſaltáre.

S A B B A T O.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 19. 1. *ad* 5.

VEnérunt duo Angeli Sódomam véſperè, & ſedénte Lot in fóribus civitátis. Qui cùm vidíſſet eos, ſurréxit, & ivit óbviàm eis; adoravítque pronus in terram, & dixit: Obſecro, dómini, declináte in domum púeri veſtri, & manéte ibi: laváte pedes veſtros, & manè proficiſcémini in viam veſtram. Qui dixérunt: Mínimè, ſed in platéa manébimus. Cómpulit illos óppidò ut divérterent ad eum: ingreſsíſque domum illíus fecit convívium, & coxit ázyma: & comedérunt. Priùs autem quàm irent cúbitum, viri civitátis vallavérunt domum à púero uſque ad ſenem, omnis pópulus ſimul. Vocavéruntque Lot, & dixérunt ei:

›i ſunt viri qui introiérunt
te nocte? educ illos huc,
cognoſcámus eos.
℟. Neſcit homo, 404.
.ectio ij. *v. 9. ad* 17.
VIm faciébant Lot vehementíſſimè; jamque prope
erat ut effríngerent fores.
ecce miſérunt manum viri,
introduxérunt ad ſe Lot,
ıuſerúntque óſtium. Et eos,
i forìs erant, percuſſérunt
citáte à mínimo uſque ad
ıximum, ita ut óſtium innire non poſſent. Dixérunt
tem ad Lot: Habes hìc
émpiam tuórum? génerum,
: filios, aut filias? omnes
i tui ſunt, educ de urbe hac:
lébimus enim locum iſtum,
quòd incréverit clamor eó-
n coram Dómino, qui miſit
s ut perdámus illos. Egréſ-
: ítaque Lot, locútus eſt ad
neros ſuos qui acceptúri
ınt filias ejus, & dixit: Súr-
e, egredímini de loco iſto;
ia delébit Dóminus civitá-
n hanc. Et viſus eſt eis quaſi
lens loqui. Cúmque eſſet
ınè, cogébant eum Angeli,
›éntes: Surge, tolle uxórem
ım, & duas filias quas ha-
s; ne & tu páriter péreas in
lère civitátis. Diſſimulánte
›, apprehendérunt manum
ıs, & manum uxóris, ac
árum filiárum ejus, eò quòd
rceret Dóminus illi. Edu-
:úntque eum, & poſuérunt
ra civitátem.
℟. *Egréſſus Noë*, 404.

Lectio iij. *v. 24. ad* 29.

IGitur Dóminus pluit ſuper Sódomam & Gomórrham ſulfur & ignem à Dómino de cœlo: & ſubvértit civitátes has, & omnem circa regiónem, univérſos habitatóres úrbium, & cuncta terræ viréntia. Reſpiciénſque uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtátuam ſalis. Abraham autem conſúrgens manè, ubi ſtéterat priùs cum Dómino, intúitus eſt Sódomam & Gomórrham, & univérſam terram regiónis illíus; vidítque aſcendéntem favíllam de terra quaſi fornácis fumum. Cùm enim ſubvérteret Deus civitátes regiónis illíus, recordátus Abrahæ, liberávit Lot de ſubverſióne úrbium in quibus habitáverat.

℟. Dixit Deus, 405.

C A N O N.

Ex Concílio Carthaginénſi quarto.

An. 398. *cap.* 60. 62.

CEnſet ſancta Synodus Cléricum ſcúrrilem, & verbis túrpibus joculárem, ab offício retrahéndum. Cléricum inter épulas cantántem, excommunicándum.

AD VESPERAS.

Capitulum. *Judith* 8. 22.

MEmores eſſe debent, quómodo pater noſter Abraham tentátus eſt, & per multas tribulatiónes probátus, Dei amícus efféctus eſt.

Hymnus, O ſempitérna,
℣. Sépties, in Pſalterio, 136.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Fide Abraham demorátus eſt in terra repromiſſiónis, tanquam in aliéna, in cáſulis habitándo; expectábat enim fundaménta habéntem civitátem, cujus ártifex & cónditor Deus. *Hebr.* 11. 9. 10.

Oratio, Preces noſtras, *infrà in Laudibus.*

DOMINICA *in Quinquageſima.*

In I. Nocturno.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 21. 1. *ad* 7.

VIſitávit Dóminus Saram ſicut promíſerat; & implévit quæ locútus eſt. Concepítque & péperit filium in ſenectúte ſua, témpore quo prædíxerat ei Deus. Vocavítque Abraham nomen filii ſui, quem génuit ei Sara, Iſaac: & circuncídit eum octávo die, (ſicut præcéperat ei Deus) cùm centum eſſet annórum; hâc quippe ætáte patris, natus eſt Iſaac. Dixítque Sara: Riſum fecit mihi Deus; quicúnque audíerit, corridébit mihi. Rurſúmque ait: Quis auditúrum créderet Abraham, quòd Sara lactáret filium, quem péperit ei jam ſeni?

℟. Dixit Dóminus ad Abram: Egrédere de cognatióne tua, & veni in terram quam monſtrábo tibi. Egréſſus eſt ítaque Abram, * Tulítque Sárai uxórem ſuam, & Lot filium fratris ſui, univerſámque ſubſtántiam quam poſſíderant. *Gen.* 12. 1. 4. 5. ℣. Fide Abraham obedívit in locum exíre, quem acceptúrus erat in hereditátem; & exiit, néſciens quò iret. *Hebr.* 11. 8. * Tulítque.

Lectio ij. *c.* 22. 1. *ad* 6.

TEntávit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille reſpóndit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum unigénitum, quem díligis, Iſaac; & vade in terram viſiónis; atque ibi ófferes eum in holocaúſtum ſuper unum móntium quem monſtrávero tibi. Igitur Abraham de nocte conſúrgens ſtravit áſinum ſuum, ducens ſecum duos júvenes, & Iſaac filium ſuum. Cúmque concidiſſet ligna in holocaúſtum, âbiit ad locum quem præcéperat ei Deus. Die autem tértio, elevátis óculis, vidit locum procul; dixítque ad púeros ſuos: Expectáte hic cum áſino: ego & puer illuc uſque properántes, poſtquam adoravérimus, revertémur ad vos. Tulit quoque ligna holocaúſti, & impóſuit ſuper Iſaac filium ſuum; ipſe verò portábat in mánibus ignem & gládium.

℟. Fide Sara ſtérilis virtútem in conceptiónem accépit, étiam præter tempus ætátis: * Quóniam fidélem crédidit eſſe eum qui repromíſerat. *Hebr.* 11. 11. ℣. Péperit Sara filium in ſenectúte ſua, tem-

pore quo prædixerat ei Deus. *Gen.* 21. 2. * Quóniam.

Lectio iij. *v.* 8. *ad* 13.

PErgébant ergo páriter; & venérunt ad locum quem oſténderat ei Deus, in quo ædificávit altáre, & déſuper ligna compóſuit: cúmque alligáſſet Iſaac fílium ſuum, póſuit eum in altáre ſuper ſtruem lignórum. Extendítque manum, & arrípuit gládium, ut immoláret fílium ſuum. Et ecce Angelus Dómini de cœlo clamávit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpóndit: Adſum. Dixitque ei: Non exténdas manum tuam ſuper púerum, neque fácias illi quidquam: nunc cognóvi quòd times Deum, & non pepercíſti unigénito fílio tuo propter me. Levávit Abraham óculos ſuos, vidítque poſt tergum aríetem inter vepres hæréntem córnibus, quem aſſúmens óbtulit holocaúſtum pro fílio.

℟. Fide óbtulit Abraham Iſaac, cùm tentarétur, * Et † Unigénitum offerébat, qui ſuſcéperat repromiſſiónes. *Hebræor.* 11. 17. ℣. Exténdit manum, & arrípuit gládium, ut immoláret fílium ſuum. *Gen.* 22. 10. * Et unigénitum. Glória. † Unigénitum.

In II. Nocturno.

Ex libro ſancti Auguſtíni epíſcopi de Civitáte Dei.

Lectio iv. *Lib.* 16. *cap.* 32. §. 1.

DIxerat Abrahæ Deus: ... [*In Iſaac vocábitur tibi* ſemen ...] Hanc promiſſiónem pater pius fidéliter tenens, quia per hunc oportébat impléri, quem Deus jubébat occídi, non hæſitávit quòd ſibi reddi póterat immolátus, qui dari pótuit non ſperátus. Sic intelléctum eſt & in Epíſtola ad Hebræos, & ſic expóſitum. [Fide] inquit [præcéſſit Abraham in Iſaac tentátus; & únicum óbtulit, qui promiſſiónes ſuſcépit, ad quem dictum eſt: In Iſaac vocábitur tibi ſemen: cógitans quia & ex mórtuis excitáre poteſt Deus.]

℟. Vocávit Angelus Dómini Abraham de cœlo, dicens: Quia non pepercíſti fílio tuo unigénito propter me, * Benedicéntur in ſémine tuo omnes gentes terræ. *Gen.* 22. 15. 16. 18. ℣. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiónes, & ſémini ejus. Non dicit: Et ſemínibus, ſed ſémini tuo, qui eſt Chriſtus. *Gal.* 3. 16. * Benedicéntur.

Lectio v.

PRoínde áddidit: [Pro hoc étiam eum & in ſimilitúdinem addúxit.] Cujus ſimilitúdinem, niſi illíus de quo dicit idem Apóſtolus: [Qui próprio Fílio non pepércit, ſed pro nobis ómnibus trádidit illum?] Proptérea & Iſaac, ſicut Dóminus crucem ſuam, ita ſibi ligna ad victimæ locum, quibus fúerat imponéndus, ipſe portávit. Poſtrémò quia Iſaac occídi non oportébat, poſtéaquam eſt pater ferire

prohibitus, quis erat ille áries, quo immoláto implétum eſt ſignificatívo ſánguine ſacrifícium ? Nempe quando eum vidit Abraham, córnibus in frútice tenebátur. Quis ergo illo figurabátur, niſi Jeſus, ántequam immolarétur ſpinis Judáicis coronátus ?

℟. Appáruit Iſaac Dóminus, & ait : Benedícam tibi, complens juraméntum quod ſpopóndi Abraham patri tuo : * Et benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ. *Gen.* 26. 2. 3. 4. ℣. Non omnes qui ex Iſraël ſunt, ii ſunt Iſraëlítæ; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii; ſed in Iſaac vocábitur tibi ſemen. *Rom.* 9. 6. 7.* Et benedicéntur.

Lectio vj. § 2.

ET vocávit Angelus Dómini Abraham ſecúndò de cœlo, dicens : Per memetípſum jurávi, dicit Dóminus, propter quod fecíſti verbum hoc, & non pepercíſti fílio tuo dilécto propter me, niſi benedícens benedícam te, & multíplicans multiplicábo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & tanquam arénam quæ eſt juxta lábium maris. Et hereditáte poſſidébit ſemen tuum civitátes adverſariórum ; & benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ ; quia obaudíſti vocem meam.] Hoc modo eſt illa de vocatióne gentium in sémine Abrahæ, poſt holocauſtum, quo ſignificátus eſt Chriſtus, étiam juratióne Dei . . . máta promíſſio. Sæpe e . . . promíſerat, ſed nunquam . . . ráverat. Quid autem eſt . . . veri veracíſque jurátio, . . . promíſſi confirmátio, & i . . . délium quædam increpáti . . .

℟. Vidit Jacob Dómin . . . dicéntem ſibi : * Erit ſe . . . tuum quaſi pulvis terræ . . . † Benedicéntur in te, & i . . . mine tuo cunctæ tribus te . . . *Gen.* 28. 12. 13. 14. ℣. Ju . . . vit per ſemetípſum : Niſi . . . nedícens benedícam te, . . . multíplicans multiplicábo . . . *Hebr.* 6. 13. 14.* Erit. Gló . . . † Benedicéntur.

IN III. NOCTURN . . .

Léctio ſancti Evangélii ſec . . . dùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 18. 31. *ad* . . .

IN illo témpore ; Aſſúm . . . Jeſus duódecim, & ait i . . . Ecce aſcéndimus Jeroſ . . . mam, & conſummabúntur . . . nia, quæ ſcripta ſunt per . . . phétas de Fílio hóminis. . . . réliqua.

Homília ſancti Auguſtí . . . epíſcopi.

Serm. 349. *de Caritate,* . . . *Cæco illuminato*, §. 5. *Aliàs Serm.* 52. *de Tempo* . . .

MIſerére meî, Fili Da . . . Clamábat cæcus Ch . . . tranſeúnte. Metuébat eni . . . transíret, & non ſanáret . . . quantùm clamábat ? Ut t . . . prohibénte non tacéret. . . . contradictórem, ténuit Sa . . . tórem. Obſtrepéntibus . . .

iáre prohibéntibus, ſtetit
vocávit eum, & dixit ei:
vis tibi fieri? Dómine,]
, [ut vídeam. Réſpice,
ua te ſalvum fecit.]
Cæcus quidam ſedébat
viam, mendícans. Di-
: autem ei, quòd Jeſus
et; & * Clamávit di-
Jeſu fili David miſerére
uc. 18. 35. 37. 38. ℣. Qui
ávit in ténebris, & non
nen ei, ſperet in nómi-
ómini, & innitátur ſu-
eum ſuum. *Iſai.* 50. 10.
návit.

Lectio viij.

láte Chriſtum; deſiderá-
e lumen, quod eſt Chri-
Si deſiderávit ille lumen
ris, quantò plus lumen
deſideráre debétis? Ad
non vócibus, ſed mó-
clamémus. Vivámus be-
iundum contemnámus;
iobis ſit omne quod tran-
eprehenſúri ſunt nos,
lo ſic vixérimus, quaſi
óres noſtri hómines ſe-
s, amántes terram, ſa-
s púlverem, nihil de
ducéntes, auras líberas
, nare carpéntes: repre-
ri ſunt nos procul dúbio,
dictúri, ſi viderint nos
umána, iſta terréna con-
ere: Quid páteris? quid
is? Turba illa eſt contra-
is, ne cæcus clamet.
Stans Jeſus juſſit cæcum
i ad ſe, & interrogávit
, *dicens: Quid tibi vis*
fáciam? At ille dixit: * Dómine, ut vídeam. *Luc.* 18. 40. 41. ℣. Dómine, Deus meus illúmina ténebras meas. *Pſ.* 17. 29. * Dómine.

Lectio ix. *§. 5. & 6.*

ET aliquánti Chriſtiáni ſunt, qui próhibent vívere Chriſtiánè: quia & illa turba cum Chriſto ambulábat, & vociferántem hóminem ad Chriſtum, ac lucem deſiderántem ab ipsíus Chriſti beneficio prohibébat. Sunt tales Chriſtiáni; ſed vincámus illos, vivámus bene; & ipſa vita ſit vox noſtra ad Chriſtum. Stabit; quia ſtat. Nam & ibi myſtérium magnum eſt. Tránſiens erat ille, quando ille clamábat; quando ſanávit, ſtetit. Tránſitus Chriſti inténtos nos fáciat ad clamándum.

℟. Jeſus dixit illi: Réſpice, fides tua te ſalvum fecit: & conféſtim vidit, * Et ſequebátur illum, magníficans Deum. *Luc.* 18. 42. 43. ℣. Statim viſum recépit, dicebátque: Benedíco te Dómine Deus Iſraël. *Tob.* 14. 15. 17. * Et ſequebátur, Glória. *Repetitur* ℟. Jeſus dixit, *uſque ad* ℣. *excluſivè.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; ℟. Et magnitúdinis ejus non eſt finis. *Pſ.* 144. 3.

Capitulum. *Eccli.* 44. 20.

ABraham magnus pater multitúdinis géntium, &

prohíbitus, quis erat ille áries, quo immoláto implétum eſt ſignificatívo ſánguine ſacrifícium? Nempe quando eum vidit Abraham, córnibus in frútice tenebátur. Quis ergo illo figurabátur, niſi Jeſus, ántequam immolarétur ſpinis Judáicis coronátus?

℟. Appáruit Iſaac Dóminus, & ait: Benedícam tibi, cómplens juraméntum quod ſpopóndi Abraham patri tuo: * Et benedicéntur in ſémine tuo omnes gentes terræ. *Gen.* 26. 2. 3. 4. ℣. Non omnes qui ex Iſraël ſunt, ii ſunt Iſraëlítæ; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii; ſed in Iſaac vocábitur tibi ſemen. *Rom.* 9. 6. 7.* Et benedicéntur.

Lectio vj. § 2.

ET vocávit Angelus Dómini Abraham ſecúndò de cœlo, dicens: Per memetípſum jurávi, dicit Dóminus, propter quod fecíſti verbum hoc, & non pepercíſti filio tuo diléɑo propter me, niſi benedícens benedícam te, & multíplicans multiplicábo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & tanquam arénam quæ eſt juxta lábium maris. Et hereditáte poſſidébit ſemen tuum civitátes adverſariórum; & benedicéntur in ſémine tuo omnes gentes terræ; quia obaudíſti vocem meam.] Hoc modo eſt illa de vocatióne gentium in ſémine Abrahæ, poſt holocauſtum, quo ſignificátus eſt Chri-

ſtus, étiam ...
máta promiſſio. ...
promíſerat, ſed ...
ráverat. Quid ...
veri veracíſque ...
promíſſi confirmátio,
délium quædam ...

℟. Vidit Jacob D...
dicéntem ſibi: * Eri...
tuum quaſi pulvis te...
† Benedicéntur in te,
mine tuo cunctæ tribu...
Gen. 28. 12. 13. 14. ...
vit per ſemetípſum:
nedícens benedícam
multíplicans multipli...
Hebr. 6. 13. 14.* Eri...
† Benedicéntur.

IN III. NOCTU...

Léctio ſancti Evangé...
dùm Lucam

Lectio vij. *c.* 18. 3...

IN illo témpore;
Jeſus duódecim,
Ecce aſcéndimus
mam, & conſummab...
nia, quæ ſcripta ſun...
phétas de Fílio h...
réliqua.

Homília ſancti A...
epíſcopi

Serm. 349. *de Ca...*
Cæco illuminato
Aliàs Serm. 52. *de*

MIſerére meî, ...
Clamábat cæ...
tranſeúnte. Metuéb...
transíret, & non
quantùm clamábat
prohibénte non ta...
contradictórem, t...
tórem. Obſtrepén...

hibéntibus,ſtetit
eum, & dixit ei:
fieri? Dómine,]
deam. Réſpice,
lvum fecit.]
quidam ſedébat
mendícans. Di-
ei, quòd Jeſus
* Clamávit di-
David miſerére
5.37.38. ℣. Qui
ténebris, & non
ſperet in nómi-
& innitátur ſu-
ım. *Iſai.* 50. 10.

o viij.
riſtum; deſiderá-
., quod eſt Chri-
rávit ille lumen
antò plus lumen
áre debétis? Ad
ócibus, ſed mó-
us. Vivámus be-
contemnámus;
omne quod tran-
ıſúri ſunt nos,
ixérimus, quaſi
ſtri hómines ſe-
ntes terram, ſa-
rem, nihil de
s, auras líberas
arpéntes: repre-
ıos procul dúbio,
, ſi víderint nos
iſta terréna con-
uid páteris? quid
ıa illa eſt contra-
ecus clamet.
ſus juſſit cæcum
, & interrogávit
: Quid tibi vis
lis.

fáciam? At ille dixit: * Dómine, ut vídeam. *Luc.* 18. 40. 41. ℣. Dómine, Deus meus illúmina ténebras meas. *Pſ.* 17. 29. * Dómine.

Lectio ix. §. 5. *&* 6.

ET aliquánti Chriſtiáni ſunt, qui próhibent vívere Chriſtiánè: quia & illa turba cum Chriſto ambulábat, & vociferántem hóminem ad Chriſtum, ac lucem deſiderántem ab ipsíus Chriſti benefício prohibébat. Sunt tales Chriſtiáni; ſed vincámus illos, vivámus bene; & ipſa vita ſit vox noſtra ad Chriſtum. Stabit; quia ſtat. Nam & ibi myſtérium magnum eſt. Tránſiens erat ille, quando ille clamábat; quando ſanávit, ſtetit. Tránſitus Chriſti inténtos nos fáciat ad clamándum.

℟. Jeſus dixit illi: Réſpice, fides tua te ſalvum fecit: & conféſtim vidit, * Et ſequebátur illum, magníficans Deum. *Luc.* 18. 42. 43. ℣. Statim viſum recépit, dicebátque: Benedíco te Dómine Deus Iſraël. *Tob.* 14. 15. 17. * Et ſequebátur, Glória. *Repetitur* ℟. Jeſus dixit, *uſque ad* ℣. *excluſivè.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; ℟. Et magnitúdinis ejus non eſt finis. *Pſ.* 144. 3.

Capitulum. *Eccli.* 44. 20.

ABraham magnus pater multitúdinis géntium, &

non eſt invéntus ſímilis illi in glória, qui conſervávit legem Excélſi, & fuit in teſtaménto cum illo.

Hymnus, Ætérne rerum, ℣. Prævenérunt, *in Pſalt.* 12.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Aſſúmpſit Jeſus Duódecim, & ait: Ecce aſcéndimus Jeroſólymam, & conſummabúntur ómnia, quæ ſcripta ſunt per Prophétas de Fílio hóminis. *Luc.* 18. 31.

Oratio.

PReces noſtras, quæſumus Dómine, cleménter exáudi; atque à peccatórum vínculis abſolútos ab omni nos adverſitáte cuſtódi; Per.

Ad Horas, *Omnia ut Dom. in Septuageſ.* 395. *præter ſequentia. Orat.* Preces noſtras.

Ad Primam,

CANON.

Ex Concílio Turonénſi primo. *An.* 461. *can.* 1.

CUm láico abſtinéntia imperétur, ut poſſit oratióni vacans, & Deum déprecans exaudíri; quantò magìs Sacerdótibus vel Levítis, qui omni moménto paráti Deo eſſe debent in omni mundítia & puritáte ſecúri, ne aut ſacrificium offérre, aut baptizáre, ſi id témporis necéſſitas popóſcerit, cogántur.

AD VESPERAS.

Capitulum. *Hebr.* 13. 1. 2.

CAritas fraternitátis máneat in vobis: & hoſpitalitátem nolíte oblivíſci; per

hanc enim latuérun Angelis hoſpítio re

Hymnus, Lucis ℣. Dirigátur, *in Pſa*

Ad Magníficat, Fílius hóminis trad tibus, & illudétur, lábitur, & conſpuét cídent eum; & térti ſúrget. *Luc.* 18. 32.

FERIA SECU

De libro Géne

Lectio j. *c.* 25. 19

HÆ ſunt gen Iſaac fílii A Abraham gén qui cùm quadragínta nórum, duxit uxóren cam fíliam Bathuélis Meſopotámia, ſorón ban. Deprecatúſque Dóminum pro uxóre quòd eſſet ſtérilis; q dívit eum, & dedit tum Rebéccæ. Sed col tur in útero ejus párv ait: Si ſic mihi futúr quid necéſſe fuit co Perrexítque ut conſúl minum. Qui reſpónd Duæ gentes ſunt in út & duo pópuli ex ve dividéntur, populúſ pulum ſuperábit, ſérviet minóri. Jam pariéndi advénerat, gémini in útero ejus ſunt. Qui prior egré rufus erat, & totus rem pellis híſpidus túmque eſt nomen ej Prótinus alter egrédi

nébat manu : &
lávit eum Jacob.
Dóminus, 414.
ctio ij.
ad 10. & v. 14.
19.
bécca filio ſuo
Audívi patrem
item cum Eſaü
& dicéntem ei :
: venatióne tua ;
ut cómedam, &
ibi coram Dó-
um móriar. Nunc
, acquiéſce con-
pergens ad gre-
ihi duos hœdos
fáciam ex eis
o, quibus libén-
quas cùm intú-
éderit, benedí-
uam moriátur....
lit, dedítque ma-
illa cibos, ſicut
t patrem illíus.
ſaü valde bonis,
habébat domi,
elliculáſque hœ-
dedit mánibus,
protéxit. Dedít-
im, & panes quos
lit. Quibus illá-
ater mi. At ille
ídio. Quis es tu,
ixítque Jacob :
imogénitus tuus

ſara, 414.
v. 21. ad 29.
Iſaac : Accéde
t tangam te, fili
n utrùm tu ſis

filius meus Eſaü, an non? Accéſſit ille ad patrem, & palpáto eo, dixit Iſaac : Vox quidem, vox Jacob eſt; ſed manus, manus ſunt Eſaü. Et non cognóvit eum, quia pilóſæ manus ſimilitúdinem majóris expréſſerant. Benedícens ergo illi, ait : Tu es fílius meus Eſaü? Reſpóndit : Ego ſum. At ille : Affer mihi, inquit, cibos de venatióne tua, fili mi, ut benedícat tibi ánima mea. Quos cùm oblátos comediſſet, óbtulit ei étiam vinum; quo hauſto, dixit ad eum : Accéde ad me, & da mihi óſculum, fili mi. Accéſſit, & oſculátus eſt eum. Statímque ut ſenſit veſtimentórum illíus fragrántiam, benedícens illi, ait : Ecce odor fílii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedíxit Dóminus. Det tibi Deus de rore cœli & de pinguédine terræ, abundántiam fruménti & vini. Et ſérviant tibi pópuli, & adórent te Tribus : eſto dóminus fratrum tuórum, & incurvéntur ante te fílii matris tuæ. Qui maledíxerit tibi, ſit ille maledíctus; & qui benedíxerit tibi, benedictiónibus repleátur.

℟. Fide obtulit, 415.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 28.

SUmptuóſis dápibus grávidus non poteſt ſuis abſtinéntiam laudáre, quam calcat.

dénte : Præſtò ſum ; ait ei : Vade, & vide ſi cuncta próſpera ſint erga fratres tuos, & pécora; & renúntia mihi quid agátur. Miſſus de valle Hebron, venit in Sichem ; invenítque eum vir errántem in agro, & interrogávit quid quæreret. At ille reſpóndit : Fratres meos quæro, indica mihi ubi páſcant greges. Dixítque ei vir : Receſſérunt de loco iſto ; audívi autem eos dicéntes : Eámus in Dóthaïn. Perréxit ergo Joſeph poſt fratres ſuos, & invénit eos in Dóthaïn. Qui cùm vidiſſent eum procul, ántequam accéderet ad eos, cogitavérunt illum occídere ; & mútuò loquebántur : Ecce ſomniátor venit ; veníte, occidámus eum, & mittámus in ciſtérnam véterem ; dicemúſque : Fera péſſima devorávit eum ; & tunc apparébit quid illi proſint ſómnia ſua.

℟. Injécit dómina ſua óculos ſuos in Joſeph, qui nequáquam acquiéſcens óperi nefário, * Relícto in manu ejus pállio, fugit, & egréſſus eſt foràs. *Gen.* 39. 7. 8. 12. ℣. Fúgite fornicatiónem. Qui fornicátur, in corpus ſuum peccat. Glorificáte & portáte Deum in córpore veſtro. 1. *Cor.* 6. 18. 20. * Relícto.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 6. 16. *ad* 21.

IN illo témpore ; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis : Cùm jejunátis, nolíte fieri hypócritæ, triſtes. Et qua.

Homília ſancti Aug
epíſcopi.

Serm. 207. *in Quadrag*
Aliàs Serm. 71. *de Di*

JEjunémus humiliá
mas noſtras, approp
te die quo Magíſter
tis humiliávit ſem
factus ſúbditus uſque
tem crucis. Imitémur
cem, abſtinéntiæ cl
mitas concupiſcénti
géntes. Caſtigémus
noſtrum, & ſervitút
mus : & ne per i
carnem ad illícita pr
in ea dománda aliq
lícita ſubtrahámus.
ebrietas étiam per
ros devitánda : per
dies étiam concéſſ
removénda.

℟. Nolíte jejunár
diátur in excélſo c
ſter. Nunquid iſtu
jejúnium ? * Non
magìs jejúnium, qu
† Diſſólve colligati
pietátis. *Iſai.* 58.
℣. Extérminant hyp
cies ſuas, ut appár
nántes : tu autem
nas, fáciem tuam
videáris homínibus
Matt. 6. 16. 17. 18.
Glória. † Diſſólve.

Ad Benedictus,
Nunquid tale eſt
quod elégi, affliger

, & ſaccum &
ere? *Iſai.* 58. 5.
ntur flexis geni-
ſalterio, 136.
atio.
ómine, fidélibus
ejuniórum vene-
ia, & cóngruâ
iant, & ſecúrâ
rcúrrant; Per
oſtrum Jeſum
um tuum.
fragia, 137.
etiam & Com-
reces flexis geni-
alterio ſuis locis

NON.
ilio Toletáno
távo.
3. *cap.* 9.
interdícitur, ut
abſque inevitá-
e, atque fragili-
i languóre, ſeu
impoſſibilitáte,
dragéſimæ eſum
ſúmpſerit atten-
lùm reus erit re-
Domínicæ, ve-
iénus ab ejúſdem
ommunióne. Et
létur ad pœnam,
i témpore ab om-
m abſtineat gu-

& *deinceps uſque*
Veſperæ dicuntur
nem tam in Feſtis
iis; exceptis Do-
ibus dicenda ſunt

Ad Magníficat, *Ant.* 7. a. Cùm jejunátis, nolíte fieri ſicut hypócritæ, triſtes. *Matt.* 6. 16.

Preces dicuntur flexis genibus, ut in Pſalterio, 136.

Oratio.

DEus, qui per ſolémnis obſervántiam jejúnii famulórum tuórum præparas voluntátes, donis grátiæ tuæ corda noſtra puríﬁca; ut quod eſt ſanctâ devotióne tractándum, ſincéris méntibus exequámur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Deinde Suffragia, 138.

FERIA QUINTA
poſt Cineres.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 37. 26. *ad* 34.

DIxit Judas frátribus ſuis: Quid nobis prodeſt ſi occidérimus fratrem noſtrum, & celavérimus ſánguinem ipsíus? Mélius eſt ut venundétur Iſmaëlítis, & manus noſtræ non polluántur; frater enim & caro noſtra eſt. Acquievérunt fratres ſermónibus illíus. Et prætereúntibus Madianítis negotiatóribus, extrahéntes eum de ciſtérna, vendidérunt eum Iſmaëlítis vigínti argénteis, qui duxérunt eum in Ægyptum. Reverſúſque Ruben ad ciſtérnam, non invénit púerum; & ſciſſis véſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non compáret, & ego quò ibo? Tulérunt autem túnicam ejus

& in ſánguine hœdi quem occíderant, tinxérunt; mitténtes qui ferrent ad patrem, & dícerent: Hanc invénimus; vide utrùm túnica filii tui ſit, an non. Quam cùm agnovíſſet pater, ait: Túnica filii mei eſt, fera péſſima comédit eum, béſtia devorávit Joſeph. Sciſſíſque véſtibus, indútus eſt cilício, lugens filium ſuum multo témpore.

℟. Humiliavérunt in compédibus pedes Joſeph, donec veníret verbum ejus: * Miſit rex, & ſolvit eum; conſtítuit eum dóminum domûs ſuæ, & príncipem omnis poſſeſſiónis ſuæ. *Pſ.* 104. 18. 19. 20. 21. ℣. Dedit ei Deus grátiam, & ſapiéntiam in conſpéctu Pharaónis regis Ægypti. *Act.* 7. 10. * Miſit rex.

Lectio ij. *c.* 39. 1. *ad* 6.

IGitur Joſeph ductus eſt in Ægyptum, emítque eum Pútiphar eunúchus Pharaónis, princeps exércitûs, vir Ægyptius, de manu Iſmaëlitárum, à quibus perdúctus erat. Fuítque Dóminus cum eo, & erat vir in cunctis próſperè agens; habitavítque in domo dómini ſui, qui óptimè nóverat Dóminum eſſe cum eo; & ómnia quæ géreret, ab eo dírigi in manu illíus. Invenítque Joſeph grátiam coram dómino ſuo, & miniſtrábat ei, à quo præpóſitus ómnibus gubernábat créditam ſibi domum, & univérſa quæ ei trádita fúerant: benedixítque Dóminus dómui Ægyptii propter Joſeph, & multiplicávit ... in ædibus quàm in ag... ctam ejus ſubſtántiam ... quidquam áliud nóve... panem quo veſcebát... autem Joſeph pulcr... & decórus aſpéctu.

℟. Mittens Joſeph ... vit Jacob patrem ſ... omnem cognatiónem ... animábus ſeptuagint... que; * Et deſcéndit ... Ægyptum. *Act.* 7. ℣. Ait Jacob Deus ... mére, deſcénde in Æ... quia in gentem ma... ciam te ibi; & ego ir... cam te. *Gen.* 46. 3. 4. ... céndit.

Léctio ſancti Evangé... dùm Matthæu...

Lectio iij. *c.* 8. 5

IN illo témpore; ... troíſſet Jeſus Caph... accéſſit ad eum Cen... gans eum, & dicens ... ne, puer meus jacet ... paralyticus, & malè ... tur. Et réliqua.

Homília ſancti Au... epíſcopi.

Serm. 62. *de Verbis ... Matt.* 8. §. 1 *Aliàs Serm.* 6. *de Ve...*

AUdívimus, cùm ... gélium legerétu... noſtram in humilitáte ... Ad domum quippe ... riónis cùm ſe promítt... minus Jeſus itúrum...

um ejus ſanáret, ille reſpón-
it: [Non ſum dignus, ut
ub tectum meum intres: ſed
antùm dic verbum, & ſaná-
itur.] Dicéndo ſe indígnum,
ræſtitit dignum; non in cujus
aríetes, ſed in cujus cor
Chriſtus intráret. Neque hoc
íceret cum tanta fide & hu-
militáte, niſi illum, quem
mébat intráre in domum
uam, corde geſtáret. Nam
on erat magna felícitas, ſi
Dóminus Jeſus intráret in pa-
etes ejus, & non eſſet in
ctore ejus.

℟. Centúrio ait: Dómine,
n ſum dignus ut intres ſub
ctum meum; ſed * Tantùm
verbo, & † Sanábitur puer
us. *Matt.* 8. 8. ℣. Dómine
us, ecce tu fecíſti cœlum
terram in fortitúdine tua
gna: non erit tibi difficile
ne verbum. *Jer.* 32. 17.
antùm. Glória. † Sanábitur
er meus.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.*
ſcóndam fáciem meam ab
; generátio enim pervérſa
, & infidéles fílii. Ego pro-
cábo eos in eo qui non eſt
pulus. *Deut.* 32. 20. 21.

Preces, flexis genibus.

Oratio.

DEus, qui culpâ offénde-
ris, pœniténtiâ placáris,
ces pópuli tui ſupplicántis
pítius réſpice; & flagélla
iracúndiæ, quæ pro pec-
s *noſtris merémur, avérte;*
Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Toletáno octávo.

An. 653. *cap.* 9.

ILli quos aut ætas incúrvat, aut languor exténuat, aut necéſſitas arctat, non antè prohíbita violáre præſúmant, quàm à Sacerdóte permíſſum accípiant.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. â. Non invéni tantam fidem in Iſraël. Multi ab Oriénte & Occidénte vénient, & recúmbent in regno cœlórum: fílii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres. *Matt.* 8. 10. 11. 12.

Preces, flexis genibus.

Oratio.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus, fragilitáti noſtræ ſufficiéntiam competéntem; ut carnem macerántes, noſtræ reparatiónis efféctum cum exultatióne ſuſcipiámus; Per Dóminum.

FERIA SEXTA

poſt Cineres.

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 42. 5. *ad* 11.

ERat fames in terra Chánaan. Et Joſeph erat princeps in terra Ægypti, atque ad ejus nutum fruménta pópulis vendebántur. Cúmque adoráſſent eum fratres ſui, & agnovíſſet eos, quaſi ad aliénos dúriùs loquebátur, intérrogans eos: Unde veníſtis? Qui reſpondérunt: De terra Chánaan, ut emámus víctui neceſſária. Et tamen

ſunt ut emerent cibos. Omnes filii unius viri ſumus; pacifici vénimus, nec quidquam fámuli tui machinántur mali.

℟. Génuit, 421.

Lectio ij. *c.* 45. 3. *ad* 7.

DIxit frátribus ſuis: Ego ſum Joſeph; adhuc pater meus vivit? Non póterant reſpondére fratres nimio terróre pertérriti. Ad quos ille cleménter: Accédite, inquit, ad me. Et cùm acceſsíſſent propè: Ego ſum, ait, Joſeph frater veſter quem vendidiſtis in Ægyptum. Nolite pavére, neque vobis durum eſſe videátur quòd vendidiſtis me in his regiónibus; pro ſalúte enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Biénnium eſt enim quod cœpit fames eſſe in terra; & adhuc quinque anni reſtant, qui-

EGo autem dico vo
lígite inimícos
benefácite his qui
vos.] Multi præcep
imbecillitáte ſuâ, no
rum víribus æſtimán
tant eſſe impoſſibília
cépta ſunt; & dicunt
virtútibus, non odi
cos: céterùm dili
præcipi, quàm hum
ra patiátur. Sciéndu
Chriſtum impoſſi
præcípere, ſed perf
fecit David in Saül
lon: Stéphanus qu
tyr pro inimícis la
deprecátus eſt: & P
thema cupit eſſe pro
tóribus ſuis. Hæc
ſus & dócuit & fec
[Pater, ignóſce illi

℟. Cùm facis

ius, *Ant.* 1. D.*
micus tuus, ciba
it, da ei aquam
óminus reddet
. 21.
xis genibus.
atio.
únia, quæſumus
enigno favóre
it obſervántiam
liter exhibémus,
m ſincéris exer-
s; Per.
N O N.
Mediolanénſi
into.
part. 1, *tit.* 3.
mpore à jocis
num hóminem
venit; ac Qua-
c jejúnii témpo-
géntiùs, quantò
udioſiúſque ora-
éntiæ, omníque
éneri incumbén-

icat, *Ant.* 7. a.
ícos veſtros, be-
qui odérunt vos,
perſequéntibus
ilii Patris veſtri,
er juſtos & injú-
44. 45.
xis genibus.
ratio.
obis, Dómine,
iam protectiónis
ſalútem mentis
onſequámur, &
ſalutáris obſer-
ercámur ſemper
er Dóminum.

SABBATO
poſt Cineres

De libro Géneſis.

Lectio j. *c.* 45. 24. *ad fin.*

DImíſit Joſeph fratres ſuos, & proficiſcéntibus ait: Ne iraſcámini in via. Qui aſcendéntes ex Ægypto, venérunt in terram Chánaan ad patrem ſuum Jacob. Et nuntiavérunt ei, dicéntes: Joſeph filius tuus vivit, & ipſe dominátur in omni terra Ægypti. Quo audíto Jacob, quaſi de gravi ſomno evígilans, tamen non credébat eis. Illi è contrà referébant omnem órdinem rei. Cúmque vidíſſet plauſtra, & univérſa quæ míſerat, revíxit ſpíritus ejus, & ait: Súfficit mihi ſi adhuc Joſeph fílius meus vivit; vadam, & vidébo illum ántequam móriar.

℞. Humiliavérunt, 424.

Lectio ij. *c.* 46. 1. *ad* 7.

PRofectúſque Iſraël cum ómnibus quæ habébat, venit ad Púteum juraménti; & mactátis ibi víctimis Deo patris ſui Iſaac, audívit eum per viſiónem noctis vocántem ſe, & dicéntem ſibi: Jacob, Jacob; cui reſpóndit: Ecce adſum. Ait illi Deus: Ego ſum Fortíſſimus, Deus patris tui; noli timére, deſcénde in Ægyptum, quia in gentem magnam fáciam te ibi. Ego deſcéndam tecum illuc, & ego inde addúcam te reverténtem: Joſeph quoque ponet manus ſuas

ſuper óculos tuos. Surrexit autem Jacob a Puteo juramenti; tulerúntque eum filii cum párvulis & uxóribus ſuis in plauſtris quæ miſerat Pharao ad portándum ſenem, & ómnia quæ poſſéderat in terra Chánaan; venítque in Ægyptum cum omni ſémine ſuo; filii ejus, & nepotes, filiæ, & cuncta ſimul progénies.

℟. Mittens Joſeph, 424.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio iij. *c. 6. 46. ad fin.*

IN illo témpore; Abiit Jeſus in montem oráre. Et cùm ſerò eſſet, erat navis in médio mari, & ipſe ſolus in terra. Et videns diſcípulos ſuos laborántes in remigándo, (erat enim ventus contrárius eis;) & circa quartam vigíliam noctis venit ad eos ámbulans ſuprà mare. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ preſbyteri.

In Marc. lib. 2. cap. 28.

LAbor diſcipulórum in remigándo, & contrárius eis ventus, labóres ſanctæ Eccléſiæ vários deſignat: quæ inter undas ſéculi advérſántis, & immundórum flatus ſpirítuum, ad quiétem pátriæ cœléſtis, quaſi ad fidam líttoris ſtatiónem perveníre conátur. Ubi bene dícitur quia navis erat in médio mari, & ipſe ſolus in terra: quia nonnúnquam Eccléſia tantis gentium preſſúris non ſolùm fracta, ſed & fœdáta eſt fieri poſſet, Redémptor eam prorſus deſeruiſſe a pus videretur.

℟. Videns Jeſus diſc laborantes in remigándo nit ad eos ámbulans ſupr re; & † Aſcéndit in n & ceſſavit ventus. *Marc.* 51. ℣. Gráditur ſuper maris: facit magna, & i prehenſibilia, & mi *Job* 9. 8. 10. * Venit. † Aſcéndit.

Ad Benedictus, *Ant.* In platéis ponébant inf ut vel fimbriam veſt Jeſu tángerent: & qu tangébant eum, ſalvi *Marc.* 6. 56.

Preces, flexis genib

Oratio.

OBſervatiónis huju celebritáte lætánt ſumus Dómine, ut geſimálibus jejúniis i tes, eórum pléniùs e gaudeámus; Per D noſtrum.

CANON.

Ex Concílio Laodi

Seculo 4. *can.* 49.

NOn opórtet in géſima panem niſi Sábbato & Domín tùm. Non opórtet in géſima Mártyrum nat lebrári, ſed eórum in & Domínica tantùm riam fieri.

ROPRIUM SANCTORUM.

Pars Hiemalis.

XXVIII. Novembris.
In Feſto
ɴCTI VIGILII
ɪtiſſiodorenſis epiſcopi
& martyris.
Duplex-minus.
mia de Communi unius :. vij. *exceptis quæ ſequun-*

atio, Omnípotens ſem-ɪe Deus, *infrà ad Lau-*

ſt I. Veſperas ſit Comme-tio de Feria Adventûs.
ɪ I. Nocturno.
ctiones de Scriptura oc-nte.
II. Nocturno.
iſt. Epiſc. Autiſſ. Labb. n. 1. Bibliot. MSS. Chron. edeg. Mabill. ſec. ij. Be-d. & MSS. Amyoti Epiſc. tiſſ.

Lectio iv

VIgílius génere Autiſ-ſiodorénſis, Palládio ſufféctus, Autiſſiodo-m Ecclésiam, jam vigínti ilum ſanctitáte illuſtrá-, non minóri ſanctitátis, per annos vigínti quin-circa Clotárii tértii, & *lórum regum témpora* gubernávit. Amplum patri-mónium paupéribus diſtrí-buit, amplióra poſt óbitum diſtribuénda curans. Monaſté-rium extra urbis muros ſub beátæ Maríæ invocatióne, pa-térnis facultátibus dotávit; & juxta illud, ad egenórum curam, Xenodóchium eréxit. Adjíciunt nonnúlli, ab eo éditam fuiſſe régulam quæ Magíſtri vulgò dícitur. Adju-tórem ſe præbuit monáſticæ vitæ cultóri beáto Drausíno Sueſſionénſi epíſcopo, cujus lítteras pro inſtitutióne puel-láris monaſtérii, ſubſcriptióne ſuâ roborávit his verbis; Vi-gílius peccátor ſubſcrípſi.

Lectio v.

EBroíni flagitiosíſſimi hó-minis factiónes deteſtátus, quorúmdam Aulicórum, vel ſpe, vel metu, vel ſánguinis & morum affinitáte, potentióris partes iníquè tuéntium, ódium in ſe concitávit. Hinc minæ, hinc insídiæ, hinc perícula E-broíno vivénte; hinc ipſo mór-tuo nefária cædes. Namque cùm ímpius Ghiſlemárus pium ſed símplicem Varathónem patrem ſuum è Palátii Præfe-

AD LAUDES MATUTINAS.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui fortitúdine Spíritûs tui, beátum Vigílium Antíſtitem induíſti; fac nos, ipſo intercedénte, nec adverſórum metu frangi, nec vitæ frágilis amóre, à te qui ſolus vera vita es, ſeparári; Per.

Deinde ſit Commemoratio de Feria Adventûs.

Poſt ſecundas Veſperas, Commemoratio de Feria Adventûs.

Deinde S. Saturnini, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, *in Communi unius Martyris*, viij. *Oratio*, Deus, cujus grátia, xj.

DIE XXIX.

SANCTI SATURNINI, Toloſani epiſcopi & martyris

Commemoratio.

In Laudibus Matutinis, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, *Oratio*, Deus, cujus grátia, xj.

Veſpera de Feſto ſequenti.

DIE XXX.

In feſto

S. ANDREÆ APOSTOLI:

Duplex-majus.

Omnia de Communi Apoſtolorum, j. exceptis quæ ſequuntur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Audiérunt Joánnem duo diſcípuli loquéntem, & ſecúti ſunt Jeſum. Erat autem Andréas, frater Simónis-Petri, unus ex duóbus qui ſecúti fúerant eum. *Joan.* 1. 37. 40.

Oratio, Omnípotens
infrà in Laudibus.

Commemoratio de Fer
ventûs.

IN I. NOCTUR

Lectiones de Scriptura
rente.

IN II. NOCTUR

Lectio iv.

Ex Evang. Euſeb. lib.
Greg. Naz. orat. 2
lin. carm. 24. *Greg.*
de glor. Mart. 31. ó

ANdréas, Beth
Galilæa natus
Jonæ, frater S
Petri, piſcátor, unus
duóbus diſcípulis J
Baptíſtæ, qui audiéru
de Jeſu dicéntem: [
gnus Dei,] & ſecúti
ſum. Apud quem cùm
ſent die illâ, invénit
primùm fratrem ſuum
nem, & dixit ei: In
Meſsíam, & addúxit
Jeſum. Ambes fratr
diſcípulos ſuos, non
men itinerum vitæq
tuos ſócios, cùm à
póſtea Jeſus juxta ma
lææ vidíſſet mitténte
mare, his vocávit ver
níre poſt me, & fá
fíeri piſcatóres hó
Qui contínuò, rel
bus, ſecúti vocánte
adhæſérunt, & pla
ut inter Duódecim
diſcípulis ſuis elégit
ſtolos nominávit,
Simónem quem co

1, mox Andréam fra-
:jus Matthæus & Lucas
:ant.

Lectio v.

ærénti Chriſto, unde
neréntur panes ut man-
t multitúdo máxima
énerat ad eum, dixit
:s: [Eſt puer unus hìc
›et panes quinque hor-
s, & duos piſces: ſed
id ſunt inter tantos?]
, paucis ante paſſió-
1am diébus, ſedén-
monte olivárum con-
plum, & ſubverſiónem
prædicéntem interro-
ıt ſeparátim Petrus, &
s, & Joánnes, & An-
[Dic nobis quando iſta
& quod ſignum erit,
hæc ómnia incípient
ımári?] Quos ille, cùm
uceréntur monuíſſet,
ıuntiáſſet eis bella, ter-
:us per loca, & fames
:olórum, ſubjúnxit ſta-
: Vidéte voſmetípſos;
:enim vos in concíliis,
ynagógis vapulábitis,
præſides & reges ſtábi-
pter me, in teſtimó-
llis: & in omnes gentes
1 opórtet prædicári E-
ium.] Hoc Chriſti in
to Andréas, ut quod
:rat impléret, poſt ejus
em ac reſurrectiónem
· Scythiam; in Epíro
Acháïa, & aliis pro-
irinúmeros Chriſto piſ-
t.

s Hiemalis.

Lectio vj.

PAtras civitátem Acháïæ célebrem fecit, & morte quam óbiit crucifixus, & túmulo. Hinc Conſtántius circa annum trecentéſimum quinquagéſimum ſextum, impérii verò ſui vigéſimum, ut æmulam Romæ Conſtantinópolim Apoſtólicis corpóribus muníret, ſanctórum Andréæ & Lucæ córpora tránſtulit, & cum córpore ſancti Timóthei à ſe jam anno ſuperióre tranſláto, in baſílica ſanctórum Apoſtolórum, quam Conſtantínus ædificáverat, ut in ea Imperatóres humaréntur, collocávit. Toto itínere & per omnes vias, quà corpora ſancta tranſiére, divínam manum mira ſigna operátam fuiſſe refert ſanctus Paulínus. Anno autem milléſimo ducentéſimo décimo, poſt Conſtantinópolim à Gallis captam, corpus ſancti Andréæ Petrus Capuánus Apoſtólicæ ſedis legátus Amálphim in pátriam ſuam in regno Neapolitáno, deférri curávit, ubi pio fidélium concúrſu honorátur.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 4. 18. *ad* 22.

IN illo témpore; Ambulans Jeſus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simónem qui vocátur Petrus, & Andréam fratrem ejus, mitténtes rete in mare (erant enim piſ-

Ad Laudes Matutinas.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui [illegible] Saturnini [illegible] Andream [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] vera vita es, [illegible].

Deinde fit Commemoratio de Feria Adventus.

Post secundas Vesperas. Commemoratio de Feria Adventus.

Deinde S. Saturnini, Ant. Qui vult venire, ℣. Vincenti, *in Commune unius Martyris*, *cum Oratio*, Deus, cujus gratia, &c.

Die XXIX.

SANCTI SATURNINI,

Tolosani episcopi & martyris

Commemoratio.

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Dominus, ℣. G[illegible], *Oratio*, Deus, cujus gratia, &c.

Vespera de Festo sequenti.

Die XXX.

In festo

S. ANDREÆ APOSTOLI:

Duplex majus.

Omnia de Communi Apostolorum, præter ea quæ sequuntur.

In Primis Vesperis.

Ad Magnificat, *Ant.* 1. D.[illegible] Audierant Joannem duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Jeſum. Erat autem Andréas, frater Simónis-Petri, unus ex duobus qui ſecuti fuerant eum. *Joan.* 1. 37. 40.

Oratio, Omnipotens Deus, *ſupra in Laudibus.*

Commemoratio de Feria Adventus.

In I. Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Ex Euſeb. lib. 3. *hiſt. Greg. Naz. orat.* 25. *Paulin. carm.* 24. *Greg. Turon. de glor. Mart.* 31. *& aliis.*

ANdréas, Bethſáide in Galilææ natus, filius Jonæ, frater Simónis-Petri, piſcator, unus fuit ex duobus diſcípulis Joánnis-Baptiſtæ, qui audiérunt eum de Jeſu dicéntem: [Ecce Agnus Dei.] & ſecúti ſunt Jeſum. Apud quem cum manſiſſent die illa, invénit Andréas primùm fratrem ſuum Simónem, & dixit ei: Invénimus Meſſiam, & addúxit eum ad Jeſum. Ambo fratres, jam diſcípulos ſuos, nondum tamen itinerum vitæque perpétuos ſocios, cùm ámbulans poſtea Jeſus juxta mare Galilææ vidiſſet mitténtes rete in mare, his vocávit verbis: [Venite poſt me, & fáciam vos fieri piſcatóres hóminum.] Qui continuò, relíctis rétibus, ſecúti vocántem, ita ei adhæſérunt, & placuérunt, ut inter Duódecim, quos è diſcípulis ſuis elégit, & Apóſtolos nominávit, primùm Simónem quem cognominávit Petrum,

terpretátum Chriſtus.)
ldúxit eum ad Jeſum.
. 1. 41. 42.

Oratio.

Mnípotens Deus, qui
beáto Andréæ apóſtolo
Chriſto configi in cruce
ſti; præſta, quæſumus,
n intercedénte, ut ter-
in nobiſmetípſis deſidé-
ucifigéntes, tibi firmiter
ére valeámus; Per eún-
Dóminum noſtrum Je-
Chriſtum fílium tuum,
ecum vivit & regnat.
mmemoratio de Feria Ad-
s.

Magníficat, *Ant.* 3. E.
Jeſus Símónem & An-
fratrem ejus, mitténtes
in mare; & dixit eis:
e poſt me, & fáciam vos
iſcatóres hóminum. Et
ius, relíctis rétibus, ſe-
ant eum. *Marc.* 1. 16.
atio, Omnípotens Deus,

mmemoratio de Feria Ad-
us.

TA DECEMBRIS.

DIE II.

TRI CRYSOLOGI,
avennenſis epiſcopi

Commemoratio.

die In Vesperis, *Ant.*
xit, ℣. Quæſívit, *in*
muni, xxj. *Oratio*, Quæ-
s, xxv.

Laudibus Matutinis, *Ant.*
mitáte, ℣. *Státuit*, *Orat.*
ſumus, *xxv.*

DIE VI.

In feſto

S. NICOLAI MYRENSIS
Epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, xx. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pſalmi de Feria.

In Primis Vesperis.

Ant. ſola, Dicit Dóminus, *prima de Communi*, *ſine* ℟. *Oratio*, Sempitérnâ, *infrà in Laudibus.*

Commemoratio de Feria Adventûs.

Ad Officium Nocturnum.

Tres Antiphonæ, ℣. *&* ℟. ℟. ℟. *ex Nocturno Officii de Communi, ſecundùm Feriam.*

Lectio j. *de Scriptura occurrente; ex tribus fiet una.*

Lectio ij.

Ex Liturg. S. Chryſoſt. Conc. II. Nic. act. 4. *Theophan. chronogr. & Joan. archid. Barii, apud Surium.*

Nicoláus Myræ, quæ Lyciæ Metrópolis eſt, epíſcopus, pópulis ómnibus véteri & vulgátâ famâ notus eſt. Quanto honóre hábitus ſemper fúerit à Græcis, vel una teſtátur precátio inſérta Litúrgiæ, quæ ſancti Joánnis Chryſóſtomi nómine inſcríbitur. Multæ ſub ejus nómine extrúctæ ſunt Conſtantinópoli baſílicæ: quarum hæc celebérrima, quæ circa médium ſéculi ſexti à Juſtiniáno imperátore ad Blaquer-

Audítis, fratres cariſſimi, quia ad uníus juſſiónis vocem Petrus & Andréas, relíctis rétibus, ſecúti ſunt Redemptórem. Nulla verò hunc fácere adhuc mirácula víderant, nihil ab eo de præmio ætérnæ retributiónis audíerant; & tamen ad unum Dómini præcéptum, hoc quod poſſidére videbántur, oblíti ſunt. Quanta nos ejus mirácula vidémus, quot flagéllis afflígimur, quantis minárum aſperitátibus deterrémur; & tamen vocántem ſequi contémnimus! In cœlo jam ſedet, qui de converſióne nos ádmonet; jam jugo fídei colla géntium ſúbdidit; jam mundi glóriam ſtravit; jam ruínis ejus crebreſcéntibus diſtrícti ſui ju-

habemus, ex deſide[…]
mus. Multùm ergo […]
Andréas dimíſit, qu[…]
que étiam deſidéri[…]
derelíquit.

Lectio ix. *L*[…]

Quia ergo, frat[…]
mi, beáti An[…]
ſtoli natalítia celebr[…]
bémus imitári qu[…]
Oſténdat noſtræ […]
devotiónis, immut[…]
nitas mentis: deſpi[…]
terréna ſunt; relí[…]
rálibus mercémur […]
autem necdum p[…]
línquere própria, […]
concupiſcámus alié[…]
dum mens noſtra […]
igne caritátis, in […]
ſua hábeat frænu[…]
ut profécțûs ſui pá[…]

ım Chriſtus.)
ım ad Jeſum.
z.
atio.
ıs Deus, qui
ıdréæ apóſtolo
ınfigi in cruce
a, quæſumus,
dénte, ut ter-
ıetípſis deſidé-
es, tibi firmiter
mus; Per eún-
n noſtrum Je-
filium tuum,
it & regnat.
tio de Feria Ad-
.
at, *Ant.* 3. E.
nónem & An-
ejus, mitténtes
; & dixit eis:
, & fáciam vos
hóminum. Et
ctis rétibus, ſe-
Marc. 1. 16.
nipotens Deus,

io de Feria Ad-

ECEMBRIS.
I I.
RYSOLOGI,
is epiſcopi
noratio.
ESPERIS, *Ant.*
Quæsívit, *in*
. *Oratio*, Quæ-

Matutinis, Ant.
Státuit, Orat.
v.

DIE VI.

In feſto S. NICOLAI MYRENSIS Epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, xx. exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria.

IN PRIMIS VESPERIS.

Ant. ſola, Dicit Dóminus, *prima de Communi, ſine* ℟. *Oratio*, Sempitérnâ, *infrà in Laudibus.*

Commemoratio de Feria Adventûs.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Tres Antiphonæ, ℣. *&* ℟. ℟. ℟. *ex Nocturno Officii de Communi, ſecundùm Feriam.*

Lectio j. *de Scriptura occurrente; ex tribus fiet una.*

Lectio ij.

Ex Liturg. S. Chryſoſt. Conc. II. Nic. act. 4. *Theophan. chronogr. & Joan. archid. Barii, apud Surium.*

NIcoláus Myræ, quæ Lyciæ Metrópolis eſt, epíſcopus, pópulis ómnibus véteri & vulgátâ famâ notus eſt. Quanto honóre hábitus ſemper fúerit à Græcis, vel una teſtátur precátio inſérta Litúrgiæ, quæ ſancti Joánnis Chryſóſtomi nómine inſcríbitur. Multæ ſub ejus nómine extrúctæ ſunt Conſtantinópoli baſílicæ: quarum hæc celebérrima, quæ circa médium ſéculi ſexti à Juſtiniáno imperátore ad Blaquér-

nas ædificáta, deínde combúſta, ſub Heráclio ſplendidè fuit reſtauráta. Illíus præſéntem opem ſensíſſe ſe Theodórus, qui Myrénſem ejus ſedem tenébat, in Nicæna ſecúnda ſynodo conteſtátus eſt; quo ipſo facto aſſéruit & confirmávit coram Pátribus, quàm priùs impugnáverat, débitam imagínibus Sanctórum venerationem. Ex ejus ſepúlcro ſtillábat óleum depellendis váriis morbórum genéribus ſalúbre. Sicque Deus mirificávit ſanctum ſuum, ut Magni ac Thaumatúrgi nomen conſecútus ſit; & ſicut, Theóphane teſte, nullus eſt locus expers gratiárum ejus, ita nullus omníno à celebritáte ejus aliénus.

Lectio iij.

SAncti Nicolái corpus Myræ ubi ſepúltum fúerat, diu jácuit, donec Barénſibus quibúſdam mercatóribus, miraculórum quæ ibi fieri audíerant fama commótis, in mentem venit ſacrum hoc pignus in pátriam aſportáre. Hi, anno ſalútis milléſimo octogéſimo ſéptimo, Myram ádeunt, ubi ſancti Nicolái relíquias ſacro liquóri ex eis profluénti immérſas in urna repériunt, ex qua eas extrahéntes návibus impónunt, ægrè conſentiéntibus tribus mónachis, quibus ſolis ſacrárum reliquiáru[m] ... dita erat cuſtódia; & Bá[rum] ... Apúliæ in Itália civitáte[m] ... portant. Mox Barénſium ... vium impénſis, ſub invoc[atio]ne ſancti Nicolái magn[a] ... ædificári cœpit basílica, q[uam] Urbánus ſecúndus conſe[cra]vit, & in ea ſacrum cón[didit] corpus, quod ibi in [hunc] uſque diem quiéſcit & cól[itur].

Te Deum.

AD LAUDES MATUTI[NAS]

Antiphona ſola, Fuit m[agnus] ... mus, *quæ eſt prima in La[udi]bus de Communi.*

Oratio.

SEmpitérnâ beatitúdi[ne] ... miſéricors Deus, fidél[em] plebem ad te concurrén[tem] confírma; & quam pontí[ficis] tui Nicolái celebritáte fe[cisti] devótam, ejus ſemper præ[ſen]ti ſubſídio ab omni adverſi[tate] tuére; Per Dóminum [no]ſtrum Jeſum Chriſtum.

Commemoratio de Feria [Ad]*ventûs.*

AD VESPERA[S]

Antiphona ſola, Sacérd[os] ... *quæ eſt prima in ſecundis* [Ves]*peris de Communi.*

Oratio, Sempitérnâ bea[ti]túdine, *ſuprà.*

Commemoratio de Feria [Ad]*ventûs.*

[*Hic ritus ſervatur in o[m]nibus Feſtis Semiduplicib[us] niſi aliter notetur.*]

DIE VIII.

IN CONCEPTIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE.

Si hoc Feſtum venerit in Dominica, transfertur in Feriam ſecundam proximè ſequentem, in qua etiam à populo feſtivatur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 3. toni. a. *duplic.*

DOminus fáciens & formans te, ab útero auxiliátor tuus. *Iſai.* 44. 2.

Ant. 5. a. Quàm pulcra es, & quàm decóra, caríſſima, in delíciis *Cant.* 7. 6.

Ant. 1. D. Ex te egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël. *Mich.* 5. 2.

Ant. 6. F. Soror noſtra es, creſcas in mille míllia, & poſſídeat ſemen tuum portas inimicórum ſuórum. *Gen.* 24. 60.

Ant. 8. G. Benedícta es tu fília à Dómino Deo excélſo, præ ómnibus muliéribus ſuper terram. *Judith* 13. 23.

Capitulum. *Iſai.* 11. 1. 2.

EGrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcéndet, & requiéſcet ſuper eum Spíritus Dómini.

℟. *Benedícam tibi, complens juraméntum quod ſpopóndi* Abraham patri tuo.* Et benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ. *Gen.* 26. 3. 4. ℣. Erit radix Jeſſe, & qui exúrget régere gentes; in eum gentes ſperábunt. *Rom.* 15. 12. * Et benedicéntur. Glória. *Repetitur* ℟. Benedícam, *uſque ad* ℣. *excluſivè.*

Hymnus, Ave radix Jeſſe, *ut in Officio B. Mariæ in Sabbato*, lxxiij.

℣. Effúndam ſpíritum meum ſuper ſemen tuum, ℟. Et benedictiónem meam ſuper ſtirpem tuam. *Iſai.* 44. 3.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G.* *dupl.* Magnificábo nomen tuum: benedícam benedicéntibus tibi; atque in te benedicéntur univérſæ cognatiónes terræ. *Gen.* 12. 2. 3.

Oratio, Supplicatiónem, *infrà ad Laudes.*

Non fit Commemoratio.

Completorium ut in die, *infrà*, 443.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Jeſum de María natum, *Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Davídis ſóboles, *in Officio B. Mariæ in Sabbato*, lxxiv.

Pſalmi de Officio parvo B. Mariæ virginis, lxxviij.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4, E. *duplicatur*, Una eſt colúmba mea, perfécta mea, una eſt matris ſuæ, elécta genitríci ſuæ. *Cant.* 6. 8.

Ant. 2. D. Sicut lílium inter ſpinas, ſic amíca mea inter fílias. *Cant.* 2. 2.

Ant. 1. a. Sicut lux auróræ, oriénte ſole, manè abſque núbibus rútilat. 2. *Reg.* 23. 4.

℣. Omnis glória ejus fíliæ regis ab intus; ℟. In fimbriis áureis circumamícta varietátibus. *Pſ.* 44. 14. 15.

Lectiones de Scriptura occurr.

℟. Benedícam ei, & ex illa dabo fílium cui benedictúrus ſum; * Conſtítuam pactum meum illi in fœdus ſempitérnum, & ſémini ejus poſt eum. *Gen.* 17. 16. 19. ℣. Hic erit magnus, & filius Altíſſimi vocábitur, & regnábit in domo Jacob in ætérnum. *Luc.* 1. 32. * Conſtítuam.

℟. Quod in María natum eſt, de Spíritu-ſancto eſt. Hoc autem totum factum eſt, ut adimplerétur quod dictum eſt per Prophétam dicéntem: Ecce virgo in útero habébit, & páriet fílium: * Et vocábunt nomen ejus Emmánuël. *Matt.* 1.20. 22. 23. ℣. Audíte domus *David: dabit* Dóminus ipſe *vobis ſignum*: Ecce virgo con-

cípiet, & pá[redacted]iet fílium
7. 14. * Et vo[redacted]ábunt
℟. Páriet [redacted]aria fi
vocábis nome[redacted]n ejus
* Ipſe enim † Salvu
pópulum ſuum à pec
rum. *Matt.* 1. 21. †
riens páriet; [redacted] reli
trum ejus conv[redacted]rtént
lios Iſraël. *Mic*[redacted]. 5. 3.
Glória. † Salvu[redacted]n.

IN II. NOC[redacted]TU

Ant. 4. f. *dupl*[redacted]*catur*
ruit Móyſi Dóm[redacted]nus i
ma ignis de médi[redacted] rubi
débat quòd rubu[redacted] ardé
non combureréti[redacted]. *Exo*

Ant. 8. G. Cùm[redacted] virg
fuiſſet Móyſes coram D
no, invénit germináſſe
gam Aáron. *Num.* 17. 7.

Ant. 5. a. Abſciſſus eſt l
de monte ſine mánibus; l
autem factus eſt mons
gnus; & implévit univé
terram. *Dan.* 2. 34. 35.

℣. Fons parvus cre
flúvium máximum, ℟.
aquas plúrimas redun
Eſther 11. 10.

Ex libro ſancti Epiph
epíſcopi advérsùs hæ
Lectio iv. *Hæreſi*

MAría ſignificá
Hevam, quæ
tium mater æ
tis involúcro nuncupáti
enim mater vivéntium
láta eſt, cùm jam illud
ſet: Terra es, & in ter
vertéris, poſt tranſgreſſ
Ideque mirum eſt, o

deo magnum
ttribútum fuit.
l quòd ſénſibus
illa Heva to-
máni origo in
ſt : hìc verò à
verè in mun-
eſt, ut vivén-
it María mater
ænígma ígitur
véntium vocá-

rdia & véritas
i : * Véritas de
& juſtítia de
Pſ. 84. 11. 12.
atus eſt Jeſus,
riſtus. Matt. 1.

Poſt pauca.

ínibus cauſam
ulit : per eam
trávit in mun-
rò vitæ cauſam
uam vita nobis
ídeo Fílius Dei
dvénit : & ubi
íctum, ſuper-
ttia : & unde
ita illinc pro-
rtis locum vita
illátam à mu-
ille qui è mu-
ſſet noſtra, na-
deret. Et quia
eva, cùm eſſet
ſgreſſióne ino-
it ; rurſus per
eſt obediéntia
angelizátus eſt
us vitæ ætérnæ
m.

℟. Chriſti generátio ſic erat : Mater ejus * María invénta eſt in útero habens de Spíritu-ſancto. *Matt.* 1. 18. ℣. Creávit Dóminus novum ſuper terram : fémina circúndabit virum. *Jer.* 31. 22. * María.

Lectio vj.

Nam illic ait ad ſerpéntem Deus : Inimicítias ponam inter te & inter illam, inter ſemen tuum & ſemen illíus.] Atqui nuſquam ſemen mulíeris invenítur : unde non áliter, quàm per adumbratiónem ad Hevam illæ inimicítiæ referúntur, quas cum hujus ſtirpe ſerpens atque in eo diábolus & invídia exércent. Et perféctè quidem accommodári ad illam univérſa néqueunt : verè autem impléntur in fémine ſancto, exímio, ac ſingulári quod à ſola María vírgine ſine ullo viri consórtio propagátum eſt.

℟. Deus, ex ſémine David * Secúndùm promiſſiónem † Edúxit Iſraël ſalvatórem Jeſum. *Act.* 13. 23. ℣. Jurávit Dóminus David veritátem : De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. *Pſ.* 131. 11. * Secúndùm. Glória. † Edúxit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. *d. duplicatur.* Ego ſum, ego ſum quæ Dómino canam : ceſſavérunt fortes, donec ſúrgeret mater in Iſraël. *Judic.* 5. 3. 7.

Ant. 6. F. Ego mater pulcræ dilectiónis, & timóris,

Hymnus, Davídis ſóboles, *in Officio B. Mariæ in Sabbato*, lxxiv.

Pſalmi de Officio parvo B. Mariæ virginis, lxxviij.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. E. *duplicatur*. Una eſt colúmba mea, perfécta mea, una eſt matris ſuæ, eléćta genitríci ſuæ. *Cant.* 6. 8.

Ant. 2. D. Sicut lílium inter ſpinas, ſic amíca mea inter fílias. *Cant.* 2. 2.

Ant. 1. a. Sicut lux aurórae, oriénte ſole, manè abſque núbibus rútilat. 2. *Reg.* 23. 4.

℣. Omnis glória ejus fíliæ regis ab intus; ℟. In fimbriis áureis circumamícta varietátibus. *Pſ.* 44. 14. 15.

Lectiones de Scriptura occurr.

℟. Benedícam ei, & ex illa dabo fílium cui benedictúrus ſum; * Conſtítuam pactum meum illi in fœdus ſempitérnum, & sémini ejus poſt eum. *Gen.* 17. 16. 19. ℣. Hic erit magnus, & fílius Altíſſimi vocábitur, & regnábit in domo Jacob in ætérnum. *Luc.* 1. 32. * Conſtítuam.

℟. Quod in María natum eſt, de Spíritu-ſancto eſt. Hoc autem totum factum eſt, ut adimplerétur quod dictum eſt per Prophétam dicéntem: Ecce virgo in útero habébit, & páriet fílium: * Et vocábunt nomen ejus Emmánuël. *Matt.* 1. 20. 22. 23. ℣. Audíte domus *David*: dabit Dóminus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo concípiet, & páriet fílium. *Iſai.* 7. 14. * Et vocábunt.

℟. Páriet María fílium; & vocábis nomen ejus Jeſum: * Ipſe enim † Salvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum. *Matt.* 1. 21. ℣. Partúriens páriet; & relíquiæ fratrum ejus converténtur ad fílios Iſraël. *Mich.* 5. 3. * Ipſe. Glória. † Salvum.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. *duplicatur*. Appáruit Móyſi Dóminus in flamma ignis de médio rubi; & vidébat quòd rubus ardéret, & non comburerétur. *Exod.* 3. 2.

Ant. 8. G. Cùm virgas poſuíſſet Móyſes coram Dómino, invénit germináſſe virgam Aáron. *Num.* 17. 7. 8.

Ant. 5. a. Abſcíſſus eſt lapis de monte ſine mánibus; lapis autem factus eſt mons magnus; & implévit univérſam terram. *Dan.* 2. 34. 35.

℣. Fons parvus crevit in flúvium máximum, ℟. Et in aquas plúrimas redundávit. *Eſther* 11. 10.

Ex libro ſancti Epiphánii epíſcopi advérsùs hæreſes.

Lectio iv. *Hæreſi* 78.

MAría ſignificátur per Hevam, quæ vivéntium mater ænígmatis involúcro nuncupátur. Illic enim mater vivéntium appelláta eſt, cùm jam illud audíſſet: Terra es, & in terram revertèris, poſt tranſgreſſiónem. Idque mirum eſt, quòd poſt

:úndùm · car-
:rére ſpíritu :
:re, ut tu de-
mulíeris.
lia Dómini à
:énies timén-
:it potentiam
diſpérſit ſu-
ávit húmiles.
:. ℣. Non de-
ı ſe; & inter-
:a hoſtem pó-
13. 17. 18.
:epet. ℟. Miſe-
l ℣. *excluſivè.*

U D E S
I N A S.
:, Magnificáte
ım, ℟. Et exal-
us in idípſum.

:ominica.
. *toni.* D.
congregavé-
ias; tu ſuper-
ıs. *Prov.* 31. 29.
c. Benedíctus
diréxit in vúl-
cipis inimicó-
Judith 13. 24.
manum fémi-
um Dóminus
dith 13. 19.
nedícta tu.
Judic. 5. 3.
:; aúribus per-
:ipes : * Ego
quæ Dómino
Dómino Deo
n exíres de

Seïr, * & tranſíres per regiónes Edom,

Terra mota eſt, * cœlíque ac nubes diſtillavérunt aquis;

Montes fluxérunt à fácie Dómini, * & Sínaï à fácie Dómini Dei Iſraël....

Ceſſavérunt fortes in Iſraël, & quievérunt; * donec ſúrgeret mater in Iſraël.

Nova bella elégit Dóminus, * & portas hóſtium ipſe ſubvértit...

Salvátæ ſunt relíquiæ pópuli; * Dóminus in fórtibus dimicávit.

Ant. Benedícta tu in muliéribus; inveníſti enim grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 28. 30.

Ant. 1. a. Deus oſténdet ſplendórem ſuum in te, omni qui ſub cœlo eſt. *Baruch* 5. 3.

Capitulum. *Cant.* 6. 9.

Quæ eſt iſta, quæ progréditur quaſi auróra conſúrgens, pulcra ut luna, elécta ut ſol, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta.

Hymnus, Nunc auróra, *in Officio B. Mariæ in Sabbato*, lxxv.

℣. Elégit eam Dóminus
℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

Ad Bened. *Ant.* 1. *f.* * *dupl.* Ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum factum ex muliére, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. *Gal.* 4. 4. 5.

Oratio.

SUpplicatiónem ſervórum tuórum, Deus miſerátor, exaúdi; ut qui in honórem Dei genitrícis & vírginis Maríæ congregámur, ejus interceſſiónibus à te de inſtántibus periculis eruámur; Per eúndem Dóminum.

Nulla Commemoratio.

AD HORAS, *Doxologia*,

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM, *Ant.* Multæ filiæ.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.

Oratio, Supplicatiónem, *ſuprà*, & *Oratio*, Dómine ſancte, Pater omnípotens, *ſub una concluſione*.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 5. *decr.* 5. *de Peccato originali.*

DEclárat ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentiónis comprehéndere in decréto ubi de Peccáto originali ágitur, beátam & immaculátam vírginem Maríam Dei genitrícem, ſed obſervándas eſſe conſtitutiónes Sixti papæ quarti, ſub pœnis in eis conſtitutiónibus conténtis, quas ínnovat.

AD HORAS, *ut in officio B. Mariæ in Sabbato*, lxxvj. ℟. ℟. *brevibus adduntur duo* Allelúia.

A D V E S P I

Pſalmi de Offici Mariæ virginis, lu

Antiphona 4. *to*

BEnedicta tu à I omni tabernácu *Judith* 13. 31.

Ant. 7. a. In om quæ audíerit nom magnificábitur ſupe Iſraël. *Judith* 13. 3

Ant. 6. F. Peccá mino: ne ceſſes pr máre ad Dóminum ſtrum, ut ſalvet no 6. 8.

Ant. 5. a. Invc num, & lóquere r bis, & líbera nos *Eſther* 15. 3.

Ant. 1. D. Pr ſtias & tribulatión tui, ſubveníſti ruín péctum Dei noſtri. 25.

Capitulum. Eccli.

QUi creávit me in tabernácu dixit mihi: in Ja ta, & in Iſraël he in eléctis meis mitt

℟. Laudáte Dómi noſtrum, qui * In ſua adimplévit m ſuam, quam pron Iſraël. *Judith* 13. 1 cépit Iſraël púerum cordátus miſericó ſicut locútus eſt a ſtros. *Luc.* 1. 54. 5 Glória. Repetitur uſque ad ℣. excl

Ave radix Jeſſe,

n tuum depreca-
ımnes dívites ple-
: 3.
f. *Ant.* 5. F. *dupl.*
:rúſalem, tu lætí-
tu honorificéntia
i; eò quòd caſtitá-
is, ídeo & manus
fortávit te, & ídeo
ƈta in ætérnum.
o. II.
Supplicatiónem,
ıdibus.
ımmemoratio.
ıPLETORIUM.
Benedicéntur in
nine tuo cunƈtæ
. *Gen.* 28. 14.
Virgo Dei géni-
P*ſalterio*, 145.
dimíttis, *Ant.* 4.
:díƈta tu inter mu-
ɩenedíƈtus fruƈtus
Luc. 1. 42.
Supplicatiónem,
Véritas, *ſub una*

E XIII.
E VIRGINIS
martyris
memoratio.
ɩ VESPERAS, *Ant.*
r. Heréditas, lviij.
;, qui beátæ, *infrà.*
ıs Matutinis, *Ant.*
℣. Deus præcínxit

Oratio.
qui beátæ Lúciæ
nina virginitátis

& martyrii viƈtóriâ dúplicem corónam tuâ grátiâ contulíſti; da, quæſumus, ut de hóſtibus, mundo, carne, & diábolo triumphántes cœléſtem glóriam conſequámur; Per.

IN VESPERIS, *Pro Commemoratione SS. Nicaſii & Sociorum, martyrum, Ant.* Communicántes, ℣. Viríliter, xiv. *Oratio*, Mártyrum, xvij.

DIE XIV.

SS. NICASII, REMENSIS Epiſcopi, & Sociorum, Martyrum

Commemoratio.

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Beáti, ℣. Multæ, *Oratio*, Mártyrum, xvij.

DIE XVII.

S. LAZARI A CHRISTO ſuſcitati

Commemoratio.

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Jeſus venit Bethániam, ubi Lázarus fúerat mórtuus, quem ſuſcitávit Jeſus. Fecérunt autem ei cœnam ibi; Lázarus verò unus erat ex diſcumbéntibus cum eo. *Joan.* 12. 1. 2.

℣. Dóminus mortíficat, & vivíficat; ℟. Dedúcit ad ínferos, & redúcit. 1. *Reg.* 2. 6.

Oratio.

DEus, reſurréƈtio & vita, qui beátum Lázarum quatriduánum ſuſcitáſti à monuménto; da, quæſumus, ejus interceſſióne, ut abláto à nobis corde lapídeo, à morte peccáti reſurgámus; Qui vivis & regnas.

Duplex majus.

Omnia de Communi Apoſtolorum, j. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridie In Veſperis,

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Dixit Thomas, qui dícitur Dídymus, ad condiſcípulos: Eámus & nos, ut moriámur cum Jeſu. *Joan.* 11. 16.

Oratio, Da nobis, *ad Laudes.*

Pro Commem. Feriæ, Ant. O, *integra.* Magníficat, &c. *Repetitur Ant.* O, *Oratio Dominicæ præcedentis.*

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Ex Evang. Euſeb. lib. 1. *c.* 13. *Item lib.* 2. & 3. *Gaudent. hom.* 17. *apud Phot. cod.* 246. *Ruff. Hiſt. lib.* 2. *cap.* 5. *Greg. Turon. de glor. Mart. lib.* 1.

mus quò vadis, & quó
póſſumus viam ſcire? Q
tim his à Dómino verbi
ctus eſt: Ego ſum via, & v
& vita: nemo venit ad I
niſi per me. Poſt octo
rectióne dies, vidit Dó
in médio diſcipulórum
priùs céteris Apóſtolis
ſurrexíſſe, & viſum à
narrántibus non crec
præſéntem intúitus e
vit: Dóminus meus,
meus. Erat autem cu
Nathanaéle, & filiis
& áliis diſcípulis duób
manifeſtávit ſe íteru
ad mare Tiberíadis.

Lectio v.

Evangélium p
apud Parthos,
Médiam, Pérſidem,

Oecuménico
ari Thomam
es gentes fe-
rant, ejúſque
tanquam do-
óminus meus,
laminæ ſeu in
in quo corpus
nditum fuit,
onaſtérium &
magnitúdinis,
ltis miráculis
riam declará-
ectio vj.
déſſam in Me-
anſlátæ longè
ncti Apóſtoli
um partículas
, & Mediola-
, teſte ſancto
iána Baſílica,
déntio, ſub ſé-
n aſſervábant.
ádeo célebris
nómine ſancti
Edéſſæ fúerat
, ut in ea pro-
tem Colléctæ
ne celebrarén-
ndæ causâ Va-
Ariánus Edéſ-
fruſtrà edixit,
éſiis Cathólici
aut in campo
convenírent.
nim, ut narrant
ómenus, pó-
i, & eò miſſus
litum número
éctus, cunctos
m pro fide ſuâ
tos.

In III. Nocturno.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 20. 24. *ad* 29.

IN illo témpore; Thomas unus ex Duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis quando venit Jeſus. Dixérunt ergo ei álii diſcípuli: Vídimus Dóminum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 26. in Evang. poſt medium.

QUid, fratres cariſſimi, quid inter hæc animadvértitis? Nunquid caſu geſtum créditis, ut eléctus ille Diſcípulus tunc deéſſet; pòſt autem véniens audíret, aúdiens dubitáret, dúbitans palpáret, palpans créderet? Non hoc caſu, ſed divínâ diſpenſatióne geſtum eſt. Egit namque miro modo ſupérna cleméntia, ut Diſcípulus ille dúbitans, dum in magiſtro ſuo vúlnera palpáret carnis, in nobis vúlnera ſanáret infidelitátis. Plus enim nobis Thomæ infidélitas ad fidem, quàm fides credéntium diſcipulórum prófuit: quia dum ille ad fidem palpándo redúcitur, noſtra mens, omni dubitatióne poſtpóſitâ, in fide ſolidátur.

Lectio viij.

PAlpávit, & exclamávit: [Dóminus meus, & Deus meus. Dicit ei Jeſus: Quia vidiſti me, Thoma credidíſti.] Cùm Paulus apóſtolus dicat: [Eſt autem fides ſperan-

Die XIX.
SANCTI GREGORII, Autiſſiodorenſis epiſcopi
Commemoratio.

In Laudibus Matutinis, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Omnípotens, xxv.

Die XXI.
In feſto S. THOMÆ APOSTOLI.
Duplex majus.

Omnia de Communi Apoſtolorum, j. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridie In Vesperis, *Ad* Magníficat, *Ant.* 2. D.* Dixit Thomas, qui dícitur Dídymus, ad condiſcípulos: Eámus & nos, ut moriámur cum Jeſu. *Joan.* 11. 16.

Oratio, Da nobis, *ad Laudes.*

Pro Commem. Feriæ, Ant. O, *integra.* Magníficat, &c. *Repetitur Ant.* O, *Oratio Dominicæ præcedentis.*

In II. Nocturno.
Lectio iv.

Ex Evang. Euſeb. lib. 1. *c.* 13. *Item lib.* 2. *&* 3. *Gaudent. hom.* 17. *apud Phot. cod.* 246. *Ruff. Hiſt. lib.* 2. *cap.* 5. *Greg. Turon. de glor. Mart. lib.* 1. *cap.* 32. *Socrat. lib.* 4. *cap.* 18. *Conc. Later.* 1. *&* 6. *S. Paulino, & aliis.*

THomas, qui & Dídymus, id eſt, geméllus, unus fuit è Duódecim quos Chriſtus è diſcípulis ſuis elégit, & Apóſtolos nominávit. Cùm Chriſtus Lázarum ſuſcitatúrus pérgeret in Judæam, ubi lapidáre eum Judæi nuper volúerant, dixit Thomas ad condiſcípulos: Eámus & nos, ut moriámur cum eo. Quâ nocte Chriſtus Euchariſtiam inſtítuit, cùm dixiſſet diſcípulis ſuis: Vado paráre vobis locum, & quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis, reſpóndit Thomas: Dómine, neſcímus quò vadis, & quómodo póſſumus viam ſcire? Qui ſtatim his à Dómino verbis edóctus eſt: Ego ſum via, & véritas, & vita: nemo venit ad Patrem niſi per me. Poſt octo à reſurrectióne dies, vidit Dóminum in médio diſcipulórum, & qui priùs céteris Apóſtolis eum reſurrexiſſe, & viſum à ſe fuiſſe narrántibus non credíderat, præſéntem intúitus exclamávit: Dóminus meus, & Deus meus. Erat autem cum Petro, Nathanaéle, & fíliis Zebedæi, & áliis diſcípulis duóbus, cùm manifeſtávit ſe íterum Jeſus ad mare Tiberíadis.

Lectio v.

EVangélium prædicávit apud Parthos, qui tum Médiam, Pérſidem, & regiónes álias plures occupábant. Apud Indos occíſum eſſe ab incrédulis & iníquis, cùm regnum Dei & juſtítiam prædicáret, & ſcribunt ſanctus Gaudéntius & pleríque vétere[s]. Diffúſam undequáque ejus fidem ac famam his verbis ad ejus túmulum prædicábat in-eúnte quinto ſéculo autor quidam in Concíliis Lateran

& ſexto Oecuménico
us : Bárbari Thomam
ant; omnes gentes fe-
hódie célebrant, ejúſque
n Dómino tanquam do-
ifferunt: Dóminus meus,
us meus. Calamínæ ſeu in
loco illo, in quo corpus
primùm cónditum fuit,
ctum eſt monaſtérium &
lum miræ magnitúdinis,
o Deus multis miráculis
toli ſui glóriam declará-

Lectio vj.

le tamen Edéſſam in Me-
potámia tranſlátæ longè
fúerant ſancti Apóſtoli
uiæ, quarum partículas
as Fundána, & Mediola-
is Eccléſia, teſte ſancto
íno, & Brixiána Basílica,
ſancto Gaudéntio, ſub ſé-
quarti finem aſſervábant.
m ſéculo ádeo célebris
quæ ſub nómine ſancti
mæ dicáta Edéſſæ fúerat
ica insígnis, ut in ea pro-
loci ſanctitátem Colléctæ
intermiſſióne celebrarén-
Ejus ſpectándæ causâ Va-
imperátor Ariánus Edéſ-
proféctus, fruſtrà edíxit,
alſi ab Eccléſiis Cathólici
Basílica, aut in campo
civitátem convenírent.
venérunt enim, ut narrant
ates & Sozómenus, pó-
die univérſi, & eò miſſus
ingénti mílitum número
éſtus præféctus, cunctos
iit ad mortem *pro fide ſuâ*
ndam parátos.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 20. 24. *ad* 29.

IN illo témpore; Thomas unus ex Duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis quando venit Jeſus. Dixérunt ergo ei álii diſcípuli: Vídimus Dóminum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 26. *in Evang. poſt medium.*

QUid, fratres caríſſimi, quid inter hæc animadvértitis? Nunquid caſu geſtum créditis, ut eléctus ille Diſcípulus tunc deéſſet; pòſt autem véniens audíret, aúdiens dubitáret, dúbitans palpáret, palpans créderet? Non hoc caſu, ſed divínâ diſpenſatióne géſtum eſt. Egit namque miro modo ſupérna cleméntia, ut Diſcípulus ille dúbitans, dum in magíſtro ſuo vúlnera palpáret carnis, in nobis vúlnera ſanáret infidelitátis. Plus enim nobis Thomæ infidélitas ad fidem, quàm fides credéntium diſcipulórum prófuit: quia dum ille ad fidem palpándo redúcitur, noſtra mens, omni dubitatióne poſtpóſitâ, in fide ſolidátur.

Lectio viij.

PAlpávit, & exclamávit: [Dóminus meus, & Deus meus. Dicit ei Jeſus: Quia vidíſti me, Thoma credidíſti.] Cùm Paulus apóſtolus dicat: [Eſt autem fides ſperan-

dárum ſubſtántia rerum, argumèntum non apparéntium:] proféctò liquet, quia fides illárum rerum argumèntum eſt, quæ apparére non poſſunt. Quæ étenim appárent, jam fidem non habent, ſed agnitiónem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpávit, cur ei dicitur: [Quia vidiſti me, credidiſti?] ſed áliud vidit, áliud crédidit. A mortali quippe hómine divínitas vidéri non pótuit.

¶ *Si hoc Feſtum occurrat in quatuor Temporibus, Lectio* ix. *legitur de Homilia illius Feriæ, & ſequens omittitur.*]

Lectio ix.

HOminem ergo vidit, & Deum conféſſus eſt, dicens: [Dóminus meus, & Deus meus.] Vidèndo ergo crédidit, qui conſiderándo verum hóminem, hunc Deum quem vidére non póterat, exclamávit. Lætíficat valde quod ſéquitur: [Beáti qui non vidérunt, & credidérunt.] In qua nimírum ſenténtia nos ſpeciáliter ſignáti ſumus, qui eum quem carne non vídimus, mente retinémus. Nos ſignáti ſumus; ſed ſi fidem noſtram opéribus ſéquimur. Ille étenim verè credit, qui exércet operándo quod credit.

℟. Æquo ánimo, *ut ſuprà*, 206. [*Si Feſtum transferatur*, ℟. Ecce dedi, *in Communi Apoſtolorum*, iv.]

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Dicit Thomæ Jeſus: Ego ſum via, & véritas, & vita: nemo venit ad Patrem, niſi per ...
Joan. 14. 6.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beáti apóſtoli Thomæ feſtivitáte glo... ut ejus ſemper & patro... ſublevémur, & fidem có... devotióne ſectémur; Pe...

Commem. Feriæ Adv...
Ant. Oráte, 206. (*niſi ... transferatur*,) ℣. Emitte ...

Ad Magnif. *Ant.* 6. F... manus meas, & affer ... tuam, & mitte in latus ... & noli eſſe incrédulus, ... délis. Reſpóndit Thom... dixit: Dóminus meus, & ... meus. *Joan.* 20. 27. ...

Pro Commem. Feriæ ... integra. Magníficat, &... *Ant.* O, *Oratio Domi...*

¶ *Officia Feſtorum, q... ceps uſque ad* 14. *Jan... Calendario ſequuntur ... tur in proprio de Tem...*

FESTA JANU...

DIE XIV.

In feſto

SANCTI HIL...

Pictavienſis Epiſc...

Eccleſiæ docto...

Duplex-mino...

Omnia de Commun... ctorum, xxxij. *except... quuntur.*

Pridie IN VESP...

Oratio, Profit, *infrà* ...

¶ Si hoc Feſtum Do... currat, transfertur ...

'eſto novem Lectionum
peditam ; & fit eâdem
icâ Commemoratio S.
in Officio Nocturno &
us. Quod in ſimili caſu
atur.]
nemoratio S. Felicis No-
reſbyteri , & confeſſoris
, Ant. Qui confitébitur
. Dóminus, xix. *Oratio,*
pro cujus nómine, xx.
I. NOCTURNO.
Lectio iv.
Hieron. lib. de Script.
. Sulp. Sever. lib. 11.
, & de vita B. Martini,
5. Fortunato in vita
rii, & ex ejus operibus.

Ilárius Pictávis in Gállia Aquitánica nóbili génere natus, ætáte ovéctâ, in Cathólica imæ & conſubſtantiá- initátis fide renátus, ta dídicit, ita exínde ut áliter crédere ſe nec nec velle conſtánter aſ- .Adhuc láïcus à Cathó- ligiónis hóſtibus abhór- éctus Pictavórum epíſ- , quo témpore terróri- onórum ſpoliatióne, & rudelitáte Conſtántius icos vexábat, niſi ad s partes transírent, Hi- tanquam firmíſſimum Ariánis ſe fórtiter op- & à Saturníni Arelatén- itii & Valéntis commu- e unà cum Gallicánis is ſejúnxit. *Ejúſdem tiá ártibus è Biterrénſi* conventículo in Phrygiam relegátus eſt, ibíque duódecim de Trinitáte libros édidit.

Lectio v.

Quarto exílii anno ad Seleúciæ Concílium cum Orientálibus epíſcopis advocátus, ibíque interrogátus, quæ eſſet Gallórum fides, expóſitâ fide ſuâ, juxta ea quæ à Pátribus Nicææ conſcrípta fúerant, Occidentálibus perhíbuit teſtimónium, & à Sabelliánæ hæréſeos criminatióne exémit. Legátos à Seleúciæ Concílio Conſtantinópolim ſecútus, ibi Occidentáles fallácibus Arianórum fórmulis decéptos, Orientáles eorúndem ſcélere victos advértit. In tanto fídei diſcrímine popóſcit Imperatóris audiéntiam, ut coram ipſo de fide cum adverſáriis diſputáret. Id annuénte Conſtántio, libéllum edit quo Arianórum impietátem, nimiámque ipſórum fraúdibus Imperatóris credulitátem ácriùs perſtríngens, Príncipem enixè rogat, ut nutántis fídei integritátem reſtítuat. Sed Arianórum factiónibus effé- ctum eſt, ut quaſi diſcórdiæ fomes, & perturbátor Oriéntis redíre juberétur ad Gállias. Tunc Hilárium è prælio hæreticórum reverténtem, inquit Hierónymus, Galliárum Eccléſia compléxa eſt.

Lectio vj.

Pictávos revérſus, frequéntibus intrà Gállias Conci-

lijs, & per epíſtolas egit, ut detéctâ Synódi Ariminénſis fraude, ea quæ ibi geſta fúerant, Epíſcopi condemnárent, & Gálliæ ab hæréſeos periculo liberaréntur. In Itália & in Illyrico inſtaurándis Eccléſiis & fidei Patrum reparándæ, cum ſancto Euſébio Vercellénſi allaborávit. Medioláni Auxéntium epíſcopum Ariánum in pública diſputatióne coégit ut Chriſtum verum Deum profiterétur. Demum innúmeris ad Cathólicam fidem tuéndam labóribus perfúnctus, multíſque éditis miráculis conſpícuus, óbiit Pictávis circa annum trecentéſimum ſexagéſimum ſéptimum, Valentiniáno & Valénte regnántibus. Quos ſcripſit libros inoffénſo poſſe pede decúrri, autor eſt ſanctus Hierónymus; qui & teſtátur tantum virum, tempóribus ſuis diſertíſſimum, & confeſſiónis ſuæ mérito, & vitæ indúſtriâ, & eloquéntiæ claritáte, ubicúnque Románórum nomen eſt, prædicári.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Léctio vij. *c.* 10. 24. *ad* 31.

IN illo témpore; Circumdedérunt Jeſum Judæi, & dicébant ei: Quoúſque ánimam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Reſpóndit eis Jeſus: Loquor vobis, & non créditis. Et réliqua.

Homília ſancti Hilárii
epíſcopi.

De Trinitate, lib. 3. *circa*

PErfécti Patris perfectus
Fílius, & ingéniti Dei u
génita progénies, qui ab
qui habet ómnia, accépit
nia, Deus à Deo, Spíritus
Spíritu, lumen à lúmine, co
fidénter ait: [Pater in me,
ego in Patre.] Quia ut Sp
tus Pater, ita & Fílius Sp
tus: ut Deus Pater, ita & F
lius Deus: ut lumen Pa
ita & Fílius lumen. Ex iis
quæ in Patre ſunt, ea in
bus eſt Fílius, id eſt, ex
Patre totus Fílius natu
non aliúnde, quia nihil
quam Fílius: non ex
quia ex Deo Fílius: n
Patre, quia plenitúdo
tis in Fílio: neque in
bus, quia in ómnibus.

Léctio viij. *Long*

AUdis: [Ego & P
num ſumus.] Q
cíndis & díſtrahis Fíliu
tre? Unum ſunt, ſ
qui eſt, nihil habens q
ſit étiam in eo à quo
audis Fílium dicénte
& Pater unum ſumu
ſónis rem accómmo
gnénti & génito pro
ſuæ permítte ſenténti
unum, ut ſunt, qui
qui génitus eſt. Cur
exclúdis? cur veritát
rimis? Audis: [Pat
eſt, & ego in Patre.
de Patre & Fílio

n ut corpus per
n noſtram cór-
nus, neque ut
infúndimus: ſed
utróque virtútis
& deitátis ple-
onfitémur. Om-
ius accépit à Pa-
i forma, & imá-
e ejus.

Poſt multa.

ur in divínis ef-
humánæ mentis
ſtándum eſt, ne-
tóre ſuo opifícii
a decérnat. Aſſu-
n nobis eſt ſtultí-
itiam ſumámus,
éntiæ ſenſu, ſed
ræ conſciéntiâ;
gitatiónis terrénæ
oncipit, id nobis
o divínæ virtútis
im enim recógni-
noſtræ intelligén-
tiam naturális in
udéntiæ ſenſéri-
er divínæ ſapién-
am ad Dei ſapién-
mur: cùm ſine
es Dei ac poteſtá-
iur, cùm natúræ
non intrà naturá-
hibeámus, cùm
le Deo bene credi
, ad quod de ſe
pſe ſibi nobíſcum
utor exíſtat.

es Matutinas.

*die uſque ad Præ-
Domini vel ſep-
excluſivè, in fine
alis.*

Hymnorum ejuſdem metri dicitur Doxologia, (niſi ſit propria) Qui natus es de Vírgine, &c. *& in* ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.]

Oratio.

Proſit nobis, Dómine, beáti pontíficis Hilárii feſtíva ſolémnitas; ut ſicut conſubſtantiális tibi Verbi fidem in Eccléſia tua ſervávit illæſam; ita nos ejus interceſſióne in eádem fide ſtábiles, ipſi ſoli ſemper Verbo vivámus fílio tuo Dómino noſtro; Qui tecum vivit & regnat in unitáte.

Commemoratio S. Felicis, *Ant.* Confitébor, ℣. Præcinxíſti me, *Oratio*, Deus, pro cujus nómine, xx.

Ad Vesperas.

Poſt Orationem, Proſit nobis, *ſuprà*, *ſit Commemoratio S. Guillelmi Bituricenſis epiſcopi*, *Ant.* Reſpéxit, ℣. Quæſívit, xxj. *Oratio*, Exaúdi, xxv.

Deinde ſancti Mauri abbatis, *Ant.* Egrédere, ℣. Sedébit, xlv. *Oratio*, Deus, qui beátum Maurum, *infrà ad Laudes*.

Die XV.

In feſto
SANCTI GUILLELMI,
Bituricenſis epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi S. Pontificis, xxij. *præter ſequentia.*

Oratio, Exaúdi, xxv.

Lectio prima de Scriptura occurrente; ex tribus fiet una.

Canónicus; ad Grandimon-
ténſem erémum, deínde ad
monaſtérium Pontiniacénſe
Diæcéſis Autiſſiodorénſis ſe
cóntulit, in quo prior eléctus,
inde Fontis - Joánnis apud
Vaſtinénſes, póſtea Caroliló-
ci prope Sylvanéctum Abbas
conſtitútus: demum ad ſedem
Bituricénſem relúctans evé-
ctus eſt. Eo in múnere, retén-
tâ étiam veſte monáſticâ, nihil
remíſit de aſperióris vitæ gé-
nere, & conſuétis pietátis
exercítiis. Aſsíduus in oratió-
ne ad eluceſcéntem uſque
diem, eo amóris & compun-
ctiónis ſenſu afficiebátur, quaſi
Chriſtum cruci affíxum præ-
ſéntem cérneret, præſértim in
ſacrificio Miſſæ celebrándo.
Diœcéſim ſtudióſè perlúſtrans,

citátus, crucem a
Albigénſes hæréticos
ſerat; ſed acutíſſimâ fel
réptus, cùm diem ſib
mum imminére intel
die quintâ Januárii ſac
buit ad pópulum con
in illa verba Apóſtoli
eſt jam nos de ſomno ſ
Morbo ingraveſcénte,
firmórum unctus eſt, &
ſacro Viático recreát
ctúrnas preces, ne mo
rátum intercíperet,
tere vóluit: ſed cùm, i
lábiis crucis ſigno, h
tantùm verba, [Dó
bia,] proférre potuiſ
ſolúto à circumſtántib
ricis noctúrno curſu
impóſitus, opértus
quod nunquam exúer

utiſſiodóri inſti-
Ecclésia Cathe-
ejus parte ditá-
lviníſtis ereptam

s Matutinas, ſit
Mauri abbatis,
. Habitábit, xlvj.
ratio.
i beátum Mau-
n ſolùm ſapién-
éndo, ſed étiam
obediéndo illú-
ti; præſta, quæ-
s imitatióne ſub-
in timóre Chri-
à caritáte ſerviá-
dem Dóminum.

XVII.
feſto
II ABBATIS.
duplex.
Communi SS. Ab-
præter ſequentia.
VESPERIS,
, cujus verbo,
es.
moratio SS. Speu-
ri, & Melaſippi
S. Leonillæ eorum
um, Ant. Com-
℣. Viriliter, xiv.
, qui glorióſos,

ctio ij.
è S. Athan. ſcrip-
onymo de Script.
is.
ius nóbilis Ægyp-
cùm circa annum
vigéſimum in-
am, ex Evangé-

lio audíſſet: [Si vis perféctus eſſe, vade, vende ómnia quæ habes, & da paupéribus,] tanquam ea ſibi dicta eſſent, ampliſſima quæ habébat prædia partítus eſt inter vicános, totiúſque vénditæ ſupelléctilis prétium paupéribus erogávit: ac primùm ſecéſſit haud procul à vico ſuo, ubi rebus ómnibus abdicátis non déſtitit ex labóris emoluménto aſſuétis eleemóſynis paúperes fovére, non áliud ſibi ſervans ad victum quàm unde panem émeret, quo non ante ſolis occáſum veſcebátur, adhíbito tantùm ſale ad condiméntum, & aquâ ad ſitim temperándam. Arctióris poſthac ſolitúdinis deſidério in monuménto occlúſus remánſit, familiári cuidam mandans, ut panem ſibi ſtatútis diébus afférret. Anno ætátis trigéſimo quinto erémum pétiit; unde poſt annos propè vigínti, Spíritus-ſancti impúlſu éxiit, ut Cœnobítas moderarétur.

Lectio iij.

TAntam ſuî veneratiónem ubíque concitávit Antónius, ut ab ipſis gentílibus homo Dei nuncuparétur. Magnum Athanáſium ab Ariánis penè oppréſſum crebrò inviſit, ejus grátiâ ad Conſtantínum non ſemel ſcripſit, ab hæreticórum congréſſu ſemper abhórruit, Ariános ejus auctoritáte ſe tuéntes público ſermóne damnávit. Dæmonas

quorum conflíctibus jam inde ab adoleſcéntia frequénter laceſsítus fúerat, vicit ſemper ac fugávit, & docens quibus armis illi ſuperaréntur; Mihi crédite, dicébat, fratres, pertiméſcit ſátanas piórum vigílias, oratiónes, jejúnia, voluntáriam paupertátem, miſericórdiam & humilitátem, máximè verò ardéntem amórem in Chriſtum, cujus único ſanctíſſimæ crucis ſigno debilitátus aúfugit. Morti próximus inter ália mónita, hæc frátribus inculcávit: cuſtodiénda eſt pia fides in Chriſtum, & Patrum ſervánda tradítio. Paulum Anachoretárum primum, quem ſenex adíerat, cum pſalmis ſepelívit. Vixit annos quinque ſupra centum. Scripſit Ægyptíacè ſeptem Epíſtolas, quæ in Græcam linguam tranſlátæ ſunt.

AD LAUDES MATUTINAS.

Oratio.

DEus, cujus verbo forìs ſonánte, & grátiâ intùs movénte excitátus Antónius, ut perféctus eſſet ómnia relíquit; da cunctis Evangélicæ profeſſiónis iter ingréſſis, in ſtádio ſic cúrrere, ut bravíum ætérnæ felicitátis accípere mereántur; Per Dóminum noſtrum.

Pro Commemoratione SS. Speuſippi, Eleoſippi, & Melaſippi fratrum, ac S. Leonillæ eorum aviæ, martyrum, Ant. Beáti, ℣. Multæ, xvij.

Oratio.

DEus, qui glorióſos [...] tyres Speuſippum, E[leo]ſippum, & Melaſippum, rúmque áviam Leonillam [...] prii ſánguinis effuſióne [...] los eleváſti; da nobis e[...] précibus adjuvári, & [...] térna gaúdia adipíſci; Dóminum.

Veſpera de Feſto ſequ[enti].

DIE XVIII.

In feſto

PONTIFICATUS

Cathedræ ſancti Petri

Quâ Antiochiæ pri[mum] ſedit, deinde Romæ.

Duplex-minus.

Omnia de Communi [...] S. Pontificis, xx. præter [...] hic ſunt propria.

IN PRIMIS VESPERIS

Pſalmi de Feria. Ant[iphonæ] quinque de Communi, ſine [Re]ſponſorio.

Capitulum. *Iſai.* 33

OCuli tui vidébunt J[eruſa]lem, habitatiónem [opu]léntam, tabernáculum nequáquam transférri [pote]rit: nec auferéntur cla[vi] in ſempitérnum, & om[nes fu]nículi ejus non rump[entur].

Hymnus. *Santol.*

QUALIS potéſtas, [...] quis terris honos [...]
Cui jura Chriſtus ipſe [...] ſit ſua?
Quidquid ligábis, q[...] & ſolves ſolo,
Hoc & ligábit, ſolvet [...] Deus.

cordis affé-
ı
s crédidit tibi

aſce nos, pa-
,
etre, pars gre-
ıus.
mo ſit ſupré-
;
; totus orbis

lendor ætérni

ıo laus decúſ-
ini Amen.
eus erit quaſi
us Jerúſalem,
da. *Iſai.* 22. 21.
t, *Ant.* 2. D. *
domûs David
ejus: apériet,
laudat: clau-
t qui apériat,
in loco fidéli,
ı glóriæ dómui
22. 22. 23.
qui beáto Pe-
audes.
oratione S. An-
ſſerat, ℣. Ve-
atio, Deus cu-
à.
I C I U M
R N U M.
Chriſtum pa-
m, * Veníte,
tr. 5. 4.
níte, 2.
ıalis poteſtas,
peris.
ria.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Tu es Simon fílius Jona: tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus. *Joan.* 1. 42.

Ant. 1. a. Noli timére: ex hoc jam hómines eris cápiens. *Luc.* 5. 10.

Ant. 8. G. Tibi dabo claves regni cœlórum: & quodcúnque ligáveris ſuper terram, erit ligátum & in cœlis; & quodcúnque ſólveris ſuper terram, erit ſolútum & in cœlis. *Matt.* 16. 19.

℣. Tu paſces pópulum meum Iſraël, ℟. Et tu eris princeps ſuper eum. 1. *Par.* 11. 2.

Sermo ſancti Leónis papæ.

Lectio iv. *Serm.* 80. *cap.* 3.

CUm duódecim Apóſtoli, accéptâ per Spíritum-ſanctum ómnium locutióne linguárum, imbuéndum Evangélio mundum, diſtribútis ſibi terrárum pártibus, ſuſcepíſſent; beatíſſimus Petrus princeps Apoſtólici órdinis, ad arcem Románi deſtinátur impérii; ut lux veritátis, quæ in ómnium géntium revelabátur ſalútem, efficáciùs ſe ab ipſo cápite per totum mundi corpus effúnderet. Cujus autem natiónis hómines in hac tunc urbe non eſſent? aut quæ uſquam gentes ignorárent quod Roma didiciſſet?

℟. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificábo Eccléſiam meam, * Et portæ ínferi non prævalébunt advérsùs eam. *Matt.* 16. 18. ℣. Urbs fortitúdinis noſtræ Sion; Salvátor ponétur in ea murus, & antemurále. *Iſai.* 26. 1. * Et portæ.

Lectio v. *cap.* 3. 4. 5.

HIc conculcándæ philoſóphiæ opiniónes, hìc diſſolvéndæ erant terrénæ ſapiéntiæ vanitátes, hìc confutándi dæmonum cultus, hìc ómnium ſacrificiórum impíetas deſtruénda, ubi diligentíſſimâ ſuperſtitióne habebátur collectum, quidquid uſquam fúerat vanis erróribus inſtitútum. Ad hanc ergo urbem tu, beatíſſime apóſtole Petre, veníre non métuis; & conſórte glóriæ tuæ Paulo apóſtolo, aliárum adhuc Eccleſiárum ordinatiónibus occupáto, ſilvam iſtam freméntium beſtiárum, & turbulentíſſimæ profunditátis Océanum, conſtántior quàm cùm ſupra mare gradieréris, ingréderis..... Jam pópulos qui ex circunciſióne credíderant, erudíeras: jam Antiochénam Eccléſiam, ubi primùm Chriſtiáni nóminis dígnitas eſt orta, fundáveras.

℟. Ait Dóminus: Simon, ego rogávi pro te ut non defíciat fides tua: & tu aliquándo convérſus confírma fratres tuos. Qui dixit ei: * Dómine, tecum parátus ſum & in cár-

cerem & in mortem
22. 31. 32. 33. ℣. In
que loco fúeris Dó
in morte, ſive in vi
ſervus tuus. 2. Re
* Dómine.

Sermo ſancti Au
epíſcopi.

Serm. 295. *In Nat.*
& Pauli 1.

Lectio vj.

DOminus Jeſus
los ſuos ante
ſuam, ſicut noſtis
quos Apóſtolos app
ter hos penè ubíque
trus totíus Eccléſi
geſtáre perſónam. F
ſam perſónam, qu
Eccléſiæ ſolus geſt
díre méruit: [Tibi
ves regni cœlóru
enim claves non ho
ſed únitas accépit
Hinc ergo Petri e
prædicátur, quia i
verſitátis & unitátis
figúram geſſit, qua
ctum eſt, [Tibi trad
ómnibus tráditum
ut novéritis Eccléſi
píſſe claves regni
audíte in álio loco
mínus dicat ómni
ſtolis ſuis: [Accip
tum-ſanctum.] Et
[Si cui dimiſéritis
dimittèntur ei; ſi
nuéritis, tenebúnt
ad claves pértinet,
dictum eſt: [Quæ
in terra, ſolúta

ligavéritis in ter-
nt & in cœlo.]
Joánnis, amas
. tu ómnia noſti;
no te. Dixit ei:
meas. *Joan.* 21.
Dóminus: Tu
m meum, & tu
Iſraël. 2. *Reg.* 5.
.ória. * Paſce.
OCTURNO.
Evangélii ſecún-
Matthæum.
. 16. 13. *ad* 19.
ore; Venit Jeſus
Cæſaréæ Philíp-
gábat diſcípulos
: Quem dicunt
Fílium hóminis?

i Leónis papæ.
mniv. Aſſumptio-
ca medium.
póſtolos Dómi-
de ſe hómines
intérrogat: &
reſpondéntium
, quándiu hu-
éntiæ ambigúi-
it ubi quid há-
ſcipulórum exi-
eſt in Dómini
qui primus erat
dignitáte. Qui
[Tu es Chri-
ei vivi;] Reſ-
s: [Beátus es
a, quia caro &
velávit tibi, ſed
ui in cœlis eſt.]
eátus es, quia
docuit; nec

terréna opínio te feféllit, ſed inſpirátio cœléſtis inſtrúxit; & non caro & ſanguis, ſed ille me tibi, cujus ſum unigénitus fílius indicávit.

Lectio viij.

ET ego,] inquit, [dico tibi;] hoc eſt, ſicut Pater meus tibi manifeſtávit divinitátem meam, ita & ego tibi notam fácio excelléntiam tuam. [Quia tu es Petrus;] id eſt, cùm ego ſim inviolábilis petra, ego lapis anguláris qui fácio útraque unum, ego fundaméntum præter quod nemo poteſt álind pónere; tamen tu quoque petra es, quia meâ virtúte ſolidáris, ut quæ mihi poteſtáte ſunt própria, ſint tibi mecum participatióne commúnia. [Et ſuper hanc petram ædificábo Eccléſiam meam, & portæ ínferi non prævalébunt advérsùs eam.] Super hanc, inquit, fortitúdinem ætérnum éxtruam templum; & Eccléſiæ meæ cœlo inferénda ſublímitas, in hujus fidei firmitáte conſúrget.

Lectio ix.

HAnc confeſſiónem portæ ínferi non tenébunt, mortis víncula non ligábunt; vox enim iſta, vox vitæ eſt. Et ſicut confeſſóres ſuos in cœleſtia próvehit, ita négatores ad inférna demérgit. Propter quod dícitur beatíſſimo Petro: [Tibi dabo claves regni cœlórum; & quæcúmque ligáveris ſuper terram,

erunt ligáta & in cœlis ; & quæcúnque ſólveris ſuper terram , erunt ſolúta & in cœlis.] Transívit quidem in álios Apóſtolos jus iſtud poteſtátis ; & ad omnes Eccléſiæ príncipes decréti hujus conſtitútio commeávit. Sed non fruſtrà uni commendátur, quod ómnibus intimátur. Petro enim ídeo hoc ſinguláriter créditur , quia cunctis Eccléſiæ rectóribus Petri forma propónitur. Manet ergo Petri privilégium, ubicúnque ex ipsíus fertur æquitáte judícium : nec nímia eſt vel ſevéritas vel remíſſio, ubi nihil erit ligátum, nihil ſolútum, niſi quod beátus Petrus aut ſólverit aut ligáverit.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, De omni corde ſuo laudávit Dóminum, ℟. Et diléxit Deum, qui fecit illum. *Eccli.* 47. 10.

Quinque Antiphonæ de Communi unius S. Pontificis.

Capitulum. *Act.* 2. 40.

VErbis plúrimis teſtificátus eſt Petrus, & exhortabátur Judæos, dicens : Salvámini à generatióne iſta prava.

Hymnus. *Santol. Vict.*

A PATRE Chriſtus quod ſibi jus tráditum,
Tibi relíquit, aſtra dum victor redit :
Quibus ligámur, ſolve vincla críminum,
Datis reclúde clávibus cœli fores.

PATRI ſupréma ſit
ma glória ;
Tibíque laudes tota
concinat ;
Ætérne Fili, ſplendor
Patris ;
Compar ſit almo la
que Flámini. A

℣. Státuit ei Dóm ſtaméntum ætérnum dedit illi ſacerdótium *Eccli.* 45. 8.

Ad Benedíctus, A Qui recepérunt Petri, baptizáti ſu póſitæ ſunt in die i círciter tria míllia.

Oratio.

DEus, qui be apóſtolo tuo c vibus regni cœléſti ligándi atque ſolvé ficium tradidíſti; c interceſſiónis ejus peccatórum noſtró bus liberémur; Q regnas.

AD HORAS, *omni muni unius S. Ponti*

AD VESPE

Capitulum. *Act.* 1

FRatres, vos ſ niam ab antíqu Deus in nobis elé meum audíre gent Evangélii, & créd novit corda Deus nium perhibuit, da ritum-ſanctum, ſi bis, & nihil diſcrév & illos, fide puríf eórum.

Qualis potéſtas ,
Veſperis.
ɿus élevat paúpe-
eat cum princí-
:ſólium glóriæ té-
2. 8.
ficat, *Ant.* 3. E.
ſecro , conſénior
ɪriſti paſſiónum :
ɩ vobis eſt gregem
iéntęs ſecúndùm
ue ut dominántes
l forma facti gre-
·. 1. *Petr.* 5.1.2.3.
E XX.
ı feſto
: SEBASTIANI
artyris.
ɜx-minus.
ɜ Communi unius
ij. *præter ea quæ*
· *propria.*
N VESPERIS,
ɜ, Dómine, *infrà.*
ɔratio S. Fabiani
rtyris, *Ant.* Dó-
Glorificátus ſum,
ɱnípotens , xj.
ɴ OCTÙRNO.
:ióne ſancti Am-
ſcopi in Pſalmum
ɯn décimum octá-

.o. §. 43. 44.
ectio iv.
tæ perſecutiónes,
probatiónes ; ubi
corónæ , multa
tibi ergo próficit ,
ɔerſecutóres ſunt ;
ltas perſecutiónes
ɑias quemádmo-

dum coronéris. Utámur exémplo Sebaſtiáni mártyris , cujus hódie natális eſt. Hic Mediolanénſis oriúndus eſt. Fortáſſe aut jam diſcéſſerat perſecútor, aut adhuc non vénerat in hæc pártium , aut mítior erat. Advértit hic aut nullum eſſe aut tepére certámen. Romam proféctus eſt , ubi propter fídei ſtúdium perſecutiónis acérba fervébant : ibi paſſus eſt , hoc eſt , ibi coronátus. Itaque illic , quò hoſpes advénit, domicílium immortalitátis perpétuæ collocávit.

Lectio v. §. 44. 45.

SI unus perſecútor fuíſſet, coronátus hic martyr útique non fuíſſet. Sed quod pejus , non hi ſolùm perſecutóres ſunt qui vidéntur , ſed étiam qui non vidéntur ; & multò plures perſecutóres. Sicut enim unus perſecútor rex multis perſecutiónis præcépta mittébat , & per ſíngulas vel civitátes , vel províncias erant divérſi perſecutóres ; ita étiam diábolus multos miníſtros ſuos dírigit, qui non forìs tantúmmodo , ſed étiam intùs fáciant perſecutiónes in ánimis ſingulórum.

Lectio vj. §. 45. 46.

DE his dictum eſt perſecutiónibus : [Omnes qui volunt piè vívere in Chriſto Jeſu , perſecutiónem patiúntur.] Omnes dixit , nullum excépit. Quis enim excéptus poteſt eſſe, cùm ipſe Dóminus

perſecutiónum tentaménta toleráverit ? Perſéquitur avarítia, perſéquitur ambítio, perſéquitur luxúria, perſéquitur ſupérbia, perſéquitur fornicátio.... Iſti ſunt perſecutóres graves, qui ſine gládii terróre mentem hóminis frequénter elídunt, qui illécebris magìs, quàm terróribus ánimos expúgnant fidélium. Hi tibi hoſtes cavéndi, hi gravióres tyránni, per quos Adam captus eſt. Multi in perſecutióne pública coronáti, occúltâ hâc perſecutióne cecidérunt.

In III. Nocturno.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 21. 12. *ad* 19.

In illo témpore; Dicébat Jeſus diſcípulis ſuis: Injícient vobis manus ſuas, & perſequéntur tradéntes in ſynagógas & cuſtódias; trahéntes ad reges & præſides, propter nomen meum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 35. *in Evang.*

Ponite in córdibus veſtris non præmeditári quemádmodum reſpondeátis. Ego enim dabo vobis os & ſapiéntiam, cui non póterunt reſíſtere & contradícere omnes adverſárii veſtri.] Ac ſi apértè membris ſuis infirmántibus dicat: Nolíte terréri, nolíte pertiméſcere, vos ad certámen accéditis, ſed ego præ[redacted] : vos verba éditis, ſed [redacted] ſum qui loquor.

Lectio viij. *Paulò pòſt.*

Sed quia dura ſunt, quæ prædicúntur de afflictióne mortis, prótinus conſolátio ſúbditur de gaúdio reſurrectiónis, cùm dícitur: [Capíllus de cápite veſtro non períbit.] Scimus, fratres, quia caro incíſa dolet, capíllus incíſus non dolet. Ait ergo martyribus ſuis: [Capíllus de cápite veſtro non períbit.] Vidélicet apértè dicens: Cur timétis ne péreat quod incíſum dolet, quando & illud in vobis períre non poteſt, quod incíſum non dolet? Sequitur: [In patiéntia veſtra poſſidébitis ánimas veſtras.] Idcírco poſſéſſio ánimæ in virtúte patiéntiæ pónitur; quia radix ómnium cuſtóſque virtútum patiéntia eſt.

Lectio ix.

Per patiéntiam poſſidémus ánimas noſtras, quia dum nobis ipſis dominári díſcimus, hoc ipſum incípimus poſſidére quod ſumus. Patiéntia verò eſt, aliéna mala æquanímiter pérpeti, contra eum quoque qui mala írrogat, nullo dolóre mordéri. Nam qui ſic próximi mala portat, ut tamen tácitus dóleat, & tempus dignæ retributiónis quærat, patiéntiam non éxhibet, ſed oſténdit. Scriptum quippe eſt: [Cháritas pátiens eſt, benígna eſt.] Pátiens namque eſt, ut aliéna mala tóleret; benígna verò eſt, ut ipſos étiam quos por-

Iinc namque per
/éritas dicit: [Di-
›s veſtros, bene-
ui odérunt vos,
›erſequéntibus &
›us vos.] Virtus
›ram homínibus,
olerare; ſed vir-
:o, dilígere: quia
Deus ſacrificium
l ante ejus óculos
ıi óperis flamma
:éndit.

›ratio.

ómine, infirmi-
ſtras; &, interce-
Sebaſtiáno már-
leri nobis pietáte
r Dóminum.

ratio S. Fabiani,
:rit, ℣. Vincénti,
Omnípotens, xj.
RIS, *fit Comme-
:netis, Ant*, Vin-
Heréditas, lviij.
ıípotens, *infrà*.

XXI.
feſto
:IS VIRGINIS
aartyris.
iduplex.
*Communi Virgi-
ım*, lviij. *excep-
ıtur.*
ıncti Ambróſii
le Virgínibus.
:. *ſororem*, *lib.* I.
. 5. 7. 8, 9.
ctio ij.

: nátalis eſt ſan-
ıgnes. Hæc duó-
n annórum mar-tyrium fecíſſe tráditur. Quò deteſtabílior crudélitas, quæ nec minúſculæ pepércit ætáti; imò magna vis fidei, quæ étiam ab illa teſtimónium invénit ætáte. Fuítne in illo corpúſculo vúlneri locus? Et quæ non hábuit quo ferrum recíperet, hábuit quo ferrum vínceret. Hæc inter cruéntas carníficum impávida manus, hæc ſtridéntium grávibus immóbilis tráctibus catenárum, nunc furéntis mucróni mílitis totum offérre corpus, mori adhuc néſcia, ſed paráta; vel ſi ad aras invíta raperétur, téndere Chriſto inter ignes manus, atque in ipſis ſacrílegis focis trophæum Dómini ſignáre victóris: nunc ferrátis colla manúſque ambas inſérere néxibus; ſed nullus tam tenúia membra póterat nexus inclúdere. Novum martyrii genus! Nondum idónea pœnæ, & jam matúra victóriæ.

Lectio iij.

Quanto terróre egit cárnifex ut timerétur, quantis blandítiis ut ſuadéret, quantórum vota ut ſibi ad núptias perveníret? At illa: Et hæc Sponſi injúria eſt expectáre placitúrum. Qui me ſibi prior elégit, accípiet. Quid percúſſor moráris? Péreat corpus quod amári poteſt óculis, quibus nolo. Stetit, orávit, cervícem infléxit. Cérneres trepidáre carníficem

quaſi ipſe addíctus fuíſſet; trémere percuſſóris dextram; pallére ora aliéno timéntis perículo, cùm puélla non timéret ſuo. Habétis ígitur in una hóſtia duplex martyrium, pudóris & religiónis. Et virgo permánſit, & martyrium obtínuit.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas; concéde propítius, ut qui beátæ Agnétis vírginis & mártyris tuæ ſolémnia cólimus, ejus apud te patrocínia ſentiámus; Per Dóminum noſtrum.

Veſpera de Feſto ſequenti.

Die XXII.

In feſto SANCTI VINCENTII diaconi & martyris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi unius Martyris, vij. *præter ea quæ ſequuntur.*

Oratio, Adéſto, *infrà.*

Pridie In Vesperis, *fit Commemoratio S. Agnetis*, *Ant.* Caſta, ℣. Vicérunt, lix. *Oratio*, Omnípotens ſempitérne Deus, *ſuprà.*

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Ex Actis apud Ruinart. Greg. Turon. de glor. Mart. c. 90. & l. 3. Hiſt. c. 29.

VIncéntius à Valério, Cæſarauguſtáno præſule diáconus ordinátus, ab eódem præſule qui erat linguæ impeditióris, verbi miniſtérium accépit. Hunc in perſecutióne Diocletiáni & Maximiáni, Daciánus Valéntiam in Hiſpánia vinctum addúci præcépit. Se Chriſtiánæ religiónis cultórem Vincéntius coram Præſide profeſſus, vinctus retórtis bráchiis exténſus eſt, donec oſſa ſédibus ſuis síngula moveréntur: mox férreis únguibus ſemel atque íterum excarnificátus eſt. Ipſe ſpretis torméntis addúci non pótuit ut thus idólis adoléret, neque ut libros ſacros tráderet; quaprópter catículæ ſubjéctis ardéntibus prunis impónitur: applicántur membris láminæ, decúrrit inter candéntis ferri aſperitátem liquor, ſtridens flamma arvínâ reſpérgitur, ſalis ígnibus ſparſi crepitántes minútiæ per membra diſsíliunt: intérea martyr immótus, eréctis in cœlum óculis, Dóminum precabátur.

Lectio v.

POſt hæc in cárcere teſtáceis fragméntis ſtrato diſténditur ut teſtárum acúlei vúlnerum dolórem exaſperárent. Verùm illuſtráto cœ… tus cárcere, Angelórum fo… tur obſéquio, allóqui… cétur, ſolútis néxibus … bulans pſallit, cónſonat … Angélicæ moduláta ſuá … quod per rimas conſpici… ſtupefácti cárceris cuſto…

ióni fidéliter
tus inde Vin-
ılcitræ impó-
:ulùm recreá-
ıo torqueré-
ãm reſolútus
ælo ſpíritum

vj.
ım frequéntia
gia deoſculán-
úlnera totíus
iâ curioſitátę
n línteis éxci-
:ióne póſteris
ıténdit adhuc
rpore Daciá-
feris óbjicit,
ı mare: quod
re cupíerat,
ıper próditur
óſiùs humán-
guſtínus, ve-
nonſtrarétur.
.audes multis
ſecútus eſt
: quem étiam
ínus, & For-
carmínibus
:nt. Pignóri-
; Galliárum
ſéculo erant

CTURNO.
ıngélii ſecún-
hæum.

c. 10. 28.
:; Dixit Jeſus
: Nolíte ti-
ídunt corpus;
non poſſunt
ua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 277. *in nativitate Vincentii.*

OCulis fidei certántem ſpectávimus Mártyrem; & amávimus totum inviſibíliter pulcrum. Qualis enim decóris habébat ſpíritum, cujus fuit & cadáver invíctum? Dóminum conféſſus eſt vivus: inimícum ſuperávit & mórtuus. Quid putámus, fratres, quòd iſtum honórem providéntia Creatóris cùm étiam defúncto córpori détulit, mártyri áliquid præſtitit? Quid enim ſi non ſepelirétur? ignorábat ille unde ſuſcitarétur? Illi, & in victória coróna, & in reſurrectióne ſerváta eſt vita ætérna. Sed de córpore ejus, Eccléſiæ præſtita eſt conſolatiónis memória. Sic plerúmque Deus de ſervis ſuis præſtat ſervis ſuis, quâdam dignatióne donans quod magìs proſit ei cui datur, quàm ei de quo datur. Sic Elíam Deus per avem paſcébat; míttitur tamen paſcéndus ad víduam, ut fidélis vídua benedictiónem mererétur.

Lectio viij.

PRæſtitit Deus ſanctórum Mártyrum córpora Eccléſiis ſuis ad memórias oratiónum, non ad glórias Mártyrum. Illi enim habent íntegram glóriam ſuam apud creatórem ſuum: nec ipſi córpori áliquid timent, quóniam non

eſt quod tímeant : magìs ſi parcant córpori, nocent & córpori. Si autem per fidem non parcant córpori, præſtant & córpori.

Lectio ix.

ECce hoc atténdite, & fidem veſtram interrogáte. Sanctus Vincéntius ſi formídine tormentórum negáret Chriſtum, viderétur córpori pepercíſſe : quâdam autem conditióne mortáli, córpore ſolverétur. Quid ágeret in reſurrectióne, cùm in ætérnum ignem præcipitarétur? Negans Chriſtum, negátur à Chriſto. [Qui negáverit me,] inquit, [coram homínibus, negábo eum coram Patre meo qui eſt in cœlis.] Ecce negáret; quieſcerent illi tortóres; & vulneráto ánimo ſanum eſſet corpus, imò occíſo ánimo víveret corpus. Quid prodéſſet in ætérnum mórtuo brevis córporis vita?

Oratio.

ADéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris; ut qui ex iniquitáte noſtra reos nos eſſe cognóſcimus, beáti Vincéntii mártyris tui interceſſióne liberémur; Per Dóminum.

DIE XXIV.

In feſto

S. TIMOTHEI, EPHESINI

epiſcopi & martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, vij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Oratio, Omnípotens, *infrà.*

Lectio ij.

Ex St Pauli Epiſt. Euſeb. Hiſt. lib. 3. *cap.* 4. *& aliis.*

TImótheus, Lyſtris in Lycaónia natus, patrem hábuit gentilem, matrem Judæam, nómine Eúnicen, & áviam Lóïden, quarum fidem non fictam laudat Apóſtolus. Fuit éadem fides & in Timótheo : nam ab infántia ſacras lítteras didícerat; & teſtimónium illi reddébant qui in Lyſtris erant & Icónio fratres. Hinc factum eſt ut illum Paulus licèt júvenem aſſúmpſerit ſuæ peregrinatiónis cómitem, & prædicatiónis ſócium; ſed propter Judæos, qui ſe ad Chriſtum convérterant, ſciéntes Timóthei patrem eſſe gentilem, eum circumcídit. Quantùm ſub tanto magíſtro profécerit, in fide, in doctrína, in omni ſanctitáte, & in Apoſtólico zelo teſtátur ipſe Paulus, qui eum vocat fílium ſuum diléctum, & ſcribit ad Philippénſes, ſe néminem habére ſibi tam unánimem, quaſi, ut ait Chryſóſtomus, factus eſſet novus Paulus.

Lectio iij.

CUm ambo Epheſum veniſſent, & Epheſo Paulus ab argentáriis compúlſus eſſet exíre, ibi ſecúndùm præcedéntes de Timótheo prophetías, per impoſitiónem mánuum epiſcopum illum relí-

n Eccléſiam, imò
ſiam gubernáret
ulus alter. Ad eum
ıas epíſtolas ſcrip-
è Macedónia, ál-
, quibus tanquam
ſtiánæ doctórem
it de iis quæ ſeu
cére débeat. Hinc
omnes epíſcopos
niníſtros hortátur
olas contínuè le-
liténtur, tanquam
. Scripſit Timó-
m Paulo epíſtolas
: álteram ad Co-
ım ad Coloſſénſes
'hilippénſes. Am-
:um Silváno ſcrip-
ıque ad Theſſalo-
íſtolam. Cùm E-
adam celebritáte
immolarétur, ab
e pópulum remo-
s, fúſtibus & lapí-
rt Græcórum tra-
us Timótheus in-
rum manus paulò
it.

ratio.

:ens ſempitérne
ıui beátum Timó-
:m Evangélii mi-
caritáte repléſti,
erit quæ ſua ſunt;
nobis ſpinas evél-
:ne odiéndo, verè
bene pérditos, in
am inveniámus;
um noſtrum Je-
ım.

Feſto ſequenti.

Die XXV.

In feſto CONVERSIONIS S. PAULI Apoſtoli.

Duplex-minus.

In Primis Veſperis.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* a.

FActa eſt perſecútio magna in Eccléſia, quæ erat Jeroſólymis. *Act.* 8. 1.

Ant. 3. a. Omnes diſpérſi ſunt præter Apóſtolos: Saulus autem devaſtábat Eccléſiam. *Act.* 8. 1. 3.

Ant. 5. a. Per domos intrans, & trahens viros ac mulíeres, tradébat in cuſtódiam. *Act.* 8. 3.

Ant. 7. c. Spirans minárum, & cædis in diſcípulos Dómini, accéſſit ad Príncipem Sacerdótum. *Act.* 9. 1.

Ant. 1. D. Pétiit ab eo epíſtolas in Damáſcum ad ſynagógas; ut ſi quos inveníſſet hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúſalem. *Act.* 9. 2.

Capitulum. *Tob.* 13. 1. 2.

MAgnus es, Dómine, in ætérnum, & in ómnia ſǽcula regnum tuum; quóniam tu flagéllas & ſalvas, dedúcis ad ínferos, & redúcis.

Hymnus. *Santol. Vict.*

QUos in hoſtes, Saule,
tendis,
Quo furóre pércitus?
Immoláre quid tot ardes
Innocéntes víctimas?

Inſequéndo quem laceſſis,
Séntiet mox víndicem.
CHRISTUS inſtat; impoténtem
Cæcat, urget, déjicit.
Ille cedit imperánti,
Seque totum ſúbjicit;
Perſecútor antè Chriſti,
Præco Chriſtum pérſonat.
ANTE, plenus qui minárum
Præparábat víncula,
Nunc tremens, nec jam rebéllis
Per manus dedúcitur.
Qui lupus rapax furébat,
Nunc in agnum vértitur.
DURA, Chriſte, quàm poténti
Corda verſas déxterâ!
Qui tuum delére nomen
Vult tuórum ſánguine,
Univérſum mox per orbem
Ipſe clarábit ſuo.
SIT ſupréma laus Paréntì,
Qui creávit ómnia:
Filióque qui redémit
Morte nos volens ſuâ:
Par & illi, cujus almo
Recreámur hálitu. Amen.

℣. Réſpice de cœlo, & vide, & víſita víneam iſtam, ℟. Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua. *Pſ.* 79. 15. 16.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Bénjamin lupus rapax, manè cómedet prædam, & véſperè dívidet ſpólia. *Gen.* 49. 27.

Oratio, Deus, cujus grátia, *infrà ad Laudes.*

Commemorátio S. *Timothei*, *Ant.* Juſtum, ℣. Cuſtodívit,

xiij. *Oratio*, Omnip
ſuprà, 463.
Deinde S. *Præjecti*
& martyris, *Ant.* Q
rit, ℣. Vincénti, vi
tio, Sancti Præjécti,
Laudes.

AD OFFIC

NOCTURNU

Invitatorium, De
cutiéntem & ſanánte
nite, adorémus. *Deu*
Pſalmus, Venite,
Hymnus. *Guill. Epi*

PASTORE percúſſ
Spirábat & cæde
Sparſúmque vaſtábat
Te, Chriſte, Saulus
ET jam caténas
Ferox parábat, jam
Sed ô! repéntè ſté
Verbóque percúſſu
QUID, Saule, S
ſtruis?
Agnóſce victrícem
Cœlo reluctári neſ
Absíſte Jeſum pérſ
JAM tendit im
nus,
Jam colla ſubmítti
Stupens jacet, c
mens,
Quid, Chriſte, c
jubes?
Ex hoſte miles,
Agnus, gregi ſe d
Et raptor ipſe, n
Raptus triúmpho d
O celſa cedróru
Qui voce vertis c
O qui poténti ſú
Mentes ſupérbas

, Paſtor, inſénſas tuo
›víli cóntere;
:ra, ſi quid dévium,
refléᵭe péᵭora.
ı ſit & trino Deo
ıa laus, ſummum decus,
ᵭe qui nos ad ſuæ
ı vocávit glóriæ. Amen.
ᵓſalmi de Feria.

I. Nocturno.

ı. f. Ego ſum vir Ju-
ıatus in Tarſo Ciliciæ,
edes Gamáliël erudítus
eritátem patérnæ legis.
:. 3.

2. D. Ego de tribu Bén-
, ſecúndùm legem Pha-
, ſecúndùm æmulatió-
pérſequens Ecclèſiam
Philipp. 3. 5. 6.

:. 3. a. Hanc viam per-
s ſum uſque ad mor-
illigans & tradens in cu-
; viros ac mulíeres. Aᵭ.

Dóminus pátiens, &
miſericórdiæ, ℞. Aú-
iniquitátem & ſcélera.
ı4. 18.

iones de Scriptura occurr.

ı. Leᵭ. ℞. Dixit inimí-
ᵓérſequar & comprehén-
dívidam ſpólia, implébi-
ima mea: * Evaginá-
ıdium meum, interfíciet
anus mea. Exod. 15. 9.
ıltos ſanᵭórum ego in
:ibus inclúſi, & cùm oc-
:ntur, détuli ſenténtiam.
6. 10. * Evaginábo.

ł 2. Leᵭ. ℞. Eram con-
ıs in cárcerem, & cæ-
ꝭ Hiemalis.

dens eos qui credébant: * Et cùm funderétur ſanguis Stéphani, ego aſtábam, & conſentiébam, & cuſtodiébam veſtiménta interficiéntium illum. Aᵭ. 22. 19. 20. ℣. Eduxérunt eum extra civitátem, & lapídibus interfecérunt. 3. Reg. 21. 13. * Et cùm funderétur.

Poſt 3. Leᵭ. ℞. Ego ſum mínimus Apoſtolórum, qui non ſum dignus vocári Apóſtolus, quóniam * Perſecútus ſum Eccléſiam Dei: † Grátiâ autem Dei ſum id quod ſum. 1. Cor. 15. 9. 10. ℣. Hæc mutátio déxteræ Excélſi. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? Pſ. 76. 11. 14. * Perſecútus ſum. Glória. † Grátiâ.

In II. Nocturno.

Ant. 3. a. Per omnes ſynagógas frequénter púniens ſanᵭos, compellébam blaſphemáre. Aᵭ. 26. 11.

Ant. 5. a. Ampliùs inſániens in eos, perſequébar uſque in éxteras civitátes. Aᵭ. 26. 11.

Ant. 7. a. Damáſcum pergébam, ut addúcerem inde vinᵭos in Jerúſalem ut puniréntur. Aᵭ. 22. 5.

℣. Uſquequo, Deus, improperábit inimícus? ℞. Irrítat adverſárius nomen tuum? Pſ. 73. 10.

De Aᵭibus Apoſtolórum.

Leᵭio iv. c. 9. 1. ad 9.

SAulus adhuc ſpirans minárum & cædis in diſcípulos Dómini, accéſſit ad príncipem ſacerdótum, &

dívit vocem dicéntem ſibi: Saule, Saule, quid me perſéqueris? Qui dixit: Quis es Dómine? Et ille: Ego ſum Jeſus, quem tu perſéqueris: durum eſt tibi contra ſtímulum calcitráre. Et tremens ac ſtupens dixit: Dómine, quid me vis fácere? Et Dóminus ad eum: Surge, & ingrédere civitátem; & ibi dicétur tibi quid te opórteat fácere. Viri autem illi, qui comitabántur cum eo, ſtabant ſtupefácti, audiéntes quidem vocem, néminem autem vidéntes. Surréxit autem Saulus de terra, apertíſque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáſcum. Et erat ibi tribus diébus non videns; & non man-

domo Judæ Saulu
Tarſénſem; ecce
(Et vidit virum A
mine, introeúnte
néntem ſibi manu
recípiat.) Reſpón
Anánias: Dómine
multis de viro h
mala fécerit ſanctis
rúſalem: & hic ha
tem à princípibus
alligándi omnes q
nomen tuum. Dix
eum Dóminus: V
niam vas electión
iſte, ut portet nom
coram géntibus, &
& fíliis Iſraël; eg
téndam illi quant
eum pro nómine
℟. Quis es Dó
ſum Jeſus, quem t

ei manus, dixit: Sau-
r, Dóminus miſit me
qui appáruit tibi in via
niébas, ut vídeas, &
is Spíritu-ſancto. Et
mceecidérunt ab óculis
quam ſquamæ, & vi-
cépit; & ſurgens bap-
eſt. Et cùm accepíſſet
confortátus eſt. Fuit
cum diſcípulis, qui
amáſci, per dies áli-
t contínuò in ſynagó-
dicábat Jeſum, quó-
ic eſt Fílius Dei.
xúrge, & ſta ſuper pe-
s: * Appárui tibi, ut
iam te miniſtrum eó-
æ vidíſti, & eórum
apparébo tibi. *Act.* 26.
ntéllige verba quæ ego
ad te, & ſta in gradu
li metúere. *Dan.* 10.
* Appárui. Glória.
ui.

II. Nocturno.

8. G. Surréxit Saulus
a, apertíſque óculis
débat: ad manus au-
um trahéntes, intro-
t Damáſcum. *Act.* 9.

4. E. Erat ibi tribus
non videns; & non
ávit, neque bibit. *Act.*

1. f. Erat quidam diſ-
nómine Ananias; &
s ad eum: Surge,
aulum nómine, Tar-
ecce enim orat. Act.

℣. Deus vúlnerat, & medé-
tur: ℟. Pércutit, & manus
ejus ſanábunt. *Job.* 5. 18.

Léctio ſancti Evangélii ſecún-
dùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 15. 16. *ad* 21.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Non vos me elegíſtis, ſed ego elégi vos, & póſui vos ut eátis, & fructum afferátis, & fructus veſter máneat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Ev. Tract. 86. §. 1.

NOn vos me elegíſtis, inquit, ſed ego vos elégi.] Hæc eſt illa ineffábilis grátia. Quid enim erámus quando Chriſtum nondum elegerámus, & ídeo non diligebámus? Nam qui eum non elégit, quómodo díligit? Nunquid jam in nobis erat quod in Pſalmo cánitur: [Elégi abjéctus eſſe in domo Dómini, magìs quàm habitáre in tabernáculis peccatórum?] Non útique. Quid ergo erámus, niſi iníqui & pérditi? Neque enim jam crediderámus in eum, ut elígeret nos: nam ſi jam credéntes elégit, eléctus elégit. Cur ergo díceret: [Non vos me elegíſtis,] niſi quia miſericórdia ejus prævenit nos.

℟. Reſpóndit Anánias: Dómine, audívi à multis de viro hoc, quanta mala fécerit ſanctis tuis in Jeruſalem: * Et hic habet poteſtátem à Princípibus alligándi omnes qui in-

vocant nomen tuum. *Act.* 9. 13. 14. ℣. Extermínávit víneam aper de ſilva, & ſinguláris ferus depáſtus eſt eam. *Pſ.* 79. 14. * Et hic habet.

Lectio viij. *Baulò pòſt.*

QUid ergo elégit in non bonis? Non enim elécti ſunt, quia boni fuérunt, qui boni non eſſent niſi elécti eſſent. Alióquin grátia jam non eſt grátia, ſi præceſsíſſe conténdimus mérita. Hæc quippe eléctio grátiæ eſt, de qua dicit Apóſtolus: [Sic ergo & in hoc témpore relíquiæ per electiónem grátiæ ſalvæ factæ ſunt.] Unde ſubjúngit: [Si autem grátia, jam non ex opéribus; alióquin grátia jam non eſt grátia.] Audi ingráte, ingráte audi: [Non vos me elegiſtis, ſed ego elégi vos.] Non eſt ut dicas: Ideo eléctus ſum, quia jam credébam. Si enim credébas in eum, jam elègeras eum. Sed audi: [Non vos me elegíſtis.] Non eſt ut dicas: Antequam créderem, jam bona operábar, ídeo eléctus ſum. Quid enim eſt boni óperis ante fidem, cùm dicat Apóſtolus: [Omne quod non eſt ex fide, peccátum eſt?]

℟. Dixit ad Ananiam Dóminus: * Vas electiónis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram géntibus; ego enim oſténdam illi, quanta opórteat eum pro nómine meo pati. *Act.* 9. 15. 16. ℣. Abiit vagus in via cordis ſui: vias ejus vidi, & ſanávi eum, & redúxi eum. *Iſai.* 57. 17. 18. * Vas electiónis.

Lectio ix. §. 3.

ET vidéte, caríſſimi, quemádmodum non éligat bonos, ſed quos elégit, fáciat bonos. [Ego,] inquit, [elégi vos, & póſui vos ut eátis, & fructum afferátis, & fructus veſter máneat.] Nonne iſte eſt fructus de quo jam díxerat: [Sine me nihil potéſtis fácere?] Elégit ergo, & póſuit ut eámus, & fructum afferámus: nullum ítaque fructum unde nos elígeret, habebámus. [Ut eátis,] inquit, [& fructum afferátis.] Imus ut afferámus, & ipſe eſt via quâ imus, in qua nos póſuit ut eámus. Proínde in ómnibus miſericórdia ejus prævenit nos. [Et fructus,] inquit, [veſter máneat; ut quodcúnque petiéritis Patrem in nómine meo, det vobis.] Máneat ergo diléctio, ipſe eſt enim fructus noſter.

℟. Ananias dixit: Saule frater, Deus præordinávit te, ut vidéres Juſtum, & audíres vocem ex ore ejus; quia eris teſtis illíus ad omnes hómines, * Et nunc quid moráris? † Exúrge, baptizáre, & áblue peccáta tua. *Act.* 22. 13. 14. 15. 16. ℣. Inſíliet in te Spíritus Dómini, & prophetábis, & mutáberis in virum álium. 1. *Reg.* 10. 6. * Et nunc. Glória. † Exúrge.

Te Deum.

AUDES
UTINAS.
otalis, Glorificá-
ıum in ætérnum.
ericórdia tua ma-
me. *Pſ.* 85. 12. 13.
i de Feria.
ıa 1. *toni.* D.
ıs eſt Saulus: fuit
ım diſcípulis, qui
ſci, per dies áli-
ıtínuò in ſynagó-
ıat Jeſum. *Act.* 9.

. Damáſci consí-
ıt Judæi ut eum
: cuſtodiébant au-
; die ac nocte. *Act.*

Accipiéntes eum
cte, per murum
eum, ſubmittén-
. *Act.* 9. 25.
Cum veniſſet in
Bárnabas illum
óſtolos; & narrá-
ıodo in via vidíſ-
n. *Act.* 9. 26. 27.
Erat cum illis in-
ns in Jerúſalem,
r agens in nómi-
loquebátur quo-
ıs, & diſputábat
. *Act.* 9. 28. 29.
Act. 26. 19. 20.
incrédulus cœlé-
óni; ſed his qui
ıi primùm, & Je-
& in omnem re-
ææ, & géntibus
ı *ut pœniténtiam*

Hymnus, Quos in hoſtes, *ut in primis Veſperis.*

℣. Miſericórdias Dómini in ætérnum cantábo. ℟. In generatiónem & generatiónem annuntiábo veritátem tuam. *Pſ.* 88. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. *f.* * Eram ignótus fácie Eccléſiis Judææ, quæ erant in Chriſto: tantùm autem audítum habébant: Quóniam qui perſequebátur nos aliquándo, nunc evangelízat fidem quam expugnábat: & in me clarificábant Deum. *Gal.* 1. 22. 23. 24.

Oratio.

DEus, cujus grátia beátum apóſtolum tuum Paulum de perſecutóre vas electiónis effécit; noſtras, quæſumus, étiam rebélles, ejúſdem grátiæ virtúte, ad te propítius compélle voluntátes; Per Dóminum.

Commemoratio S. Prajecti, *Ant.* Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, *in Communi*, xj.

Oratio.

SAncti Præjécti mártyris tui atque pontíficis nos, Dómine, quæſumus, intervéntio glorióſa comméndet; ut quod noſtris áctibus non merémur, ejus précibus conſequámur; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Baptizátus eſt Saulus.

AD TERTIAM, Ant. Damáſci.

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 15.

FIdélis ſermo, & omni acceptióne dignus; quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere, quorum primus ego ſum.

℟. *breve*, Déxtera tua Dómine, * Magnificáta eſt in fortitúdine: ℟. Déxtera. ℣. Déxtera tua, Dómine, percúſſit inimícum. * Magnificáta eſt. Glória. ℟. Déxtera tua. *Exod.* 15. 6.

℣. A Dómino factum eſt iſtud, ℟. Et eſt mirábile in óculis noſtris. *Pſ.* 117. 23.

Ad Sextam, *Ant.* Accipiéntes eum.

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 13. 14.

MIſericórdiam Dei conſecútus ſum, quia ignórans feci in incredulitáte. Superabundávit autem grátia Dómini noſtri, cum fide, & dilectióne, quæ eſt in Chriſto Jeſu.

℟. *breve*, Confúſus ſum, Deus, * Et erúbui; ℟. Confúſus ſum. ℣. Quóniam ſuſtínui oppróbrium adoleſcéntiæ meæ. * Et erúbui. Glória. ℟. Confúſus ſum. *Jer.* 31. 19.

℣. Cogitávi vias meas, ℟. Et convérti pedes meos in teſtimónia tua. *Pſ.* 118. 59.

Ad Nonam, *Ant.* Erat cum illis.

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 12. 13.

GRátias ago ei, qui me confortávit, Chriſto Jeſu Dómino noſtro, quia fidélem me exiſtimávit, ponens in miniſtério: qui priùs blaſphémus fui, & perſecútor, & contumelióſus.

℟. *breve*, Poſtquam convertiſti me, Deus, * Egi pœniténtiam: ℟. Poſtquam. ℣. Et poſtquam oſtendíſti mihi, percúſſi femur meum. * Egi pœniténtiam. Glória. ℟. Poſtquam. *Jer.* 31. 19.

℣. Caſtigáſti me, & erudítus ſum, ℟. Quaſi juvénculus indómitus. *Jer.* 31. 18.

AD VESPERAS.

Antiphona de Laudibus, Pſalmi de Feria.

Capitulum. *Act.* 9. 21.

STupébant omnes qui audiébant, & dicébant: Nonne hic eſt, qui expugnábat in Jerúſalem eos qui invocábant nomen iſtud?

Hymnus, Paſtóre percúſſo, *ſuprà ad Officium Nocturnum.*

℣. Pſallam tibi in natiónibus, Dómine, ℟. Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua. *Pſ.* 107. 4. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Cùm autem plácuit ei, qui me ſegregávit ex útero matris meæ, & vocávit per grátiam ſuam, ut reveláret Fílium ſuum in me, ut evangelizárem illum in géntibus; contínuò non acquiévi carni & ſánguini. *Gal.* 1. 15. 16.

Commemoratio S. Polycarpi epiſcopi & martyris, *Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, viij.

Oratio, Imple, Dómine, infrà.

Deinde S. Paulæ Romanæ *luæ, Ant.* Vídua eligátur, Dóminus, lxxij. *Oratio*, nnípotens, *infrà*.

DIE XXVI.

In feſto

NCTI POLYCARPI Smyrnenſis epiſcopi & martyris.

Semiduplex.

)mnia de Communi unius ırtyris, viij. *exceptis quæ ıuntur.*

libro ſancti Hierónymi ·eſbyteri, de Scriptóribus Eccleſiáſticis.

ıctio ij. *cap.* 27.

POlycárpus, Joánnis apóſtoli diſcípulus, & ab eo Smyrnæ epíſco- ordinátus, totíus Aſiæ nceps fuit; quippe qui nonlos Apoſtólorum, & eóı qui víderant Dóminum, ʒíſtros habúerit, & víderit. : propter quaſdam ſuper Paſchæ quæſtiónes, ſub ›eratóre Antoníno pio, Ecıam in urbe regénte Ani- ›, Romam venit; ubi plúos credéntium, Marciónis Valentíni perſuaſióne decos, redúxit ad fidem. Cúmei fortúitò óbviàm fuiſſet :cion, & díceret: Cognóſ- ıos? reſpóndit: Cognóſco nogénitum diáboli. Póſtea ɔ, regnánte Marco Anto- ›, & Lúcio Aurélio Cóm- lo, quartâ poſt Nerónem ſecutióne, *Smyrnæ*, ſe- *:o Procónſule*, & univérſo pópulo in amphiteátro advérsùs eum perſonánte, igni tráditus eſt. Scripſit ad Philippénſes valde útilem epíſtolam, quæ uſque hódie in Aſiæ convéntu légitur.

De Epíſtola Eccléſiæ Smyrnénſis ad Eccléſias Ponti.

Apud Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 4. *cap.* 15.

Lectio iij.

REcuſánte Polycárpo per génium Cæſaris juráre, & Chriſto maledícere, rogus apparátus eſt. Cùm autem eum clavis affígere vellent, Sínite me, inquit; qui enim mihi vires dat ad ignis ſupplícium fórtiter ſuſtinéndum, idem dabit ut immótus rogo inſíſtam. Proínde omíſſis clavis, vínculis duntáxat eum aſtrinxérunt. Ille ígitur manus poſt tergum connéctens, & ad palum revínctus, tanquam áries quidam exímius ex magno grege deléctus, qui gratíſſimum holocaúſtum omnipoténti offerrétur Deo, cùm precatiónem compléſſet, miníſtri quibus accendéndi ignis commíſſa erat cura, rogum accéndunt. Cúmque ingens flamma exarsíſſet, ignis fórnicis ſpéciem præbens, tanquam velum navis ventórum flatu ſinuátum, circum corpus mártyris ſtetit. Cernéntes autem ímpii ac profáni hómines corpus flammis non poſſe conſúmi, confectórem própiùs accédere, enſémque altè

noſtras ; & cum beáto Polycárpo mártyre tuo atque pontífice, cujus hódie paſſiónem cólimus, tanquam pinguíſſimum nos holocaúſtum aſſúme ; Per Dóminum.

Commem. S. *Paulæ*, *Ant.* Víduas, ℣. Quæ verè, lxxij.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui mundi contémptum ómnibus diligéntibus te inſpiráſti ; da nobis in feſtivitáte beátæ Paulæ, ejus interceſſióne terréna deſpícere ; ut hìc & in futúro valeámus tibi perénniter adhærére ; Per Dóminum.

Die XXIX.

In feſto S. FRANCISCI SALESII, Genevenſis epiſcopi.

initiátus, & Genevén
ſiæ præpoſitúram ad
Granério epíſcopo V
ni præco deſtinátur
Calviniánam hæreſ
Thunóne ſacrum f
licéret, in arcem Al
quátuor milliáribus
ſe recípere, & Dru
nem inníxus trabi,
plerúmque obrigú
bus & mánibus re
cere cogebátur.

Lectio iij

PLúrimos ab hæ
thólicam fidei
unde ab hærétici
impetítus, ſæpe ét
cem conquisítus e
regímine paróchia
nóne eréxerat, cù
giónem dira lues

t Congrega-
ım à Viſita-
ıæ dictárum.
ıtóris Pari-
lum ad diœ-
Lugdúni apo-
munítus Ec-
s óbiit die vi-
cémbris, an-
agéſimo ſex-
ſimo ſexcen-
o ſecúndo.
clarum Ale-
s Sanctórum
íſque colén-
tátuit die vi-
ıárii, quâ die
s fúerat.
ıs, *ſit Com-*
hildis reginæ
tæ, Ant. Ví-
us, *Oratio*,
lxxij.
legundis vir-
Malbodienſis
Quis dabit,
ratio, Deus,
, lxv.
X X.
o
s REGINÆ
, viduæ.
x.
ıòd à Septua-
IV. Cinerum
Simplici niſi

Cinerum ad
ıarum exclu-
le Feſto Semi-
emoratio poſt
& Laudes.

In Sabbatis non ſit Officium de B. Maria, ſed de Feria.]

Omnia de Communi SS. Viduarum, lxxij.

Lectio iij.

Ex ejus vita apud Ducheſn.

BAthildis in Anglia Sáxonum génere orta eſt; quæ cum Ercunváldo Majóri domûs régiæ véndita eſſet, ab eo ad porrigénda ſibi pócula adhíbita eſt, ac demum, mórtuâ cónjuge, in uxórem expetíta. Quibus illa dum ſe núptiis ſúbtrahit, ad Clodovéi ſecúndi conjúgium inſperátò pertráhitur. Mórtuo Clodovéo, trium filiórum Clotárii, Childeríci, & Theodoríci, quorum natu máximus vix quintum annum attígerat, tutélam geſſit, regnúmque ſapiénter moderáta eſt. Fuit in consílio prudens, benígna in pópulum, in egénos liberaliſſima. Simoníacas ordinatiónes abolévit, prohíbuit ne éxteris venderéntur Chriſtiáni, plúrimos à ſervitúte redémit, effécit ut in monaſtério ſancti Germáni Autiſſiodorénſis, & multis áliis reguláris diſciplína aut ſervarétur, aut reſtituerétur. Corbéiæ ad Súminam cœnóbium extrúxit, aliúdque Calæ ad Mátronam, in quo, relíctâ Clotário jam adúlto regni adminiſtratióne, ipſa ſuſcépto religiónis hábitu ſub obediéntia Bertíllæ abbatíſſæ, nec à viliòribus offíciis abhórrens, óm-

ſtibus & exémplo & admiratióni fuit; ibíque mórtua eſt anno ætátis quinquagéſimo quinto.

Pro Commemoratione S. Aldegundis, Ant. Cave, ℣. Oblivíſcere, *Oratio,* Deus, qui habitáculum, lxv.

FESTA FEBRUARII.

DIE I.

In feſto

SANCTI IGNATII,

Antiocheni epiſcopi & martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, vij. *Oratio,* Deus, cujus grátia, xj.

Ex libro ſancti Hierónymi presbyteri, de Scriptóribus Eccleſiáſticis.

Lectio ij. *cap. 26.*

IGnátius, Antiochénæ Eccléſiæ tértius poſt Petrum apóſtolum epiſcopus, commovénte perſecutiónem Trajáno, damnátus ad béſtias, Romam vinctus mittitur. Cúmque návigans, Smyrnam veniſſet, ubi Polycárpus audítor Joánnis, epiſcopus erat, ſcripſit unam epiſtolam ad Ephéſios, álteram ad Magneſiános, tértiam ad Trallénſes, quartam ad Romános. Et inde egrédiens ſcripſit ad Philadélphios, & ad Smyrnæos, & própriam ad Polycárpum, commendans illi Antiochénſem Eccléſiam, in qua & de Evangélio, quod nuper à me tranſlátum eſt, ſuper perſóna Chriſti ponit teſtimónium, dicens: Ego verò & poſt reſurrectiónem in carne eum vidi.

Lectio iij. *Poſt pauca.*

DIgnum autem vidétur, quia tanti viri fécimus mentiónem, & de epiſtola ejus quam ad Romános ſcribit, pauca pónere.... Utinam fruar béſtiis quæ mihi ſunt præparátæ; quas & oro mihi velóces eſſe ad intéritum & ad supplícia, & állici ad comedéndum me; ne, ſicut & aliórum mártyrum, non audeant corpus attíngere. Quòd ſi veníre noluerint, ego vim fáciam, ego me urgébo ut dévorer. Ignóſcite mihi, filioli: quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incípio Chriſti eſſe diſcípulus, nihil de his quæ vidéntur deſíderans, ut Jeſum Chriſtum invéniam. Ignis, crux, béſtiæ, confráctio óſſium, membrórum diviſio, & totíus córporis contrítio, & tota torménta diáboli in me véniant; tantùm Chriſto fruar. Cúmque jam damnátus eſſet ad béſtias, & rugiéntes audíret leónes, ardóre patiéndi ait: Fruméntum Chriſti ſum; déntibus beſtiárum molar, ut panis mundus invéniar. Et conféſtim vota illíus impléta ſunt. Paſſus eſt anno undécimo Trajáni. Relíquiæ córporis ejus Antiochíæ jacent extra portam Daphníticam in cœmetério.

Veſpera de Feſto ſequenti.

DIE II.

PRÆSENTATIONE DOMINI, ET URIFICATIONE ‚TÆ MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE.

c Feſtum occurrerit Do- in Septuageſima, vel quentibus Dominicis, tur in Feriam ſecun- a qua etiam à populo ur.

RIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

ona 3. toni. a. duplic. ila filia Jerúſalem: Ecce tuus véniet tibi juſtus, lvátor. *Zach. 9. 9.*

1. *D.* Státim véniet ad m ſuum Dominátor, os quæritis, & Ange- unénti, quem vos vul- *lach. 3. 1.*

5. *F.* Benedictiónem Legiſlátor, vidébitur eórum in Sion. *Pſ. 83. 8.*

6. F. Ecce venit, dicit us. Et erunt Dómino tes ſacrificia in juſtítia; ébit Dómino ſacrifi- *Malach. 3. 1. 3. 4.*

7. *a.* *Aperíte portas,* & ingrediátur gens juſta, cuſtódiens veritátem. *Iſai. 26. 2.*

Capitulum. *Iſai. 56. 7.*

Addúcam eos in montem ſanctum meum, & lætificábo eos in domo oratiónis meæ: holocaúſta eórum, & víctimæ eórum placébunt mihi ſuper altári meo.

℟. Véniet deſiderátus cunctis géntibus: & implébo domum iſtam glóriâ. * Magna erit glória domûs iſtíus noviſſimæ pluſquam primæ. *Agg. 2. 8. 10.* ℣. Vétera tranſiérunt: ecce facta ſunt ómnia nova. *2. Cor. 5. 17.* * Magna. Glória. *Repet.* ℟. Véniet.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Stupete gentes: fit Deus hóſtia;
Se ſponte legi légifer óbligat;
Orbis Redémptor nunc redémptus,
Seque piat ſine labe mater.

De more matrum, virgo puérpera
Templo ſtatútos abſtínuit dies :
Intráre ſanctum quid pavébas ,
Facta Dei priùs ipſa templum?

Ara ſub una ſe vovet hóſtia
Triplex ; honórem virgíneum ímmolat
Virgo ſacérdos, parva mollis
Membra puer, ſeniórque vitam.

Eheu! quot enſes tranſfígent tuum
Pectus! quot altis nata dolóribus ,
O Virgo ! quem geſtas in ulnis ,
Imbuet hic ſacer Agnus aram.

Christus futúro, corpus adhuc tener ,
Prælúdit infans víctima fúneri :
Creſcet; profúſo vir cruóre
Omne ſcelus móriens piábit.

Sit ſumma Patri , ſummáque Fílio ,
Sit ſumma ſancto glória Flámini :
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Lætábimur in ſalutári tuo Dómine , ℟. Et in nómine Dómini Dei noſtri magnificábimur. *Pſ.* 19. 6. 2;

Ad Magnif. Ant. [illegible] Præparáre in occúrſum Dei tui, Iſraël ; quia ecce formans montes , & creans ventum , & annúntians hómini eloquium ſuum : Dóminus Deus exercítuum nomen ejus. *Amos* 4. 12. 13.

Oratio.

Tuâ nos , Dómine , protectióne cuſtódi, & intercedénte beátâ vírgine Maríâ propitiátus indúlge; ut templum ſanctum ſuum veniénte Fílio tuo unigénito, ejus dignè præſtolémur occúrſum ; Per eúndem Dóminum.

Nulla Commemoratio.

Completorium, ut in die, *infrà* , 484.

Oratio , Tuâ nos , Dómine, *ſuprà* , & Véritas , *ſub ejus concluſione.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium , Veniéntem ad templum ſuum Dominatórem quem quæritis , * Veníte, adorémus. *Malach.* 3. 1.

Pſalmus , Veníte , 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Templi ſacrátas pande , Sion , fores ;
Chriſtus ſacérdos intrat & hóſtia :
Cedant inánes veritáti ,
Quæ ſe ánimis áperit, figúræ.

Non immolándi jam pécudum greges ;
Fumábit ater non cruor ámpliùs :

En ipſe placándo Parénti
Ipſe ſuis Deus aſtat aris.
Virgo laténtis cónſcia Núminis,
Demíſſa vultus, quem pépe-rit Deum,
Nunc geſtat ulnis, paupe-rúmque
Múnera fert, téneras volúcres.
Hic omnis ætas, omnis & áſtitit
Sexus, propínquo Númine plénior:
Chriſtúmque anhelántis tot annos
Nunc fídei prétium repórtant.
Testes tot inter, magnánimo, Deus,
Tibi litábat fida ſiléntio,
Verbi ſiléntis muta mater:
Quanta ánimo reticébat alto!
Sit ſumma Patri, ſummáque Fílio,
Sit ſumma ſancto glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

In I. Nocturno.

Pſalmi de Officio parvo B. Mariæ virginis, lxxviij.

Ant. 2. D. *dupl.* Péperit fílium, & addúxit eum múlier ad domum Dómini: puer autem erat adhuc infántulus. 1. *Reg.* 1. 20. 24.

Ant. 3. g. Aſcéndit vir ejus, ut immoláret Dómino hóſtiam ſolémnem. 1. *Reg.* 1, 21.

Ant. 4. E. Obtulérunt púerum, & adoravérunt ibi Dóminum. 1. *Reg.* 1. 25. 28.

℣. Oblátio juſti impínguat altáre, ℟. Et odor ſuavitátis eſt in conſpéctu Altíſſimi. *Eccli.* 35. 8.

De libro Exodi.

Lectio j. *c.* 13. 11. *ad* 15.

AIt Móyſes ad pópulum: Cum introdúxerit te Dóminus in terram Chananæi, ſicut jurávit tibi & pátribus tuis, & déderit tibi eam; ſeparábis omne quod áperit vulvam Dómino, & quod primitívum eſt in pecóribus tuis: quidquid habúeris maſculíni ſexûs conſecrábis Dómino. Primogénitum áſini mutábis ove: quòd ſi non redémeris, interfícies. Omne autem primogénitum hóminis de fíliis tuis prétio rédimes. Cúmque interrogáverit te fílius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? reſpondébis ei: In manu forti edúxit nos Dóminus de terra Ægypti, de domo ſervitútis; nam cùm indurátus eſſet Phárao, & nollet nos dimíttere, occídit Dóminus omne primogénitum in terra Ægypti à primogénito hóminis, uſque ad primogénitum jumentórum: idcírco ímmolo Dómino omne quod áperit vulvam maſculíni ſexûs, & ómnia primogénita filiórum meórum rédimo.

℟. Locútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: * Sa

mihi omne primogénitum in filiis Iſraël; mea ſunt enim ómnia. *Exod.* 13. 1. 2. ℣. Omne maſculínum adapériens vulvam, ſanctum Dómino vocábitur. *Luc.* 2. 23. * Sanctífica.

De libro Levítici.

Lectio ij *c.* 12. 1. *ad* 5.

LOcútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Lóquere filiis Iſraël, & dices ad eos: Múlier, ſi ſuſcépto ſémine pepérerit máſculum, immúnda erit ſeptem diébus, juxta dies ſeparatiónis ménſtruæ. Et die octávo circumcidétur infántulus: ipſa verò trigínta tribus diébus manébit in ſánguine purificatiónis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingrediétur in Sanctuárium, donec impleántur dies purificatiónis ſuæ. Sin autem féminam pepérerit, immúnda erit duábus hebdomádibus, juxta ritum fluxûs ménſtrui, & ſexagínta ſex diébus manébit in ſánguine purificatiónis ſuæ.

℟. Mea ſunt ómnia primogénita filiórum Iſraël. * Ex die quo percúſſi omne primogénitum in terra Ægypti, ſanctificávi eos mihi. *Num.* 8. 17. ℣. Celebrávit Móyſes ſánguinis effuſiónem; ne qui vaſtábat primitíva, tángeret eos. *Hebr.* 11. 28. * Ex die.

Lectio iij. *v.* 6. *ad fin.*

CUmque expléti fúerint dies purificatiónis ſuæ, pro filio ſive pro filia déferet agnum anniculum in holocáuſtum, & pullum colúmbæ, ſive túrturem pro peccáto, ad óſtium tabernáculi teſtimónii; & tradet ſacerdóti, qui ófferet illa coram Dómino, & orábit pro ea; & ſic mundábitur à proflúvio ſánguinis ſui. Iſta eſt lex pariéntis máſculum aut féminam. Quòd ſi non invénerit manus ejus, nec potúerit offérre agnum, ſumet duos túrtures, vel duos pullos columbárum, unum in holocáuſtum, & álterum pro peccáto; orabítque pro ea ſacérdos, & ſic mundábitur.

℟. Múlier, ſi pepérerit máſculum, * Déferet agnum annículum in holocáuſtum, & pullum colúmbæ ſive túrturem pro peccáto. *Levit.* 12. 2. 6. ℣. Omnia penè in ſánguine ſecúndùm legem mundántur; & ſine ſánguinis effuſióne non fit remiſſio. *Hebr.* 9. 22. * Déferet. Glória. * Déferet.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. *dupl.* Ingrédiens mundum Chriſtus, dicit: Hóſtiam & oblatiónem noluíſti; corpus autem aptáſti mihi. *Hebr.* 10. 5.

Ant. 6. F. Holocautómata non tibi placuérunt: nec plácita ſunt tibi, quæ ſecúndùm legem offerúntur. *Hebr.* 10. 6. 8.

Ant. 3. E. Dixi: Ecce vénio, ut fáciam, Deus, voluntátem tuam. *Hebr.* 10. 9.

℣. Scriptum eſt de me, ut fácerem voluntátem tuam;

neus vólui ; & legem médio cordis mei.
:.
› ſancti Gregórii Nyſſéni.
)ccurſu Domini.
Lectio iv.
lo circa primitívum :ntis feſti tempus, is ma divína exiſtens, :rvi aſſúmpſerat, Dei ım mediátor factus, ecéptum éxequens, ıta dies natus infans, um illud Verbum, ;enitríce, conveniénıe præſcríptam hótánte, ad templum incorporeórum ſpidines, ſervíliter certéntes, inviſibíliter veniéntem pompam & ineffábilis ſapiéns venerabántur, atuæ óbvia eſt, legá: conſtitutiónis ex-ı, pro myſtérii in Deo creatóre abſcónditi ióne, expectábant. myſtérii memóriam ebrántes, ſpirituálilatiónibus incorporéntium more, noſtémus.
tquam impléti ſunt tiónis Maríæ, * Tuım in Jerúſalem, ut :um Dómino, & ut liam, par túrturum, ›ullos columbárum. .. 24. ℣. Si múlier rit offérre agnum, ſumet duos túrtures, vel duos pullos columbárum. *Levit.* 12. 8. * Tulérunt.

Lectio v. *Longè pòſt.*

JAm quidem carnem indútus Deus, primogénitam diáboli ſóbolem, id eſt, peccátum, enecárat páriter ac aboléverat; atque ſimul ac carne natus eſt, malítiæ damnatiónem decérnens, ejúſque in ſe omnímodam abolitiónem fáciens, adverſárias virtútes laméntis opplevérat, tanquam vaſa quædam ab iis aúferens, Magos ab Oriénte profécto; ſuíque eos domínii adoratióne ac agnitióne, vaſa apta Dómino reddens; in ſubsídium ædificatiónis Eccléſiæ, à Deo revéra conſécti tabernáculi illíus, quod Dóminus fixit, & non homo.

℟. Dóminus Jeſus propter vos * Egénus factus eſt, cùm eſſet dives, ut illíus inópiâ vos dívites eſſétis. 2. *Cor.* 8. 9. ℣. Ipſe pauper, & potéſtas ejus uſque ad fines terræ. *Zach.* 9. 9. 10. * Egénus.

Lectio vj. *Paulò pòſt.*

DEo & Patri, nedum primogénita hóminum, ſed & univérſum ipſum ſanctíficat genus, per eas quas in ſe aſſúmpſit maſſæ noſtræ primítias, id eſt, per carnem ánimâ intelligénte præditam, à nobis accéptam, totam humánæ natúræ maſſam ad ſanctificatiónem, novo velut ferménto conſpérgens. Nam & ego nunc

méritò díxerim, ſicut divínus ait Apóſtolus: Si primítiæ ſanctæ, & maſſa. Ac quemádmodum olim legis ſermo tribum illam cui ſacerdótii munus obtígerat pro primogenitórum primítiis typicè Deo offerébat: ita nunc in ſpléndido veritátis charactére, Pontíficem & Apóſtolum noſtræ confeſſiónis ſanctum illum & innocéntem impollutúmque, ac ſegregátum ab ómnibus ſórdibus & cogitatiónibus peccatóris, Deo & Patri corporáliter, pro ea quæ ei per fidem ſanctificáta eſt humána natúra, oblátum eſſe intellígimus.

℟. Ad Dóminum accedéntes lápidem vivum; * Et ipſi † Superædificámini, domus ſpirituális, ſacerdótium ſanctum, offérre ſpirituáles hóſtias, acceptábiles Deo per Jeſum. 1. *Petr.* 2. 4. 5. ℣. Sacrificium ſalutáre eſt atténdere mandátis, & diſcédere ab omni iniquitáte. *Eccli.* 35. 2. * Et ipſi. Glória. † Superædificámini.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. *dupl.* Ecce homo erat in Jerúſalem, cui nomen Símeon. *Luc.* 2. 25.

Ant. 3. *a.* Homo iſte juſtus, & timorátus, expéctans conſolatiónem Iſraël. *Luc.* 2. 25.

Ant. 7. *d.* Spíritus-ſanctus erat in eo; & venit in ſpíritu in templum. *Luc.* 2. 25. 27.

℣. Propè eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum, ... ómnibus invocántibus eum in veritáte. *Pſ.* 144. 18.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndum Lucam.

Lectio vij. *c.* 2. 22. ...

IN illo témpore; Poſtquam impléti ſunt dies purgatiónis Maríæ ſecúndùm legem Móyſi, tulérunt Jeſum in Jerúſalem, ut ſiſterent eum Dómino ſicut ſcriptum eſt in lege Dómini. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. §. 58.

ET ecce homo erat in Jerúſalem, cui nomen Símeon, & homo iſte ju[ſtus &] timorátus, expéctans [conſo]latiónem Iſraël.] Non [ſolum] ab Angelis & Prophéti[s, & a pa]ſtóribus & paréntibu[s, ſed] étiam à ſenióribus & ju[ſtis ge]nerátio Dómini ácci[pit teſti]mónium. Omnis ætas [& utri]que ſexus, eventorúm[que mi]rácula fidem áſtruunt ... génerat, ſtérilis parit ... lóquitur, Elízabeth ... tat, Magus adórat ... clauſus exúltat, vídi[...] tétur, juſtus expéctat ...

℟. Símeon juſtus ... ſum * Accéperat à ... ſancto, non viſúrum ... tem, niſi vidéret Chri[ſtum Do]mini. *Luc.* 2. 26. ℣. ... véniet, & non tard[abit ...] ſtus autem in fide (... *Habac.* 2. 3. 4. * A[ccéperat]

§. 58. 59.
juſtus , qui non
d pópuli grátiam
cúpiens ipſe cor-
lis fragilitátis ab-
expéctans vidére
Sciébat enim quia
ui eum vidérent.
quit,) dimítte ſer-
Vide juſtum ve-
e cárcere molis
le diſſólvi , ut in-
um Chriſto ; diſ-
& cum Chriſto
méliùs.
dúcerent púerum
es ejus , ut fáce-
lùm conſuetúdi-
ro eo ; Símeon
m in ulnas ſuas.
8. ℣. Deſidérium
ibuíſti ei Dómi-
áte labiórum ejus
i eum. *Pſ.* 20. 3.
m.

§. 59. 60.
lt dimítti , véniat
m , véniat in Je-
péctet Chriſtum
cípiat in mánibus
i , compleċtátur
æ fidei bráchiis.
étur , ut non ví-
, qui víderit vi-
berem in omnes
ómini generatió-
& prophetíam in-
tam eſſe , non ju-
ímeon prophétat
resurrectiónem
veníſſe Dómi-
hriſtum ; ut ju-
alis.

ſtórum iniquorúmque mérita diſcérnat , & pro noſtrórum qualitáte factórum judex verus & juſtus aut ſupplícia decérnat , aut præmia.

℟. Benedíxit Deum Símeon, & dixit : * Nunc dimíttis ſervum tuum Dómine , ſecúndùm verbum tuum in pace ; quia vidérunt óculi mei ſalutáre tuum. *Luc.* 2. 28. 29. 30. ℣. Expéctans expectávi Dóminum , & inténdit mihi ; & exaudívit preces meas : & immíſit in os meum cánticum novum. *Pſ.* 39. 2. 3. 4. * Nunc. Glória. *Repet.* ℟. Benedíxit.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis* , Magnus Dóminus & laudábilis nimis in civitáte Dei noſtri , ℟. In monte ſancto ejus. *Pſ.* 47. 2.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 7. toni. c.

MAjéſtas Dómini ingréſſa eſt templum ; & ecce repléta erat glóriâ Dómini domus. *Ezech.* 43. 4. 5.

Ant. 2. *D.* Erat pater Jeſu & mater mirántes ſuper his , quæ dicebántur de illo. *Luc.* 2. 33.

Ant. 8. G. Benedíxit illis Símeon : & Anna propheтíſſa , ipsâ horâ ſupervéniens , confitebátur Dómino. *Luc.* 2. 34.

Ant. 4. *irr.* c. Loquebátur.

Canticum. Soph. 3. 14. *ad* 17.

LAuda , filia Sion ; júbila , Iſraël : * lætáre , & exúlta in omni corde , filia Jeruſalem.

Abſtulit Dóminus judícium tuum, * avértit inimícos tuos:

Rex Iſraël Dóminus in médio tuî, * non timébis malum ultrà.

In die illa dicétur Jeruſalem: Noli timére: * Sion, non diſſolvántur manus tuæ.

Dóminus Deus tuus in médio tuî fortis, * ipſe ſalvábit:

Gaudébit ſuper te in lætítia, ſilébit in dilectióne ſua, * exultábit ſuper te in laude.

Ant. Loquebátur de Jeſu ómnibus, qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2. 38.

Ant. 5. a. Myſtérium quod abſcónditum fuit à ſéculis & generatiónibus, nunc manifeſtátum eſt Sanctis Dei, quod eſt Chriſtus; ſpes glóriæ. *Coloſſ.* 1. 26. 27.

Capitulum. *Iſai.* 12. 5. 6.

CAntáte Dómino quóniam magníficè fecit; annuntiáte hoc in univérſa terra. Exúlta, & lauda habitátio Sion, quia magnus in médio tuî ſanctus Iſraël.

Hymnus. *Santol. Vict.*

FUMANT Sabæis templa
vapóribus;
Nos ſacra poſcunt; jam præit
hóſtia:
Sequámur omnes, & viciſſim
Puro ánimo mémores litémus.

LUMEN miníſtret ſplendídior
fides;
Miníſtret ignes flámmea Cáritas;
Spes thura; nec deſint odóres
Quos óperum bona fama fundat.

VITÆ nocéntis quid tráhimus moras?
Sit fas beáto cum Sene nos
mori;
Ut quem ſub aris immolátum
Vídimus, hôc étiam fruámur.

SIT ſumma Patri, ſummáque
Fílio,
Sit ſumma ſancto Glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Suſcépimus Deus miſericórdiam tuam ℟. In médio templi tui. *Pſ.* 47. 10.

Ad Bened. *Ant.* 2. D.* *Dupl.* Ut perfecérunt pater Jeſu & mater ómnia ſecúndùm legem Dómini, revérſi ſunt in Galilæam in civitátem ſuam Názareth. *Luc.* 2. 39.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, majeſtátem tuam ſúpplices exorámus, ut ſicut unigénitus Fílius tuus hodiérnâ die cum noſtræ carnis ſubſtántia in templo eſt præſentátus; ita nos fácias purificátis tibi méntibus præſentári; Per eúndem Dóminum.

AD HORAS, *in fine Hymnorum dicitur Doxologia*,

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu tibi ſit glória,

Cum Patre, cumque Spíritu
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

Pſalmi de Dominica.

Ad Primam, *Ant.* Majéſtas Dómini.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.

Oratio, Omnípotens, *ſuprà*, & Dómine ſancte, Pater omnípotens, *ſub una concluſione.*

CANON.

Ex Concílio Toletáno quarto. *An.* 633. *cap.* 20.

INnofféńſos & immaculátos decet Dei exíſtere Sacerdótes. Abſtineámus ergo nos ab omni ópere malo,.... ut mundi córpore, purgáti mente, poſſímus ad ſacrifícium Chriſti digni accédere; & Deum pro delíctis ómnium deprecári.

Ad Tertiam, *Ant.* Erat pater Jeſu.

Capitulum. Eccli. 24. 3. 4.

SApiéntia in médio pópuli ſui exaltábitur, & in plenitúdine ſancta admirábitur, & in multitúdine electórum habébit laudem, & inter benedíctos benedicétur.

℟. *breve*, Deum noſtrum * Adoráte in monte ſancto ejus; * Allelúia, allelúia. ℟. Deum. ℣. Quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter. * Allelúia. Glória. ℟. Deum. *Pſ.* 98. 10.

℣. Dóminus in templo ſancto ſuo: ℟. Síleat à fácie ejus omnis terra. *Habac.* 2. 20.

[*Poſt Septuageſimam non dicitur*, Allelúia, allelúia, *ſed reſumptio ſit ab* * *Aſteriſco primo.*]

Ad Sextam, *Ant.* Benedíxit illis Símeon.

Capitulum. Sophon. 3. 16. 17.

SIon, non diſſolvántur manus tuæ. Dóminus Deus tuus in médio tuî fortis, ipſe ſalvábit: gaudébit ſuper te in lætítia, ſilébit in dilectióne ſua, exultábit ſuper te in laude.

℟. *breve*, Fília Jerúſalem * Rex Iſraël Dóminus in médio tuî; * Allelúia, allelúia. ℟. Fília. ℣. Non timébis malum ultrà. * Allelúia. Glória. ℟. Fília. *Sophon.* 3. 15.

℣. Lauda, fília Sion; júbila, Iſraël: ℟. Lætáre, & exúlta in omni corde. *Sophon.* 3. 14.

Ad Nonam. *Ant.* Myſtérium.

Capitulum. 1. *Joan.* 1. 2.

ET vídimus, & teſtámur, & annuntiámus vobis vitam ætérnam, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis.

℟. *breve*, Vidérunt * Ingréſſus tuos Deus, * Allelúia, allelúia. ℟. Vidérunt. ℣. Ingréſſus Dei mei, Regis mei qui eſt in ſancto. * Allelúia. Glória. ℟. Vidérunt. *Pſ.* 67. 25.

℣. Lux orta eſt juſto, ℟. Et rectis corde lætítia. *Pſ.* 96. 11.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Officio parvo B. Mariæ virginis, lxxxvj.

Antiphona 1. *toni.* D.

UMbram habens lex futurórum bonórum, hóſtiis, quas ófferunt indeſinén-

ter; nunquam poteſt accedentes perfectos facere. *Hebr.* 10. 1.

Ant. 2. D. Finis legis, Chriſtus, ad juſtitiam omni credenti. Omnis qui credit in illum, non confundetur. *Rom.* 10. 4. 11.

Ant. 3. E. Quo mihi multitudinem victimarum, dicit Dominus? plenus ſum: ne offeratis ultra ſacrificium. *Iſai.* 1. 11. 13.

Ant. 4. E. Antiqua ne intueamini: Ecce ego facio nova, populum formavi mihi, laudem meam narrabit. *Iſai.* 43. 18. 19. 21.

Ant. 5. 1. In diebus illis non dicent ultra: Arca teſtamenti Domini; neque recordabuntur illius, nec viſitabitur. *Jer.* 3. 16.

Capitulum. Jer. 31. 31. 32.

ECce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Iſraël, & domui Juda fœdus novum: non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum.

R. Hoſtiæ non poſſunt perfectum facere ſervientem. * Solummodo in cibis & potibus ad tempus correctionis impoſitis. * Nunc autem ad ſeminationem [illegible] per [illegible] Jeſu [illegible]. *Hebr.* 9. [illegible] V. Nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? *Mich.* 6. 7. * Nunc autem. Gloria. R. Hoſtiæ.

Hymnus, Stupete gentes, *ut in primis Veſperis.*

V. Melioris teſtamenti mediator eſt Jeſus, R. Quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. *Hebr.* 8. 6.

Ad Magnif. Ant. 8. G.* *in pl.* Chriſtus qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, novi teſtamenti mediator eſt, ut repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hereditatis. *Hebr.* 9. 14. 15.

Nihil de Commemoratione.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 3. a In ſemitis judiciorum tuorum, Domine, ſuſtinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ. *Iſai.* 26. 8.

Hymnus, Virgo Dei genitrix, *ut in Pſalterio*, 145.

Ad Nunc dimittis. Ant. 6. 1. Salutare tuum paraſti, Domine, lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël. *Luc.* 2. 31. 32.

Oratio, Omnipotens, *ut à i. Veſperis, ut ſupra.*

DIE III.

In feſto

S. BLASII, SEBASTENI epiſcopi & martyris.

Semiduplex.

De Communi unius Martyris, [illegible].

Lectio iij.

Ex Menolog. Sirleti & Bollandi.

BLaſius epiſcopus Sebaſtenus in Armenia, pro Chriſto martyr occi-

ius cultum apud Orien-
ccléſias celebérrimum
antíquis tempóribus
atet ex vetuſtíſſimis eó-
ienológiis. Non minùs
s fuit per omnes Occi-
, & máximè Galliárum,
ias ſancti Bláſii memó-
ópulis úndique ad ejus
ínium confugiéntibus,
máximè témpore quo
Mártyris relíquiæ huc
per Itáliam & Gálliam
tranſlátæ ſunt.

atio, Omnípotens, xj.

Die IV.

In feſto

CTI ALEXANDRI
Subdiaconi, ſocii
S. Peregrini.

Semiduplex.

*oc Feſtum occurrerit Fe-
. Cinerum, de eo fiet tan-
ommemoratio poſt utraſ-
eſperas & Laudes.*

*nia ut notantur in Com.
SS. Clericorum*, xlv.

atio, Adéſto, *ibidem.*

Lectio iij.

*vita S. Germani per
Conſtant.*

Lexánder Subdiáconus cum ſancto Peregríno in Gállias miſſus eſt à no pontífice Sixto hu- óminis ſecúndo. Itíne- ericulórum, laborúmque, miniſtérii ſui partes o ſtúdio adimplévit. Réd- cclésiis Conſtantíni im- *pace, ad martyrii laú- quam toto pectóre an-*helábat, perveníre non pótuit. Itaque ſancto Peregríno ſupérſtes vixit unà cum Marſo preſbytero, & Joviniáno Subdiácono; quibúſcum ſepultúram in monte Aútrico dedit beáto Corcódomo Diácono. Plenus diérum in pace óbiit, & in eódem monte ſepúltus eſt, eadémque ſpelúnca quæ ſancti Corcódomi illic jacéntis nómine fuit inſignita. Alexándri ſanctitátem ac méritum teſtátur beáti Mamertíni libéllus, jam ævo ſancti Germáni mánibus ómnium tritus. Hunc ſuæ póſtea narratióni inſéruit Conſtántius preſbyter, cui ſúccinunt antíquæ omnes Eccléſiæ Autiſſiodorénſis tábulæ.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Agathæ virginis & martyris, Ant.* Vincénti, ℣. Heréditas, lviij. *Oratio*, Deus, qui inter cétera, lix.

Die V.

In feſto

S. AGATHÆ VIRGINIS
& martyris.

Simplex.

Omnia de Communi Virginum martyrum, lviij.

De Sermóne ſancti Methódii
epíſcopi Conſtantinopolitáni.

Apud Bollandum.

Lectio iij.

HOdie Chriſtiána Eccléſia ſeſe exórnet, cùm jam ſuam glorióſam intínxerit púrpuram puriſ-

ſimo mártyris Agathæ cruóre. Gaúdeat & exúltet, canátque ejus victórias & triúmphos. Quænam enim res creata magìs admirabilem Dei poténtiam, quid magìs amábilem ejus bonitátem oſténdat, quàm in frágili feminárum corpúſculo viriles ánimos, atque heróicas virtútes intuéri? Inter féminas autem quid illúſtrius invénias, quàm tenéllas vírgines Deo conſecrátas? Inter vírgines verò, poſt Deíparam Vírginem, quid admirabílius quàm hæc virgo ſinguláris Agatha? Agatha enim non ſolùm de primítiis córporis ſui, ſed étiam de tota ſua ſubſtántia honorándum ſibi decrévit Deum, ac cuncta córporis animíque ornaménta Chriſto mancipávit. Hæc Cátanæ in Sicilia ſub imperatóre Décio, júdice Quintiáno, poſt álapas & cárcerem, poſt equúleum & torſiónes, poſt mamillárum abſciſſiónem, poſt volutatiónem in téſtulis ac carbónibus, tandem martyrio in cárcere conſúmpta eſt.

Veſperæ feriales, à Capitulo de Feſto ſequenti.

DIE VI.

In feſto

SANCTORUM VEDASTI, Atrebatenſis epíſcopi, ET AMANDI, TRAJECTENSIS epíſcopi.

Simplex.

De Communi plurium SS. Pontificum, xxvij.

Lectio iij.

Ex eorum vita apud Bollandum.

VEdáſtus, relíctis ab adoleſcéntia paréntibus & prædiis ampliſſimis, ſolitáriam Tulli-Leucórum vitam ducébat, cùm Clodovéus devíctis Germánis, Remos ad beátum Remígium baptizándus véniens, eum cómitem aſcivit, ut in itínere fidei rudiméntis ab ipſo imbuerétur. Remis aliquándiu commorátus, atque à Remígio Atrébatum epíſcopus factus, multos éthnicos Chriſto acquiſívit. Eccléſias eréxit in quibus conſtituit preſbyteros & diáconos. In paúperes liberális fuit; divítibus affábilis, ut ſuáviùs ad Chriſtum allíceret. Exáctis in pontificátu annis quadragínta, febre corréptus, & ſacro corpóris & ſánguinis Chriſti viático confirmátus, clarus miráculis ánimam Deo réddidit. Eódem die óbiit ſanctus Amándus Trajecténſis epíſcopus, qui Gandavénſibus primùm, tum Sclavis, tandem Vaſcónibus, & iis qui Pyrenæos montes íncolunt, Evangélii lucem íntulit; & multa in Gállia monaſtéria conſtrúxit.

DIE X.

S. SCHOLASTICÆ Virginis.

Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS, *Ant.* Quis dabit, ℣. Sídera

tio, Deus, qui ha-
ı, lxv.
ıdibus Matutinis ,
:, ℣. Oblivíſcere,
)eus qui habitácu-

ɪᴇ XXIV.
Biſſextili ᴅɪᴇ XXV.]
In feſto
'HIÆ APOSTOLI.
:plex-majus.
'c Feſtum occurrerit
Cinerum, transfere-
fficium in Feriam ſe-

de Communi Apoſtó-
)rater ea quæ hic ſunt

ᴍɪs Vᴇsᴘᴇʀɪs.
:níficat, *Ant.* 1. D.*
ɜx his viris qui no-
ınt congregáti, te-
rrectiónis Jeſu no-
ɜri unum ex iſtis. Et
: duos, Joſeph qui
ıátus eſt Juſtus, &
. *Act.* 1. 21. 22. 23.
, Deus, qui beátum,
,audes.

Nᴏᴄᴛᴜʀɴᴏ.
es de Scriptura occur-

Nᴏᴄᴛᴜʀɴᴏ.
:ibus Apoſtólorum.
. *c.* 1. 15. *ad* 20.
ébus illis exúrgens
s in médio fratrum
(erat autem turba
ſimul ferè centum
Viri fratres, opór-
ri Scriptúram quam
Spíritus-ſanctus per

os David de Juda, qui fuit dux eórum qui comprehendérunt Jeſum; qui connumerátus erat in nobis, & ſortítus eſt ſortem miniſtérii hujus. Et hic quidem poſſédit agrum de mercéde iniquitátis, & ſuſpénſus crépuit médius: & diffúſa ſunt ómnia víſcera ejus. Et notum factum eſt ómnibus habitántibus Jerúſalem, ita ut appellarétur ager ille linguâ eórum, Hacéldama, hoc eſt, ager ſánguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmórum: Fiat commorátio eórum deſérta, & non ſit qui inhábitet in ea; & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Lectio v. *v.* 21. *ad* 23.

OPórtet ergo ex his viris, qui nobíſcum ſunt congregáti in omni témpore, quo intrâvit & exívit inter nos Dóminus Jeſus, incípiens à baptíſmate Joánnis uſque in diem quâ aſſúmptus eſt à nobis, teſtem reſurrectiónis ejus nobíſcum fieri unum ex iſtis. Et ſtatuérunt duos, Joſeph qui vocabátur, Bárſabas, qui cognominátus eſt Juſtus; & Matthíam.

Lectio vj. *v.* 24. *ad fin.*

ET orántes dixérunt: Tu Dómine, qui corda noſti ómnium, oſténde quem elégeris ex his duóbus unum, accípere locum miniſtérii hujus, & apoſtolátûs, de quo prævaricátus eſt Judas ut abíret in locum ſuum. Et

runt ſortes eis; & cécidit ſors ſuper Matthíam, & annumerátus eſt cum úndecim Apóſtolis.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 19. 27. *ad* 29.

IN illo témpore; Reſpóndens Petrus dixit Jeſu: Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te; quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi preſbyteri.

Comment. in cap. 19. *Matt.*

GRandis fidúcia: Petrus piſcátor erat; dives non fúerat, cibos manu & arte quærébat: & tamen lóquitur confidénter, [Relíquimus ómnia.] Et quia non ſúfficit tantùm relínquere, jungit quod perféctum eſt: [Et ſecúti ſumus te.] Fécimus quod juſsiſti, quid ígitur nobis dabis præmii?

Lectio viij.

JEſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecúti eſtis me, in regeneratióne, cùm ſéderit Fílius hóminis in ſede majeſtátis ſuæ, ſedébitis & vos ſuper ſedes duódecim judicántes duódecim tribus Iſraël.] Non dixit, [Qui reliquiſtis ómnia;] hoc enim & Crates fecit philóſophus, & multi álii divítias contempſérunt: ſed, [Qui ſecúti eſtis me,] quod própriè Apoſtolórum eſt atque credéntium. [In regene... ne cùm ſéderit Filius h... in ſede majeſtátis ſuæ ... do & mórtui de corr... reſúrgent incorrúpti)... & vos in ſóliis judicá... condemnántes duóde... bus Iſraël;] quia vo... déntibus illi crédere... runt.

[*Poſt Cineres, Lec... Evangelio & Homil... occurrentis, cum R... Evangelico ejuſdem ...*

Lectio ix.

ET omnis qui ... domum, vel fra... ſorores, aut patrem ... trem, aut uxórem ... lios, aut agros propt... meum, céntuplum ... & vitam ætérnam p... Locus iſte cum illa ... cóngruit, in qua S... quitur: [Non veni p... tere, ſed gládium. ... ſeparáre hóminem ... ſuo, & matrem à fi... rum à ſocru: & in... minis doméſtici eju... go propter fidem C... prædicatiónem E... omnes afféctus cont... atque divítias, & ſé... tátes; iſti céntup... pient, & vitam æté... ſidébunt.

Ad Benedictus, ... Orántes Apóſtoli ... Tu, Dómine, qui ... ómnium, oſténde ... geris ex his duób...

pere locum miniſtérii hu-
, & apoſtolátûs, de quo
varicátus eſt Judas. *Act.* 1.
24.

Oratio.

DEus, qui beátum Mat-
.thíam Apoſtolórum tuó-
n collégio ſociáſti; tríbue,
eſumus, ut ejus intercеſ-
ne, tuæ circa nos pietátis
i per víſcera ſentiámus; Per
minum noſtrum Jeſum
riſtum.

Ad Magníficat, *Ant. 6.* F.
dérunt ſortes eis, & céci-
ſors ſuper Matthíam; &
numerátus eſt cum úndecim
óſtolis. *Act.* 1. 26.

DIE XXVI.

NCTI AGRICOLÆ,
Nivernenſis epiſcopi
Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS,
nt. Reſpéxit ad eum Dómi-
s, & ait: Virórum fortíſſi-
e, vade in hac fortitúdine
a, & liberábis Iſraël: ſcito
iòd míſerim te. *Judic. 6.* 14.
℣. Quæsívit Dóminus ſibi
rum juxta cor ſuum; ℟. Et
æcépit ei Dóminus ut eſſet
x ſuper pópulum ſuum. *Reg.*
. 14.

Oratio, Exaúdi, *infrà.*

Ad Laudes Matutinas, *Ant.*
bonitáte & alacritáte áni-
e ſuæ plácuit Deo pro Iſ-
:l: ídeo ſtátuit illi teſtamén-
n pacis, príncipem ſanctó-
n & gentis ſuæ, ut ſit illi
erdótii dígnitas in ætérnum.
:li. 45. 29. 30.

℣. Státuit ei Dóminus te-
ſtaméntum ætérnum; ℟. Et
dedit illi ſacerdótium gentis.
Eccli. 45. 8.

Oratio.

EXaúdi, quæſúmus Dómi-
ne, preces noſtras quas in
beáti Agrícolæ pontíficis feſti-
vitáte deférimus; & ejus, qui
tibi dignè méruit famulári,
intercedéntibus méritis, ab
ómnibus nos abſólve peccá-
tis; Per Dóminum noſtrum
Jeſum Chriſtum fílium tuum,
qui tecum vivit & regnat in
unitáte Spíritûs-ſancti Deus,
per ómnia ſǽcula ſæculórum.
℟. Amen.

FESTA MARTII.

DIE I.

SANCTI ALBINI,
Andegavenſis epiſcopi
Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS,
Ant. Reſpéxit, ℣. Quæsí-
vit, xxj. *Oratio*, Quæſumus,
xxv.

Poſt Laudes Matutinas,
Ant. In bonitáte, ℣. Státuit,
Oratio, Quæſumus, xxv.

DIE III.

SANCTÆ CAMILLÆ
Virginis in territorio
Autiſſiodorenſi
Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS,
Ant. Obaudíte, ℣. Divíni,
lxj. *Oratio*, Fidéles, lxiij.

Poſt Laudes Matutinas,
Ant. Gaudens, ℣. Sitívit,
Oratio, Fidéles, lxiij.

Die VII.
SS. Perpetuæ et Felicitatis martyrum
Commemoratio.

Pridie In Vesperis, *Ant.* Poſuíſti nos ſubſannatiónem & deriſum his qui ſunt in circúitu noſtro : & iníquè non égimus in teſtaménto tuo; & non recéſſit retro cor noſtrum. *Pſ.* 43. 14. 18. 19.

℣. Humiliáſti nos in loco afflictiónis, ℟. Et coopéruit nos umbra mortis. *Pſ.* 43. 20.

Oratio, Omnípotens, *ut infrà.*

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Salváſti nos de affligéntibus nos, & odiéntes nos confudíſti : & in nómine tuo confitébimur in ſǽculum. *Pſ.* 43. 8. 9.

℣. Deus noſter refúgium & virtus ; ℟. Adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis. *Pſ.* 45. 2.

Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui infirma mundi éligis ut fórtia quæque confúndas ; da nobis, intercedéntibus beátis martyribus tuis Perpétuâ & Felicitáte, ut ſpíritu tuæ veritátis armáti, mundum ſive blandiéntem, ſive ſæviéntem víncere pro tui nóminis amóre valeámus; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus.

)MMUNE
ANCTORUM.
Pars Hiemalis.

IMUNE
TOLORUM.

ıIS VESPERIS.
'mi de Feria.
ıona I. *toni*. D.
: Jeſus in montem
e,& erat pernoctans
ratióne Dei. Et cùm
eſſet, vocávit diſ-
s. *Luc*. *6*. 12. 13.
F. Elégit duódecim
juos & Apóſtolos
Luc. *6*. 13.
. Vocávit ad ſe quos
; & venérunt ad
cit ut eſſent duóde-
lo, & ut mitteret
íre. *Marc*. 3. 13. 14.
G. Dedit illis virtú-
ſtátem ſuper ómnia
& ut languóres cu-
. *9*. I.
›. Ignobília mundi,
tibília elégit Deus;
ıon ſunt, ut ea quæ
:ret; ut non glorié-
caro in conſpéctu
. I. 28. 29.
ı. *Iſai*. *66*. 19. 20.
cit Dóminus: An-
bunt glóriam meam
& addúcent omnes
ros de *cunctis gén-*
n Dómino.
nalis.

In Duplicibus-majoribus,
℟. Meſſis quidem multa, operárii autem pauci; * Rogáte dóminum meſſis, ut mittat operários in meſſem ſuam. *Luc*. 10. 2. ℣. Oráte ut reſpíciat Dóminus pópulum ſuum Iſraël. *Judith* 8. 32. * Rogáte. Glória. * Rogáte.

Hymnus. *Santol. Vict.*

COELESTIS aulæ Príncipes,
Sacri duces exércitûs,
Biſſéna mundi lúmina,
Olim futúri júdices.

MERSIS gravi calígine,
Per vos dies renáſcitur;
Quos vanus error lúſerat,
Illúſtrat ipſa Véritas.

NON vi, nec armis mílitum,
Fandi nec ullis ártibus;
Verbo ſed irríſæ Crucis,
Chriſto rebélles ſúbditis.

QUIBUS gemébat ſúbditus,
Rumpúntur orbis víncula:
Jam gaudet excúſſo jugo,
Liber Dei ſub légibus.

VULGATA terris ómnibus,
Per vos Dei myſtéria:
Sic veſtra terris ómnibus
Præclára facta pérſonant.

UNI ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquéntur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. Pſ. 144. 5.

Ad Magníficat, Ant. 5. F. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram; memóres erunt nóminis tui: proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum. Pſ. 44. ℣. 18.

Oratio ut in Proprio Sanctorum.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 1. a. Per manus Apoſtolórum fiébant ſigna & prodígia multa. *Act.* 5. 12.

Ad Nunc dimittis, Ant. 5. a. Magnificábat eos pópulus; magis autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo. *Act.* 5. 13. 14.

Duæ Orationes, de Feſto & de Pſalterio.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Apoſtolórum Magiſtrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13. 13.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

SUPREME quales árbiter
Tibi miniſtros éligis,
Tuas opes qui vílibus
Vaſis amas commíttere!

HÆC nempe plena lúmine
Tu vaſa frangi præcipis:
Lux inde magna rúmpitur,
Ceu, nube ſciſſâ, fúlgura.

TOTUM per orbem núntii,
Nubes velut, citi volant;
Verbo graves, Verbo Dei,
Tonant, coruſcant, pérpluunt.

CHRISTUM ſonant
ſe ruunt
Arces ſupérbæ dem
Circum tubis clan
Sic verſa quondam

FAC, Chriſte, cœl
Somno graves nos
Accenſa de tu lúmin
Pellant ténebras me

UNI ſit & trino
Supréma laus, ſumm
De nocte qui nos ad
Lumen vocárit glóri

Pſalmi de Feria.

[*In Annualibus &*
Pſalmi de Dominica in
ſicio 1. & ſic in omni Com

IN I. NOCTUR

Ant. 1. f. Convocá
duódecim diſcípulis ſuis,
ſit Jeſus dicens: Eún
dícite, quia appropi
regnum cœlórum. *M*
1. 5. 7.

Ant. 2. D. Infirmos
mórtuos ſuſcitáte, le
mundáte, dæmones e
gratis accepíſtis, grati
Matt. 10. 8.

Ant. 3. E. Nihil tull
via, neque virgam,
peram, neque panem,
pecúniam, neque duas
habeátis. *Luc.* 9. 3.

℣. Sanctificámini, &
ſancti; ℟. Quia ego ſu
minus Deus veſter. *Lev*

Pater noſter.

Benedictiones ut in Pſ
terium.

Tres primæ Lectio
Scripturæ occurrentis.

Innualibus Lectiones
& ſic in omni alib
.]
Lect. ℟. In viam gén-
abiéritis ; ſed pótiùs,
oves, quæ periérunt
raël. *Matt.* 10. 5. 6.
rſæ ſunt oves meæ ;
non eſſet paſtor ; &
it in devoratiónem.
.. 5. * Ite ad oves.
Lect. ℟. Non vos me
ſed ego elégi vos ;
i vos ut eátis, & fru-
átis ; & fructus veſter
Joan. 15. 16. ℣. Ego
anum meam ut vos,
ſraël, germinétis, &
afferátis pópulo meo.
.7. 8.* Et póſui vos.
Lect. ℟. Pater, ſicut
ſiſti in mundum, &
i eos in mundum :
o eis ego ſanctífico
, ut ſint & ipſi ſancti-
ritáte. *Joan.* 17. 18.
it ergo ſancti, quia
us ſum, Dóminus
ico eos. *Levit.* 21. 8.
Glória. † Pro eis.

NOCTURNO.

In quamcúnque do-
avéritis, dícite : Pax
nui ; & ſi ibi fúerit
is, requiéſcet ſuper
veſtra ; ſin autem, ad
tétur. *Luc.* 10. 5. 6.
a. Qui vos audit,
& qui vos ſpernit,
it : qui autem me
ernit eum qui miſit
9. 16.

Ant. 6. F. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine : & quod in aure audítis, prædicáte ſuper tecta. *Matt.* 10. 27. ℣. Cuſtodíte præcépta mea, & fácite ea : ℟. Ego Dóminus qui ſanctífico vos. *Levit.* 20. 8. Pater noſter.

Benedictiones ut poſt Pſalterium.

Tres Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 4. Lect. ℟. Mementóte ſermónis mei, quem ego dixi vobis : * Non eſt ſervus major Dómino ſuo : ſi me perſecúti ſunt, & vos perſequéntur. *Joan.* 15. 20. ℣. Locúti ſunt advérsùm me linguâ dolóſâ, & ſermónibus ódii circundedérunt me. *Pſ.* 108. 3. * Non eſt ſervus.

Poſt 5. Lect. ℟. Nolíte timére oppróbrium hóminum, & blaſphémias eórum ne metuátis : * Salus autem mea in ſempitérnum erit ; Ego, ego ipſe conſolábor vos. *Iſai.* 51. 7. 8. 12. ℣. Tradémini à paréntibus, & amícis, & morte afficient ex vobis ; & éritis ódio ómnibus propter nomen meum. *Luc.* 21. 16. 17.* Salus autem.

Poſt 6. Lect. ℟. Cùm tradent vos, nolíte cogitáre quómodo, aut quid loquámini ; * Non enim vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri, qui lóquitur in vobis. *Matt.* 10. 19. 20. ℣. Spíritus meus in médio veſtrûm, nolíte timére. *Agg.* 2. 6. * Non. Glória.* Non.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Ite, ecce ego mitto vos, ſicut oves in médio lupórum: Eſtóte ergo prudéntes ſicut ſerpéntes, & ſímplices ſicut colúmbæ. *Matt.* 10. 16.

Ant. 7. a. Quicúnque volúerit inter vos major fieri, ſit veſter miníſter; ſicut Fílius hóminis non venit miniſtrári, ſed miniſtráre. *Matt.* 20. 26. 28.

Ant. 3. *a.* Cùm fecéritis ómnia quæ præcépta ſunt vobis, dícite: Servi inútiles ſumus; quod debúimus fácere, fécimus. *Luc.* 17. 10.

℣. Non nobis Dómine, non nobis, ſed nómini tuo da glóriam. ℟. Super miſericórdia tua, & veritáte tua. *Pſ.* 113. 9. 10.

Pater noſter.

Benedictiones ut poſt Pſalterium.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. *Lect.* ℟. Jam non dicam vos ſervos; vos autem dixi amícos; * Quia ómnia quæcúnque audívi à Patre meo nota feci vobis. *Joan.* 15. 15. ℣. Antíqua ne intueámini: ecce ego fácio nova, & nunc oriéntur, útique cognoſcétis ea. *Iſai.* 43. 18. 19. * Quia.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Vos eſtis qui permanſíſtis mecum in tentatiónibus meis; * Et ego diſpóno vobis, ſicut diſpóſuit mihi Pater meus regnum. *Luc.* 22. 28. 29. ℣. Diſpóſui teſtaméntum eléctis meis. *Pſ.* 88. 4. * Et ego.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Ecce dedi vobis poteſtátem ſuper omnem virtútem inimíci: * Verúmtamen in hoc nolíte gaudére; † Gaudéte quòd nómina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. *Luc.* 10. 19. 20. ℣. Dabo vos in nomen & in laudem ómnibus pópulis terræ. *Sophon.* 3. 20. * Verùmtamen. Glória. † Gaudéte.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Pſ.* 95. 3.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni.* G.

JEſus locútus eſt úndecim diſcípulis, dicens: Data eſt mihi omnis potéſtas in cœlo & in terra; eúntes ergo docéte omnes gentes. *Matt.* 28. 18. 19.

Ant. 6. C. Prædicáte Evangélium omni creatúræ, baptizántes eos, docéntes ſerváre ómnia quæcúnque mandávi vobis. *Marc.* 16. 15. *Matt.* 28. 19. 20.

Ant. 8. *G.* Quorum remiſéritis peccáta, remittúntur eis; & quorum retinuéritis, reténta ſunt. *Joan.* 20. 23.

Ant. 5. a. Accipiétis virtútem ſuperveniéntis Spíritûs-ſancti in vos, & éritis mihi teſtes uſque ad últimum terræ. *Act.* 1. 8.

Ant. 1. â. Ecce ego vobiſcum ſum ómnibus diébus, uſque ad conſummatiónem ſæculi. *Matt.* 28. 20.

*ulum. Epheſ.*4 11.12.
·iſtus dedit quoſdam
idem Apóſtolos, quoſ-
ıtem prophétas, álios
vangeliſtas, álios autem
:s, & doctóres, ad con-
.tiónem ſanctórum, in
ıiniſtérii, in ædificatió-
órporis Chriſti.
nus. *Santol. Vict.*
EM miſit in terras Deus,
t morte nos ſervet ſuâ,
s hic fidos ſui
ligit vicários.
CISUS Agnus à lupis,
ıiſit agnos ad lupos;
ferínos éxuunt,
repéntè de lupis.
Æ victimárum cædibus
madébat ímpiis,
; eam ſudóribus,
· piáſtis ſánguine.
c rore facta pínguior,
illa fructus prótulit!
quanta ſurréxit ſeges!
: nos ſeges ſumus.
AM ſi bonus reſpéxeris,
as rigátis créſcere;
:nta nos cœléſtibus
ı condes hórreis.
I ſit & trino Deo
na laus, ſummum decus,
ɔcte qui nos ad ſuæ
ı vocávit glóriæ. Amen.
Judicábunt juſti natió-
ı. Et dominabúntur pó-
Sap. 3. 8.
Benedíctus, *Ant.* 1. D.*
ui ſecúti eſtis me, in
ɜratióne cùm ſéderit Fí-
ímlnis in ſede majeſtá-
, ſedébitis & *vos* ſuper
ſedes duódecim, judicántes duódecim tribus Iſraël. *Matt.* 19. 28.

Oratio in Proprio Sanctorum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Jeſus locútus eſt.

Capitulum, Regi ſeculórum.

CANON, ut habetur poſt Lectiones Scripturæ occurrentis: & ſic in omni alio Communi. Cetera ut in Pſalterio.

AD TERTIAM, *Ant.* Prædicáte.

Capitulum. *Rom.* 1. 5.

PEr Jeſum Chriſtum accépimus grátiam & Apoſtolátum, ad obediéndum fidei in ómnibus géntibus pro nómine ejus.

℟. *breve*, Nos prædicámus *Chriſtum crucifíxum: ℟. Nos prædicámus. ℣. Chriſtum Dei virtútem, & Dei ſapiéntiam. * Chriſtum. Glória. ℟. Nos prædicámus. 1. *Cor.* 1. 23. 24.

[*In Duplicibus-maj. & ſuprà, ac per Oct. quaſcunque,* ℟℟℟. *brevibus adduntur duo* Allelúia: *& ſic in omni alio Communi uſque ad Septuageſim.*]

℣. Quod vídimus & audívimus, annuntiámus vobis, ℟. Ut & vos ſocietátem habeátis nobíſcum. 1. *Joan.* 1. 3.

Oratio ut in Proprio ad Laud.

AD SEXTAM, *Ant.* Quorum remiſéritis.

Capitulum. 2. *Cor.* 5. 19. 20.

POſuit in nobis Deus verbum reconciliatiónis: pro Chriſto ergo legatióne fungi-

mur, tanquam Deo exhortánte per nos. Obſecrámus pro Chriſto, reconciliámini Deo.

℟. *breve*, Deus nos reconciliávit ſibi * Per Chriſtum: ℟. Deus nos. ℣. Et dedit nobis miniſtérium reconciliatiónis. * Per Chriſtum. Glória. ℟. Deus nos. 2. *Cor*. 5. 18.

℣. Subjécit Dóminus pópulos nobis, ℟. Et gentes ſub pédibus noſtris. *Pſ*. 46. 4.

Ad Nonam, *Ant*. Ecce ego.

Capitulum. Epheſ. 2. 20. 21.

Fratres ... eſtis ... ſuperædificáti ſuper fundaméntum Apoſtolórum, & Prophetárum, ipſo ſummo angulári lápide Chriſto Jeſu; in quo omnis ædificátio conſtrúcta creſcit in templum ſanctum in Dómino.

℟. *breve*, Vocávit vos Deus * Per Evangélium noſtrum. ℟. Vocávit. ℣. State, & tenéte traditiónes quas didicíſtis.* Per Evangélium. Glória. ℟. Vocávit. 2. *Theſſ*. 2. 13. 14.

℣. Sicut accepíſtis Jeſum Chriſtum Dóminum, in ipſo ambuláte, ℟. Radicáti, & ſuperædificáti in ipſo, & confirmáti in fide. *Coloſſ*. 2. 6. 7.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni*, c.

Injecérunt in Apóſtolos manus, & poſuérunt eos in cuſtódiam. *Act*. 4. 3.

Ant. 2. D. Cæſis denuntiavérunt ne omníno loqueréntur in nómine Jeſu. *Act*. 5. 40.

Ant. 7. d. Ibant gaudéntes à conſpéctu concílii, quóniam digni hábiti ſunt pro nómine Jeſu contuméliam pati. *Act*. 5. 41.

Ant. 8. c. Loquebántur verbum Dei cum fidúcia: & virtúte magnâ reddébant teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti. *Act*. 4. 31. 33.

Ant. 3. a. Tradidérunt ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act*. 15. 26.

Capitulum. Heb. 2. 3. 4.

Cum inítium accepíſſet ſalus enarrári per Dóminum ab eis qui audiérunt, in nos confirmáta eſt, conteſtánte Deo ſignis & porténtis & váriis virtútibus, & Spíritûs-ſancti diſtributiónibus ſecúndùm ſuam voluntátem.

In Duplicibus - majoribus, ℟. Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, quorum non audiántur voces eórum. * In omnem terram exívit ſonus eórum, & † In fines orbis terræ verba eórum. *Pſ*. 18. 4. 5. ℣. Prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, & ſermónem confirmánte, ſequéntibus ſignis. *Marc*. 16. 20. * In omnem. Glória. † In fines.

Hymnus, Cœléſtis, *ut in primis Veſperis*.

℣. Nimis honorificáti ſunt amíci tui Deus, ℟. Nimis confortátus eſt principátus eórum. *Pſ*. 138. 17.

Ad Magníficat, *Ant*. 1. *D*. In fundaméntis duódecim,

ſanctæ Jerúſalem)
ltódecim Apoſtoló-
i, & cláritas Dei illu-
eam, & lucérna ejus
: & ambulábunt gen-
nine ejus. *Apoc.* 21.
4.

MMUNE
S MARTYRIS.
MIS VESPERIS.

lmi de Feria.

hona 1. *toni.* f.
uis venit ad me, &
odit ánimam ſuam,
poteſt meus eſſe diſ-
uc. 14. 26.
D. Qui volúerit áni-
n ſalvam fácere, per-
qui autem perdíderit
uam propter me, &
m, ſalvam fáciet
rc. 8. 35.
. Qui vícerit, veſtié-
éntis albis, & non
men ejus de libro
c. 3. 5.
. E. Uſque in tempus
pátiens, & póſtea
cunditátis. *Eccli.* 1.

G. Hæc eſt grátia,
Dei conſciéntiam
is triſtítias, pátiens
Petr. 2. 19.
n. 1. *Petr.* 4. 15. 16.
veſtrûm patiátur ut
cída, aut fur, aut
, aut alienórum ap-
autem ut Chriſtiá-
rubéſcat; gloríficet
m in iſto nómine.

In Duplicibus-majoribus.

℟. Beátus vir qui ſuffert tentatiónem, quóniam * Cùm probátus fúerit, † Accípiet corónam vitæ quam repromíſit Deus diligéntibus ſe. *Jac.* 1. 12. ℣. Si in probatióne fúerit, coronábitur; ſi in tribulatióne fúerit, liberábitur. *Tob.* 3. 21.* Cùm probátus. Glória. † Accípiet.

Hymnus. *Santol. Vict.*

EX quo ſalus mortálium,
Fluxit ſacer Dei cruor,
Homo redémptus æmulum
Deo litávit ſánguinem.

NON jam crucis Chriſti pudet;
Quin ſurgit ingens glória,
Deum fatéri mórtuum;
Pro mórtuo mori Deo.

HOC iſte plenus Spíritu
Ridet minas, ridet neces,
Tuâque fretus dexterâ,
Tibi, Redémptor, mílitat.

PARATA ſpectans præmia,
Secúrus ad pœnas volat;
Sic pugnat, ut ſperet mori,
Et morte mortem víncere.

UNUS tot armátas manus
Stupénte laſſat júdice;
Et tortus ipſis qui cadit,
Torquéntibus fit fórtior.

DA, Chriſte, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia:
Da ſuſtinére pro tuo,
Quodcúnque durum, nómine.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Vincénti dabo édere de ligno vitæ, ℟. Quod eſt in paradiſo Dei mei. *Apoc.* 2. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Qui vícerit, dabo ei ſedére mecum in throno meo; ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. *Apoc.* 3. 21.

Oratio infrà ad Laudes Matutinas, niſi ſit propria.

Si eodem die occurrat commemoratio alterius Martyris, fiet per Antiphonam ad Benedíctus, *&* ℣. *ex Laudibus: quod ſervatur in omni alio Communi.*

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 7. d. Qui vícerit, non lædétur à morte ſecúnda. *Apoc.* 2. 11.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 1. a. Qui vícerit, ero illi Deus, & ille erit mihi filius. *Apoc.* 21. 7.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Deum patiéntiæ & ſolátii, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

FELIX morte tuâ, qui cruciátibus
Cœlo difficilem rúmpere amas viam,
Et ſignáre cruóre,
Quam Chriſto déderas fidem.

PŒNIS victa quibus deficeret fides?
Tu pœnas ávidâ mente præóccupas:
Cui non ſúfficit una,
Ambis innúmeras neces.

TE pro lege ſuâ magnánimum mori,
Te Chriſtus púgilem ſpectat ab æthere;
Ne ſuccúmbere poſſis,
Tecum prælia ſúſtinet.

ET nos delícias, vana per ótia,
Gens infida Deo, quærimus ánxii:
Quid torpémus? inértes
Sanguis Mártyris éxcitat.

SEMPER máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Fílio;
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus.
Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Fili, ſta in juſtítia & timóre, & præpara ánimam tuam ad tentatiónem. *Eccli.* 2. 1.

Ant. 2. D. Conjúngere Deo, & ſúſtine; quóniam in igne probátur aurum, hómines verò receptíbiles in camíno humiliatiónis. *Eccli.* 2. 3 5.

Ant. 3. E. Qui confidit in Dómino, & erit Dóminus fidúcia ejus, non timébit cùm vénerit æſtus. *Jer.* 17. 7. 8.

℣. In tentatióne Deus illum conſervábit, ℟. Et liberábit à malis. *Eccli.* 33. 1.

Lectiones de Script. occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Fili, omne quod tibi applícitum fúerit, áccipe; & * In dolóre ſúſtine, & in humilitáte tua patiéns

cli. 2. 4. ℣. Qui
inem, hic ſalvus
.13.* In dolóre..
. ℞. Non dedit
ıiritum timóris,
Noli ítaque eru-
ıónium Dómini.
8. ℣. Noli ti-
m tecum eſt Dó-
uus. *Joſue* 1. 9.
.
. ℞. Labóra ſicut
Chriſti Jeſu,
i certat in agóne,
ıtur niſi legitimè
Tim.2.3.5.℣.Eſto
z præliáre bella
g.18.17.* Nam.
n coronátur.
OCTURNO.
Certa bonum cer-
apprehénde vi-
, in qua vocátus
12.
. Confortáre, &
: Dóminus ipſe
ıon dimíttet; nec
e. *Deut*. 31.7.8.
Qui timet Dó-
il trepidábit, &
; quóniam ipſe eſt
li. 34. 16.
átum eſt cor ejus,
vébitur ℞. Do-
t inimícos ſuos.

in Proprio San-

ſ. ℞. Ne páveas
ıi poténtias im-
ómınus enim erit
& *cuſtódiet* pe-

dem tuum ne capiáris. *Prov.* 3. 25. 26. ℣. Scio tribulatiónem tuam, nihil horum tímeas quæ paſſúrus es. *Apoc.* 2. 9. 10. * Dóminus.

Poſt 5. *Lect.* ℞. Pro juſtítia agonizáre, & * Uſque ad mortem certa pro juſtítia; & Deus expugnábit pro te inimícos tuos. *Eccli.* 4. 33. ℣. Eſto fidélis uſque ad mortem, & dabo tibi corónam vitæ. *Apoc.* 2. 10. * Uſque ad.

Poſt 6. Lect. ℞. Scient quia ego diléxi te: * Quóniam ſervaſti verbum patiéntiæ meæ, & † Ego ſervábo te ab hora tentatiónis. *Apoc.* 3. 9. 10. ℣. Ego ſum Dóminus Deus tuus, in umbra manûs meæ protéxi te. *Iſai.* 51. 15. 16. * Quóniam. Glória. † Ego.

In III. Nocturno.

Ant. 7. c. Víncula, & tribulatiónes me manent; ſed nihil horum véreor. *Act.* 20. 23. 24.

Ant. 8. G. Non fácio ánimam meam pretioſiórem quàm me; dúmmodo conſúmmem curſum meum. *Act.* 20. 24.

Ant. 4. E. Omnia detriméntum feci, ut Chriſtum lucrifáciam, ad cognoſcéndum illum, & ſocietátem paſſiónum illíus, configurátus morti ejus. *Philipp.* 3. 8. 10.

℣. Non mihi contíngat párcere ánimæ meæ, ℞. In omni témpore tribulatiónis. 1. *Mach.* 13. 5.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. Lect. ℟. Ego non ſolùm alligári, ſed * Et mori parátus ſum propter nomen Dómini Jeſu. *Act.* 21. 13. ℣. Ego ánimam & corpus meum trado pro pátriis légibus. 2. *Mach.* 7. 37. * Et mori.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Secúndùm expectatiónem & ſpem meam in nullo confúndar, ſed * Magnificábitur Chriſtus in córpore meo ſive per vitam, ſive per mortem. *Philipp.* 1. 20. ℣. Deus Dóminus fortitúdo mea, & ſuper excélſa mea dedúcet me victor. *Habac.* 3. 19. * Magnificábitur.

Poſt 9. Lect. ℟. Pláceo mihi in contuméliis, in perſecutiónibus, in angúſtiis pro Chriſto; * Cùm enim infirmor, tunc potens ſum. 2. *Cor.* 12. 10. ℣. A Deo ſalutáre meum, nam & ipſe Deus meus, & ſuſcéptor meus; non movébor. *Pſ.* 61. 2. 3. * Cùm. Glória. * Cùm.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Ego cantábo fortitúdinem tuam, ℟. Et exultábo manè miſericórdiam tuam. *Pſ.* 58. 17.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 4. *toni.* E.

CUm à morte poſſem liberári, duros córporis ſuſtíneo dolóres; ſecúndùm ánimam verò libénter hæc pátior. 2. *Mach.* 6. 30.

Ant. 7. *d.* Nunc gaúdeo in paſſiónibus, & adímpleo ea quæ deſunt paſſiónum Chriſti, in carne mea. *Coloſſ.* 1. 24.

Ant. 8. G. Replétus ſum conſolatióne, ſuperabúndo gaúdio in omni tribulatióne. 2. *Cor.* 7. 4.

Ant. 1. *D.* Exémplum forte relínquam, ſi prompto ánimo, ac fórtiter pro ſanctíſſimis légibus honéſtâ morte perfúngar. 2. *Mach.* 6. 28.

Ant. 7. a. Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi: repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ. 2. *Tim.* 4. 7. 8.

Capitulum. *Job.* 23. 10. 11.

PRobávit me Deus quaſi aurum, quod per ignem tranſit; veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus, viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea.

Hymnus. *Santol. Vict.*

JAM non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas cœlítuum choros:
Nunc pro cárcere cæco,
Fulgéntes hábitas domos.

NON jam vincla manus, non cóhibent pedes,
Tu liber ſúperûm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

NEC te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus & índuit.

artyribus dexter a-
Deus,
ors périmit, glória
:et:
líſque tyránnum,
os déprimit, élevas.
máxima laus in-
o Patri;
us génito máxima
;
xus amóris,
par tibi, Spíritus.
1.
icátus ſum in óculis
. Et Deus meus factus
o mea *Iſai.* 49. 5.
edíctus, *Ant.* 8. G.*
nihi áſtitit, & con-
s; & liberátus ſum
nis. Liberávit me
ab omni ópere ma-
um fáciet in regnum
ſte. 2. *Tim.* 4. 17. 18.
Oratio.
, quæſumus, omní-
Deus, ut qui beáti
ui N. natalítia cóli-
ceſſióne ejus in tui
móre roborémur;
num.
lia Oratio.
qui beátum N. Már-
ı tuum virtúte con-
paſſióne roboráſti;
itatióne tribue pro
› próſpera mundi
& nulla ejus advérſa
; Per Dóminum.
ontifex, Oratio.
otens *ſempitérne*
, qui in ómnium
iórum es virtúte
mirábilis, da nobis beáti N. feſtivitátem cóngruis honóribus & ſédulâ imitatióne celebráre, qui Fílii tui Martyr & Póntifex, quod miniſtério geſſit, teſtimónio comprobávit; & quod prædicávit ore, confirmávit exémplo; Per eúndem Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, cujus grátia beátum N. in Sacerdótem elégit, doctrína ad prædicándum erúdiit, poténtia ad perſeverándum confirmávit; da nobis ex ejus imitatióne pópulum Chriſtiánum & inſtrúere vivéndi exémplo, & cùm opus fúerit, confirmáre patiéndo; Per Dóminum.

Si facienda ſit Commemoratio alterius Martyris, fiet per Antiphonam ad Magníficat *&* ℣. *ex primis Veſperis: quod ſervatur in omni alio Communi.*

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Cùm à morte.

AD TERTIAM, *Ant.* Nunc gaúdeo.

Capitulum. *Rom.* 8. 18.

FRatres, exíſtimo quòd non ſunt condígnæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis.

℟. *breve*, In Deo ſalutáre meum, * Et glória mea; ℟. In Deo. ℣. Deus auxílii mei, & ſpes mea in Deo eſt. * Et glória mea. Glória. ℟. I...
Pſ. 61. 8.

℣. Deus me...

& ſperábo in eum. ℟. Protéctor meus, & cornu ſalútis meæ, & ſuſcéptor meus. *Pſ.* 17. 3.

AD SEXTAM, *Ant.* Replétus ſum.

Capitulum. 2. *Tim.* 1. 12.

PAtior, ſed non confúndor; ſcio enim cui crédidi, & certus ſum quia potens eſt depóſitum meum ſerváre in illum diem.

℟. *breve*, Si consíſtant advérsùm me caſtra, * Non timébit cor meum. ℟. Si consíſtant. ℣. Si exúrgat advérsùm me prælium, in hoc ego ſperábo. * Non timébit. Glória. ℟. Si consíſtant. *Pſ.* 26. 3. 4.

℣. Dóminus illuminátio mea, & ſalus mea; quem timébo? ℟. Dóminus protéctor vitæ meæ; à quo trepidábo? *Pſ.* 26. 1. 2.

AD NONAM, *Ant.* Bonum certámen.

Capitulum. *Tob.* 3. 22. 23.

POſt tempeſtátem, tranquíllum facis, Dómine; & poſt lacrymatiónem & fletum, exultatiónem infúndis. Sit nomen tuum, Deus Iſraël, benedíctum in ſécula.

℟. *breve*, Factus es, Dómine, * Suſcéptor meus, ℟. Factus es. ℣. Et refúgium meum, in die tribulatiónis. * Suſcéptor meus. Glória. ℟. Factus es. *Pſ.* 58. 17.

℣. Tu Dómine adjuviſti me, ℟. Et conſolátus es me. *Pſ.* 85. 17.

AD VESPE

Pſalmi de Feri

Antiphona 6. *ton*

PRopter opus Chri ad mortem accé dens ánimam ſuam. 2. 30.

Ant. 1. f. Patién nens, deſtinávit nc tere illícita propter v rem. 2. *Mach.* 6. 2c

Ant. 5. a. Mag afflígi cum pópulo D temporális peccáti l cunditátem, invisib quam videns ſuſtín 11. 25. 27.

Ant. 4. E. Glori mortem magis qu lem vitam compléć luntárie præíbat a cium. 2. *Mach.* 6.

Ant. 1. â. Hoc n decéſſit, univérſæ ı móriam mortis ſuæ plum virtútis & f derelínquens. 2. *M*

Capitulum, 2. *C*

FRatres id, quc ſénti eſt momen leve tribulatiónis no modum in ſublim num glóriæ pondu in nobis.

In Duplicibus -

℟. In fraude circ tium illum áffi... illi támen forte dedit il ret, & ſciret † Qu nium poténtior eſt Sap. 10. 11. 12. ℣ cum eo; & ei

ómnibus tribulatiónibus ejus. *Act.* 7. 9. 10. * Certámen. Glória. † Quóniam.

Hymnus, Jam non te lácerant, *ut in Laudibus.*

℣. Cuſtodívit illum ab inimícis, ℟. Et à ſeductóribus tutávit illum. *Sap.* 10. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. d. Juſtum à peccatóribus liberávit; & non derelíquit illum, donec afférret illi poténtiam advérsùs eos qui eum deprimébant, & dedit illi claritátem ætérnam. *Sap.* 10. 13. 14.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

In primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* D.

VEnit hora, ut omnis qui intérficit vos, arbitrétur obſéquium ſe præſtáre Deo. *Joan.* 16. 2.

Ant. 1. f. Injícient vobis manus ſuas, & perſequéntur trahéntes ad reges & præſides, propter nomen meum. *Luc.* 21. 12.

Ant. 3. *a.* Confortámini, & non diſſolvántur manus veſtræ; erit enim merces óperi veſtro. 2. *Par.* 15. 7.

Ant. 4. E. Patiéntia vobis neceſſária eſt, ut voluntátem Dei faciéntes, reportétis promiſſiónem. *Hebr.* 10. 36.

Ant. 1. D. In patiéntia veſtra poſſidébitis ánimas veſtras. *Luc.* 21. 19.

Capitulum. 1. *Petr.* 4. 14.

SI exprobrámini in nómine Chriſti, beáti éritis; quóniam quod eſt honóris, glóriæ, & virtútis Dei, & qui eſt ejus Spíritus, ſuper vos requiéſcit.

In Duplicibus - majoribus, ℟. In nullo terreámini ab adverſáriis; * Quia † Vobis donátum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credátis, ſed ut étiam pro illo patiámini. *Philipp.* 1. 29. 29. ℣. Qui ſequímini quod juſtum eſt, & quæritis Dóminum; atténdite ad petram unde excíſi eſtis. *Iſai.* 51. 1. * Quia. Glória. † Vobis.

Hymnus. *Santol. Vict.*

FORTES cadéndo Mártyres,
Quos empta fuſo ſánguine
Cœléſtis ornat púrpura,
Junctis canámus vócibus.

IMPLERE vos omnes decet
Paſſo Deo quod défuit;
Per tot neces læſo Patri
Fit plena Chriſtus hóſtia.

QUEM lictor inſánus ſitit,
Quem cæcus effúndit furor,
Amor ſacérdos pródigum
Chriſto cruórem cónſecrat.

ET ille, mixtus ſánguini
Quem fudit in ligno Deus,
Fundéntibus placábilem
Oráre non ceſſat Deum.

SIC, Chriſte, robur Mártyrum,
Certáre das, & víncere;
Tuóſque múnerans, tua
Æquus corónas múnera.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum, ℟. Omnes qui ſperátis in Dómino. *Pſ.* 30. 25.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Communicántes Chriſti paſſiónibus gaudéte, ut & in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultántes. 1. *Petr.* 4. 13.

Oratio infrà ad Laudes Matutinas, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 3. E. Omnes, qui piè volunt vívere in Chriſto Jeſu, perſecutiónem patiéntur. 2. *Tim.* 3. 12.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 8. c. Fidélis ſermo: ſi commórtui ſumus, & convivémus: ſi ſuſtinébimus, & conregnábimus. 2. *Tim.* 2. 11.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Legítimè certántes coronántem Dóminum, * Veníte, adorémus. 2. *Tim.* 2. 5.

Pſalmus, Veníte. 2.

Hymnus.

QUAM vincla ſunt hæc fórtia,
Quæ Mártyres Deo ligant!
Non vita, mille non neces
A caritáte ſéparant.

VIX corpus unum ſúfficit,
Non eſt ſatis ſemel mori;
Quot ſciſſa membra, tot litant
Deo placéntes víctimas.

SÆVIT tyránnus, állicit;
Temnunt minas, temnunt preces;
Deum minántem dum timent,
Dum munerántem díligunt.

ACTI procéllis ómnibus,
Sui cruóris flúmine
Vehúntur, & Chriſto duce
Portus beátos óccupant.

FAC, Chriſte, ſemper mens tibi,
Inter cruces adhæreat;
Fac dura, quæ corpus premunt,
Ad te magis nos érigant.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Ecce natiónes convenérunt advérsùm nos ut nos diſpérdant: quómodo potérimus ſubsiſtere? niſi tu Deus ádjuves nos. 1. *Mach.* 3. 52. 53.

Ant. 2. D. Erue nos in mirabílibus tuis Dómine: & confundántur omnes qui oſténdunt ſervis tuis mala. *Dan.* 3. 43. 44.

Ant. 3. E. In te inimícos noſtros ventilábimus cornu, & in nómine tuo ſpernémus inſurgéntes in nobis. *Pſ.* 43. 6.

℣. Da nobis auxílium de tribulatióne; ℟. Quia vana ſalus hóminis. *Pſ.* 59. 13.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. Lect. ℟. Non ſolùm

pter Chriſtum : maledíci-, & benedícimus ; * Per-tiónem pátimur , & ſuſti-mus ; blaſphemámur , & crámus. 1. *Cor.* 4. 10. 12.

℣. Propter te mortificá- totâ die , æſtimáti ſumus oves occiſiónis. *Pſ.* 43. * Perſecutiónem.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Quis nos ſe-bit à caritáte Chriſti ? tri-tio , an angúſtia , an fa-, an perſecútio ? * Neque s , neque vita póterit nos ráre à caritáte Dei. *Rom.* 8. 38. 39. ℣. Hæc ómnia érunt ſuper nos , nec oblíti us te. *Pſ.* 43. 18. * Neque s.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Deus omnis iæ , qui vocávit nos in nam ſuam glóriam in iſto Jeſu , * Módicùm os ipſe perfíciet. † Ipſi ia , & impérium in ſécula lórum. 1. *Petr.* 5. 10. 11. Abſit à nobis hoc ſcelus ut dámus à Dómino , & ejus ígia relinquámus. *Joſue* 29. * Módicùm. Glória. pſi.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. *D.* In mortem trá-tur propter Jeſum , ut & Jeſu manifeſtétur in carne tra mortáli. 2. *Cor.* 4. 11.

Ant. 5. a. Paráti ſumus mori, quàm pátrias Dei leges varicári. 2. *Mach.* 7. 2.

Ant. 6. F. Propítius ſit no-Deus : *non eſt nobis útile quere legem , & juſtítias* Dei , ut eámus álterâ viâ. 1. *Mach.* 2. 21. 22.

℣. In Deo faciémus virtútem,

℟. Et ipſe ad níhilum dedúcet tribulántes nos. *Pſ.* 59. 14.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Abſit à nobis ut relinquámus Dóminum , & ſerviámus diis aliénis. * Dómino Deo noſtro ſerviémus, & obediéntes érimus præcéptis ejus. *Joſue* 24. 16. 24. ℣. Etſi ſunt qui dicántur dii , nobis tamen unus Deus. 1. *Cor.* 8. 5. * Dómino Deo noſtro.

Poſt 5. *Lect.* ℟ Dóminus Deus aſpíciet veritátem , & conſolábitur in nobis : * Pótius eſt ab homínibus morti datos ſpem expectáre à Deo , íterum ab ipſo ſuſcitándos. 2. *Mach.* 7. 6. 14. ℣. Sicut abúndant paſſiónes Chriſti in nobis , ita & per Chriſtum abúndat conſolátio noſtra. 2. *Cor.* 1. 5. * Pótius eſt.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Probáſti nos Deus ; igne nos examináſti , ſicut examinátur argéntum. * Transívimus per ignem & aquam , & † Eduxíſti nos in refrigérium. *Pſ.* 65. 10. 12. ℣. Per multas tribulatiónes opórtet nos intráre in regnum Dei. *Act.* 14. 21. * Transívimus. Glória. † Eduxíſti.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Gladium evaginavérunt peccatóres , intendérunt arcum , ut trucídent rectos corde. *Pſ.* 36. 14.

Ant. 8. G. Diſténti ſunt non ſuſcipiéntes redemptiónem, ut melióre invenírent reſurrectiónem. *Hebr.* 11. 35.

Ant. 1. a. Confírmat juſtos Dóminus: non confundéntur in témpore malo. *Pſ.* 36. 17. 19.

℣. Salus juſtórum à Dómino, ℟. Et protéctor eórum in témpore tribulatiónis. *Pſ.* 36. 39.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. *Lect.* ℟. Antíquus diérum judícium dedit ſanctis Excélſi; * Et regnum obtinuérunt ſancti. *Dan.* 7. 22. ℣. Per fidem operáti ſunt juſtítiam, adépti ſunt repromiſſiónes. *Heb.* 11. 33. * Et regnum.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Ludíbria & vérbera expérti, ínſuper & víncula, & cárceres; * Lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tentáti ſunt, in occiſióne gládii mórtui ſunt. *Hebr.* 11. 36. 37. ℣. Tradidérunt córpora ſua ne ſervírent, & ne adorárent omnem deum, excépto Deo ſuo. *Dan.* 3. 95. * Lapidáti ſunt.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Vicérunt propter ſánguinem Agni, & propter verbum teſtimónii ſui; * Et non dilexérunt ánimas ſuas uſque ad mortem: proptérea † Lætámini cœli, & qui habitátis in eis. *Apoc.* 12. 11. 12. ℣. Per multas tribulatiónes tranſiérunt fidéles. *Judith* 8. 23. * Et non dilexérunt. Glória. † Lætámini.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Laudá te, Dómine, pópulus fort ℟. Cívitas géntium robu rum timébit te. *Iſai.* 25. 3.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* 1.

DAtum eſt béſtiæ bell fácere cum ſanctis, víncere eos. *Apoc.* 13. 7.

Ant. 8. G. Elegérunt m mori; & noluérunt infrin legem Dei ſanctam, & tr dáti ſunt. 1. *Mach.* 1. 65. 6

Ant. 1. f. Etſi coram ho nibus torménta paſſi ſunt, illórum immortalitáte pl eſt. *Sap.* 3. 4.

Ant. 7. c. In paucis ve in multis bene diſponén quóniam Deus tentávit e & invénit illos dignos *Sap.* 3. 5.

Ant. 7. d. Tanquam au in fornáce probávit illos quaſi holocaúſti hóſtiam a pit illos. *Sap.* 3. 6.

Capitulum. *Jac.* 1. 2. 3.

OMne gaúdium exiſti te, fratres mei, cùr tentatiónes várias incidér ſciéntes quòd probátio veſtræ patiéntiam operá patiéntia autem opus pe ctum habet.

Hymnus. *Santol. Vi*

QUAM, Chriſte, ſign viam
Primus, profúſo ſánguin
Per hanc tui te fórtiter
Ducem ſequúntur mílite

nus, foſſus pedes,
tra tránſvolas;
trunci Mártyres,
npho ſe tuo.
in oſtro ſpléndidi
al ámbiunt:
nſtrant vúlnera,
ra ſúpplicant.
ſi nos réſpuis,
um moles gravat;
ui ſánguinem
te, Mártyres.
yránnus déficit,
do mólliùs
íptas péctora,
s ſævior.
E tu Verbi Pater;
, par Patri;
ue, Spíritus,
it glória. Amen.
tribulatiónes ju-
it de ómnibus his
s Dóminus. *Pſ.*

ctus, *Ant.* 1. D.*
rſecutiónem pa-
er juſtítiam; quó-
eſt regnum cœ-
. 5. 10.
Oratio.
i in córdibus már-
tuórum N. & N.
æ dilectiónis ac-
nundi nec blandí-
óribus vincerén-
eúndem tuæ ca-
m, ut te unum
piéntes, te unum
tuéntes, ómnia
pera & advérſa
ſpiciámus; Per

lis.

Alia Oratio.

MArtyrum tuórum N. & N. (& ſociórum) ſolémnia recenſéntes, ſúpplices te Dómine deprecámur, ut in tua caritáte radicáti & fundáti, paſſiónes hujus témporis, amóre illíus glóriæ, quæ revelánda eſt in nobis, invícto ac libénti ánimo ſuſtinére valcámus; Per Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* Datum eſt.

Ad Tertiam, *Ant.* Elegérunt.

Capitulum. *Sap.* 3. 2.

VIſi ſunt óculis inſipiéntium mori; & æſtimáta eſt afflíctio éxitus illórum: & quod à nobis eſt iter, extermínium; illi autem ſunt in pace.

℟. *breve*, Juſtórum ánimæ * In manu Dei ſunt; ℟. Juſtórum. ℣. Et non tanget illos torméntum mortis.* In manu. Glória. ℟. Juſtórum. *Sap.* 3. 1.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum, ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96. 10.

Ad Sextam, *Ant.* Etſi coram.

Capitulum. *Apoc.* 21. 4.

ABſtérget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum; & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abiérunt.

℟. *breve*, Oblivióni trádi-tæ ſunt * Angúſtiæ prióres

℟. Oblivióni. ℣. Abſcónditæ ſunt ab óculis. * Angúſtiæ. Glória. ℟. Oblivióni. *Iſai.* 65. 16.

℣. Salvávit eos Dóminus de manu odiéntium, ℟. Et redémit eos de manu inimíci. *Pſ.* 105. 10.

Ad Nonam, *Ant.* Tanquam aurum.

Capitulum. *Iſai.* 9. 3.

Lætabúntur coram te Dómine, ſicut qui lætántur in meſſe, ſicut exúltant victóres captâ prædâ, quando dívidunt ſpólia.

℟. *breve*, In te ſperavérunt, * Et liberáſti eos. ℟. In te. ℣. Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt. * Et liberáſti. Glória. ℟. In te. *Pſ.* 21. 5. 6.

℣. In témpore tribulatiónis ſuæ clamavérunt ad te, ℟. Et tu de cœlo audíſti. 2. *Eſdr.* 9. 27.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 2. *toni.* D.

Vidi ánimas interfectórum propter verbum Dei, & propter teſtimónium quod habébant. *Apoc.* 6. 9.

Ant. 1. a. Vidi ſtantes ante thronum in conſpéctu Agni, & palmæ in mánibus eórum. *Apoc.* 7. 9.

Ant. 5. a. Qui ſedet in throno, habitábit ſuper illos: non eſúrient, neque ſítient ámpliùs, nec cadet ſuper illos ullus æſtus. *Apoc.* 7. 15. 16.

Ant. 1. D. Módico nunc dolóre ſuſtentáto, ſub teſtaménto ætérnæ vitæ effécti ſunt. 2. *Mach.* 7. 36.

Ant. 7. c. Ecce quómodo computáti ſunt inter fílios Dei, & inter ſanctos ſors illórum eſt. *Sap.* 5. 5.

Capitulum. *Sap.* 10. 17. 18.

Reddidit juſtis ſapiéntia mercédem labórum ſuórum, & dedúxit illos in via mirábili: & fuit illis in velaménto diéi, & in luce ſtellárum per noctem: tránſtulit illos per mare rubrum, & tranſvéxit illos per aquam nímiam.

In Duplicibus-majoribus, ℟. Hi ſunt qui venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt ſtolas ſuas, & dealbavérunt eas in ſánguine Agni: ídeo ſunt ante thronum Dei, * Et † Sérviunt ei die ac nocte in templo ejus. *Apoc.* 7. 14. 15. ℣. In perpétuum vivent, & apud Dóminum eſt merces eórum. *Sap.* 5. 16. * Et ſérviunt. Glória. † Sérviunt.

Hymnus, Quam, Chriſte, *ut in Laudibus.*

℣. Lætítia ſempitérna ſuper cápita eórum, ℟. Gáudium & lætítiam tenébunt. *Iſai.* 51. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Datæ ſunt illis ſíngulæ ſtolæ albæ; & dictum eſt illis ut requiéſcerent, donec compleántur conſérvi eórum, & fratres eórum, qui interficiéndi ſunt ſicut & illi. *Apoc.* 6. 11.

COMMUNE
NFESSORIS CHRISTI,

Qui ſcilicet coram tyrannis ſus, in pace tamen obiit.]

Omnia de Communi ſecun- n dignitatem Sancti, excep- quæ notantur infrà.

I PRIMIS VESPERIS.

Hymnus.

ECQUIS magnánimus
ſe pugil exhibet?
Fit verbum gládius, fit
clypeus fides,
aletámque Dei præparat
árdua
Ad certámina Véritas.
GES ante feros impávidus
volat,
ſtatúrque fidem, nil mé-
tuit mori;
viréſque, ſui pollíciti me-
mor,
Præſens ſuppéditat Deus.
USTRA barbáries explí-
cuit cruces:
torménta movent; ore
ſerénior,
fidens ánimi, promptus ad
ómnia,
Pœnas inter ovat ſuas.
RPESSIS tua jam ſat cru-
ciátibus
ommendáta fides, ſúſcipit
hóſtiam,
n mactáta foret, Chriſtus;
& ímpias
Tortórum cóhibet manus.
STENTAS lácero córpore
vúlnera,
iquam pulcra tuæ ſtémmata
glóriæ;
Aptatúrque ſacro, digna labó-
ribus
Merces, laúrea vértici.
PATRI máxima laus, máxi-
ma Fílio,
Sit par ſáncte tibi laus quoque
Spíritus,
Fac mentes répleat lúmine vé-
ritas,
Urat péctora cáritas. Amen.

℣. Dóminus mihi adjútor;
℟. Et ego deſpíciam inimícos meos. *Pſ.* 117. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. Qui confitébitur me coram homínibus, confitébor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis eſt. *Matt.* 10. 32.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Deum patiéntiæ & ſolátii, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

CONFECTOR ictus ſi tibi
défuit,
Nil inde laudi detráhitur tuæ:
Mortem volúntas antever-
tit;
Martyrium facit hæc vo-
lúntas.
O ter beátos! dura quibus pati
Pro Chriſtiáno nómine cónti-
git;
Sunt nempe truncis iſta mem-
bris
Emérita monuménta palmæ;
SUNT & futúri pígnora præ-
mii;

Diláta merces mox redit aúctior ;
Sic, Chriſte, vis nos ire cœlo:
Matéries datur hæc triúmphis.

Fac ſimus & nos nómine pro tuo
Semper paráti fúndere ſánguinem :
Quam corde toto Veritátem
Crédimus, hanc fateámur ore.

Sit laus Parénti, ſit quoque Fílio,
Tibíque ſit par glória, Spíritus;
Trinúmque dum vox confitétur,
Vera fides venerétur unum. Amen.

AD LAUDES MATUTINAS.

Hymnus, Ecquis magnánimus, *ut in primis Veſperis.*

℣. Præcinxíſti me virtúte ad bellum, ℟. Et ſupplantáſti inſurgéntes in me ſubtus me. *Pſ.* 17. 40.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. *d.* Confitébor nómini tuo Dómine ; quóniam protéctor factus es mihi, & liberáſti corpus meum à perditióne, & in conſpéctu aſtántium factus es mihi adjútor. *Eccli.* 51. 2. 3.

Oratio.

Deus, pro cujus nómine beátus N. confeſſor tuus (& póntifex) paſſiónes invíctâ fide ſuſtínuit; da nos ejus exémplo magis elígere afflígi in hoc *ſæculo*, quàm temporális peccáti habére jucunditátem; Per.

AD VESPERAS.

Hymnus, Confeſſor iſtus, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Paulò minùs conſummavérunt me in terra ; ℟. Ego autem non derelíqui mandáta tua. *Pſ.* 118. 87.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Exultábo, & lætábor in miſericórdia tua Dómine ; quóniam reſpexíſti humilitátem meam, ſalváſti de neceſſitátibus ánimam meam ; nec conclusíſti me in mánibus inimíci. *Pſ.* 30. 8. 9.

COMMUNE UNIUS S. PONTIFICIS.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* a.

Dicit Dóminus : Suſcitábo ſuper oves meas paſtórem unum ; ipſe paſcet eas, & erit eis in paſtórem. *Ezech.* 34. 23.

Ant. 6. C. Dixit Jeſus : Ego veni ; Ego ſum Paſtor bonus : oves meæ vocem meam aúdient ; & fiet unum ovíle & unus Paſtor. *Joan.* 10. 10. 11. 16.

Ant. 1. D. Amen, amen dico vobis : Ego ſum óſtium óvium ; per me ſi quis introíerit, ſalvábitur ; & ingrediétur, & egrediétur, & páſcua invéniet. *Joan.* 10. 7. 9.

Ant. 8. G. Qui non intrat per óſtium, ille fur eſt & latro : qui autem intrat per óſtium, paſtor eſt óvium : huic oſtiárius áperit. *Joan.* 10. 1. 2. 3.

t. 5. a. Quemcúnque
·it Dóminus, ipſe erit
s. *Num.* 16. 7.
*tulum. Hebr.*5. 4. 5. 6.
:c quiſquam ſumit ſibi
.onórem, ſed qui vocá-
)eo tanquam Aáron: ſic
:iſtus non ſemetípſum
:ávit ut Póntifex fieret;
ıi locútus eſt ad eum,
meus es tu, ego hódie
te: quemádmodum &
loco dicit: Tu es Sacér-
ı ætérnum, ſecúndùm
:m Melchíſedech.
uplic. majoribus, ℟. Suſci-
ıihi ſacerdótem fidélem,
.xta cor meum fáciet;
Ambulábit coram Chri-
:o cunctis diébus. 1. *Reg.*
℣. Invéni virum ſecún-
or meum, qui fáciet om-
›luntátes meas. *Act.* 13.
:t. Glória. † Ambulábit.
mus. Guill. Epiſc. Santon.
I R I S T E Paſtórum ca-
put atque Princeps,
lis feſtam veneráta lucem
:is ſupplex tua templa
votis
rba frequéntat.
E non vano ténuit tre-
méndam
u ſedem, próprio nec
auſu:
ăcrum juſſus Dómino
vocánte
npſit honórem.
E N U U M bello púgilem
ſupérni
*natis pleno tuus unxit
intùs*

Spíritus cornu, poſúitque ſan-
ctam
Páſcere gentem.
F I T gregis paſtor, pater at-
que forma:
Omnium curas levat & labó-
res,
Lætus impéndit ſua, ſeque;
cunctis
Súfficit unus.
P R O reis orat, réficit gemén-
tes,
Erigit lapſos, tenebráſque
pellit,
Fit potens verbo, docet alta,
pravum
Cónterit hoſtem.
F A C ut illíus précibus juvémur,
Chriſte, fac Patrem, paritér-
que tecum
Spíritum jugi celebrémus
hymno
Omne per ævum. Amen.
℣. Quæſívit Dóminus ſibi
virum juxta cor ſuum; ℟. Et
præcépit ei Dóminus ut eſſet
dux ſuper pópulum ſuum.
1. *Reg.* 13. 14.
Ad Magníficat, *Ant.* 5. F.
Reſpéxit ad eum Dóminus, &
ait; Virórum fortíſſime, vade
in hac fortitúdine tua, & libe-
rábis Iſraël: ſcito quòd míſe-
rim te. *Judic.* 6. 14.
Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.
[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 3. a. Ipſum elégit Dóminus
Deus, ut ſtet, & miniſtret nó-
mini Dómini. Deut. 18. 5.
Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 8.

Erit ipſi pactum ſacerdótii ſempitérnum, quia zelátus eſt pro Deo ſuo, & expiávit ſcelus filiórum Iſraël. *Num.* 25. 13.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Chriſtum Paſtórum Príncipem, * Veníte, adorémus. 1. *Petr.* 5. 4.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, *Santol. Vict.*

CHRISTE, decréto Patris inſtitútus
Póntifex ſummo, tibi ſegregátos
Ponis & formas pópulis regéndis
Ipſe miníſtros.

HUNC juvat feſto celebráre cantu,
Qui licèt magnis méritis corúſcans,
Sumpſit invítus, trepidánte dextrâ,
Pondus honóris.

NOVERAT quantis páteat períclis
Ille, qui ſummos ápices adéptus,
Omnium curas, ſibi raptus uni;
Súſtinet omnes.

FECERAT fervens amor inquiétum:
Quò gregis cari pia cura poſcit,
Advolat promptus; mora non eúntem
Ulla retárdat.

DUX iter, vitâ præeúnte, monſtrat;
Cómprobat factis ſua dicta magnis,

Et domum ſanctam bene
te Chriſti
Implet odóre.

LUX erat cæco, có
labánti,
Una ſpes lapſo, míſero
men,
Próvidus cunctis pater,
búſque
Omnia factus.

CHRISTE, Paſtórum
ipſe Paſtor,
Qui greges paſcis
cruóre,
Fac ut ætérnæ ſúbeant
Páſcua vitæ. Ame

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTUR

Ant. 7. a. Vide mini
quod accepíſti in Dóm
illud ímpleas. *Coloſſ.* 4.

Ant. 1. a. Exémplu
fidélium, in verbo, in c
ſatióne, in caritáte, i
in caſtitáte. 1. *Tim.* 4. 1

Ant. 3. a. Solícitè cur
ſum exhibére Deo ope
inconfusíbilem, rectè t
tem verbum veritátis.
2. 15.

℣. Lábia ſacerdótis
dient ſciéntiam, ℟. Et
requírent ex ore ejus
Angelus Dómini exerç
eſt. *Malach.* 2. 7.

*Lectiones de Scriptu
currente.*

Poſt 1. *Lect.* ℟. Sac
máximus inter fratres
ſuper cujus caput fuſu
unctiónis óleum, * No
taminábitur, ne pol

ium Dómini. *Levit.* 21.
11. 12. ℣. Opórtet Epíſ-
m ſine crímine eſſe, ſicut
diſpenſatórem. *Tit.* 1. 7.
n contaminábitur.
t 2. *Lect.* ℟. Rectórem te
érunt? noli extólli: * Eſto
is quaſi unus ex ipſis; cu-
illórum habe, & ſic con-
Eccli. 32. 1. 2. ℣. Si quis
primus eſſe, erit ómnium
ſſimus, & ómnium mi-
r. *Marc.* 9. 34. * Eſto.
ſt 3. *Lect.* ℟. Accéde ad
e, & ímmola pro peccáto
* Offer holocaúſtum, &
precáre pro te, & pro pó-
Levit. 9. 7. ℣. Debet Pón-
, quemádmodum pro pó-
, ita étiam pro ſemetípſo
re pro peccátis. *Hebr.* 5. 3.
er. Glória. † Deprecáre.
r II. Nocturno.
t. 4. E. Speculatórem de-
dómui Iſraël; & aúdies
e meo verbum, & annun-
eis ex me. *Ezech.* 3. 17.
t. 5. a. Si tu annuntiá-
juſto, & ille non peccá-
, vivens vivet, quia an-
áſti ei; & tu ánimam
liberáſti. *Ezech.* 3. 21.
t. 7. *d.* Si tu annuntiáve-
pio, & ille non fúerit
érſus ab impietáte ſua,
quidem in iniquitáte ſua
étur; tu autem ánimam
liberáſti. *Ezech.* 3. 19.
Probatórem dedi te in
lo meo robúſtum; ℟. Et
, *& probábis viam eó-*
Jer. 6. 27.

Lectiones in Proprio SS.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Si ſpopónderis pro amíco tuo, defixiſti apud extráneum manum tuam; fac quod dico, & temetípſum líbera: * Diſcúrre, feſtína, ſúſcita amícum tuum, ne déderis ſomnum óculis tuis. *Prov.* 6. 1. 3. 4. ℣. Prædica verbum, inſta opportúnè, importúnè; árgue, óbſecra, íncrepa in omni patiéntia & doctrína. 2. *Tim.* 4. 2. * Diſcúrre.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Eſto vígilans; & confírma cétera quæ moritúra erant. Si non vigiláveris, * Véniam ad te tanquam fur; & néſcies quâ horâ véniam. *Apoc.* 3. 2. 3. ℣. Si ſpeculátor víderit gládium veniéntem, & non inſonúerit búccinâ; ſánguinem pópuli de manu ſpeculatóris requíram. *Ezech.* 33. 6. * Véniam.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Diligénter agnóſce vultum pécoris tui, tuóſque greges consídera: * Non enim habébis júgiter poteſtátem, ſed † Coróna tribuétur in generatiónem & generatiónem. *Prov.* 27. 23. 24. ℣. Vígila, in ómnibus labóra, miniſtérium tuum imple. 2. *Tim.* 4. 5. * Non enim. Glória. † Coróna.

In III. Nocturno.

Ant. 8. G. Vos ſcitis, quómodo nihil ſubtráxerim utílium, quóminus annuntiárem vobis públicè & per domos, in Deum pœniténtiam, & fidem in Jeſum Chriſtum. *Act.* 20. 18. 20. 21.

Ant. 1. â. Mundus ſum à ſánguine ómnium ; non enim ſubterfúgi, quóminus annuntiárem omne consílium Dei vobis. *Act.* 20. 26. 27.

Ant. 4. a. Omnium me ſervum feci, ut plures lucrifácerem. 1. *Cor.* 9. 19.

℣. Omnibus ómnia factus ſum, ℟. Ut omnes fácerem ſalvos. 1. *Cor.* 9. 22.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. *Lect.* ℟. Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos : Libentíſſimè impéndam, * Et ſuperimpéndar ipſe pro animábus veſtris. 2. *Cor.* 12. 14. 15. ℣. Abſit à me hoc peccátum in Dóminum, ut ceſſem oráre pro vobis ; & docébo vos viam bonam & rectam. 1. *Reg.* 12. 23. Et ſuperimpéndar.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Ego ſequéſter * Et médius fui inter Dóminum & vos, ut annuntiárem vobis verba ejus. *Deut.* 5. 5. ℣. Eccléſiæ factus ſum ego miníſter ſecúndum diſpenſatiónem Dei, quæ data eſt mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei. *Coloſſ* 1. 25. * Et médius.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Cariſſimi, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ ; hæc cogitáte. Quæ & didicíſtis, & accepíſtis, & audíſtis, & vidíſtis in me, hæc ágite ; * Et † Deus pacis erit vobíſcum. *Philipp.* 4. 8. 9. ℣. Judícium Patris audíte filii, & ſic fácite ut ſalvi ſitis. *Eccli.* 3. 2. * Et. Glória. † Deus.

AD LAUDE[S]
MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, De[...] corde ſuo laudávit Dómi[...] ℟. Et diléxit Deum qui [...] illum. *Eccli.* 47. 10.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* [...]

FUit máximus in ſal[...] electórum Dei, exp[...] re inſurgéntes hoſtes, u[...] ſequerétur hereditátem I[...] *Eccli.* 46. 1. 2.

Ant. 3. E. Ipſum elégi[...] minus ab omni vivénte; [...] re ſacrifícium Deo, incé[...] & bonum odórem, in m[...] riam placáre pro pópul[...] *Eccli.* 45. 20.

Ant. 7. b. Invéntus eſt [...] féctus, juſtus, & in tém[...] iracúndiæ, factus eſt rec[...] liátio. *Eccli.* 44. 17.

Ant. 3. a. Lex veritáti[s] in ore ejus, & iníquitas eſt invénta in lábiis ejus. [Ma]lach. 2. 6.

Ant. 8. c. In pace & [...] quitáte ambulávit, & m[...] avértit ab iniquitáte. *Ma[...]* 2. 6.

Capitulum. Eccli. 50. 22.

MAnus ſuas éxtul[...] omnem congregatió[...] filiórum Iſraël, dare gló[...] Deo à lábiis ſuis, & in n[...] ne ipſius gloriári.

Hymnus. Guill Epiſc. Sant[...]

JEsu Sacerdótum de[...]
In hac die quâ gloriâ
Sanctum corónas Præſul[...]
Votis adéſto ſúpplicum

›bátus præmium
ꝛ pignus tui,
:áditos tibi
gnos páſcere.
/it, & præit vocans
ɜmque páſcua,
præbet: aúdiunt,
, & vivunt oves.
ntit errántem jugis,
ɜ quærit ac die;
invéntam, ſuo
vili réddere.
freméntes béſtias,
dit ímpetus,
fallit, vel mori
:us pro grege.
T frequéntem ví-
n
ɜ Paſtor ínnocens,
devótum gregem
dos ímmolat.
IE Chriſte Póntifex,
ſit glória,
e, cumque Spíritu,
rna ſécula. Amen.
it ei Dóminus teſta-
ɜtérnum; ℟. Et de-
.cerdótium gentis.
8.
ιedíctus, *Ant.* 7. G.
e & alacritáte áni-
ιcuit Deo pro Iſraël:
it illi teſtaméntum
íncipem ſanctórum
ſuæ, ut ſit illi ſacer-
ιitas in ætérnum.
29. 30.

Oratio.

, quæſumus Dómi-
'eces noſtras quas in
pontíficis feſtivitáte
& ejus, qui tibi dignè méruit famulári, intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos abſólve peccátis; Per.

Alia Oratio.

QUæſumus Dómine, cleméntiam tuam, ut in hac die quam tránſitu ſacro beáti pontíficis N. conſecráſti, des nobis illam ſequi doctrínam quam ille & verbo dócuit, & ópere complévit; Per.

Pro uno Autiſſiodorenſi Epiſcopo, Oratio.

OMnípotens Deus, qui beátum N. antíſtitem pópulo tuo præéſſe, & quibus præerat, verbo & exémplo prodéſſe voluíſti; eódem intercedénte, paſtóres Eccléſiæ tuæ cum grégibus ſibi commíſſis dírige in viam ſalútis ætérnæ; ut omnes, te donánte, tibi plácita cúpiant, & totâ virtúte perfíciant; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Fuit máximus.

AD TERTIAM, *Ant.* Ipſum elégit.

Capitulum. *Heb.* 5. 1.

OMnis Póntifex ex homínibus aſſúmptus, pro homínibus conſtitúitur in iis quæ ſunt ad Deum, ut ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis.

℟. *breve*, Dedit illi Deus * Docére Jacob teſtimónia, ℟. Dedit. ℣. Et in lege ſua lucem dare Iſraël. * Docére. Glória. ℟. Dedit. Eccli. 45. 21.

℣. Hic erat edóctus viam Dómini, & fervens ſpíritu

loquebátur; ℟. Et docébat diligénter ea quæ ſunt Jeſu. *Act.* 18. 25.

Ad Sextam, *Ant.* Invéntus eſt.

Capitulum. *Eccli.* 45. 19.

Factum eſt illi in teſtaméntum ætérnum, & ſémini ejus ſicut dies cœli, fungi ſacerdótio, & habére laudem, & glorificáre pópulum ſuum in nómine ejus.

℟. *breve*, Obtulit holocaúſta * Super altáre; ℟. Obtulit. ℣. Odoratúſque eſt Dóminus odórem ſuavitátis. * Super. Glória. ℟. Obtulit. *Gen.* 8. 20. 21.

℣. Oblátio juſti impínguat altáre, ℟. Et odor ſuavitátis eſt in conſpéctu Altíſſimi. *Eccli.* 35. 8.

Ad Nonam, *Ant.* In pace.

Capitulum. *Eccli.* 45. 6.

Dedit illi Deus coram præcépta, & legem vitæ & diſciplínæ, docére Jacob teſtaméntum ſuum, & judícia ſua Iſraël.

℟. *breve*, Pavit eos * In innocéntia cordis ſui, ℟. Pavit. ℣. Et in intelléctibus mánuum ſuárum dedúxit eos. * In. Glória. ℟. Pavit. *Pſ.* 77. 72.

℣. Dedúxit eos in viam rectam, ℟. Ut irent in civitátem habitatiónis. *Pſ.* 106. 7.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* a.

Sacérdos magnus in vita ſua ſuffúlſit domum, & in diébus ſuis corroborávi[t] plum. *Eccli.* 50. 1.

Ant. 2. D. Curávit [...] ſuam, & liberávit ea[m] ditióne. *Eccli.* 50. 4.

Ant. 3. a. Abſtulit natiónes; & fecit om[...] víre Dómino Deo. [...] 34. 33.

Ant. 5. a. Zelánd[...] Dei, accépit teſtamén[...] cerdótii ætérni. 1. *Ma[...]*

Ant. 6. F. Effúlſit qu[...] effúlgens, & quaſi [...] ſólidum, ornátum om[...] de pretióſo. *Eccli.* 50. [...]

Capitulum. *Eccli.* 5[...]

Quaſi ſtella matu[...] médio nébulæ, [...] luna plena in diébus ſu[...] & quaſi ſol refúlgens, effúlſit in templo Dei.

In Duplicibus - ma[...]

℟. Ipſe eſt diréctus d[...] in pœniténtiam gentis [...]tulit abominatiónes i[...]tis: & † In diébus pecc[...] corroborávit pietátem [...] 49. 3. 4. ℣. Hic eſt qu[...] Eccléſia, qui accépi[...] vitæ dare nobis. *Act.* * Et tulit. Glória. † In

Hymnus, Chriſte Paſ[...] *ut in primis Veſperis.*

℣. Dedit illi Dóminu[...] méntum regni, ℟. Et glóriæ in Iſraël. *Eccli.* 4[...]

Ad Magníficat, *Ant.* Beatificávit illum Deus [...]ria, & índuit eum ſtola[...] riæ, & coronávit eum i[...] virtútis. *Eccli.* 45. 9.

MMUNE
M SS. PONTIFIC.
IMIS VESPERIS.
lmi de Feria.
hona. 1. toni. a.
bo vobis paſtóres
ıxta cor meum, &
aſcent vos ſciéntiâ,
â. Jer. 3. 15.
D. Pópulum meum
quid ſit inter ſan-
pollútum, & inter
& immúndum oſtén-
Ezech. 44. 23.
. g. Cùm fúerit con-
, ſtabunt in judíciis
judicábunt. Ezech.

E. Fácient ſuper al-
caúſta veſtra; & pla-
vobis. Ezech. 43. 27.
D. Nomen ſempi-
abo eis, quod non
olocaúſta eórum, &
órum placébunt mihi
ri meo. Iſai. 56. 5. 7.
m. Jer. 31. 14.
bo ánimam ſacerdó-
nguédine: & pópu-
bonis meis adimplé-

plicibus-majoribus,
ıbo ſuper eos Paſtó-
aſcent eos: non for-
: ultrà; & non pavé-
Et † Nullus quærétur
o. Jer. 23. 4. ℣. Oves
ı períbunt in ætér-
non rápiet eas quiſ-
nanu mea. Joan. 10.
llus. Glória, † Nullus.

Hymnus.

O Qui pro grégibus das ánimam tuis,
Alto consílio quàm bene próvidos
Caro ponis ovíli
Quos tu, Chriſte, vocas duces!

Hi juſto pópulos judício regunt,
Hi de fonte bibunt quem sítiunt Deum,
Et de Númine pleni,
In nos hi ſuperéffluunt.

Hi dum corda ſacris légibus ímbuunt,
Diſcúſſis ténebris ſtat fídei decus,
Seſe pandit apérta
Toto lúmine véritas.

Facti forma, Deo quem páriunt, gregis,
Quæ ſermóne docent, móribus éxprimunt;
Cùm mandant, amor urget,
Cùm damnant, amor árguit.

Nusquam lenta tenent ótia désides,
Noctes atque dies invígilant agro,
Subrépens inimícus
Ne zizánia ſéminet.

Quas erráre vident à grege dévias,
Cautè ſollíciti per juga móntium,
Per deſérta requírunt,
Et portant húmeris oves.

Laus, qui Pontífices conſtítuit, Patri;
Paſtórum cápiti laus quoque Fílio;

Qui pinguédine mentes
Ungis, laus tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Sacerdótes tui induántur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exúltent. *Pſ.* 131. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *f.* Super muros tuos Jeruſalem conſtítui cuſtódes; totâ die & totâ nocte in perpétuum non tacébunt. *Iſai.* 62. 6.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Complet. Ant.* 8. G. Vos eſtis lux mundi. Non accéndunt lucérnam, & ponunt eam ſub módio, ſed ſuper candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo ſunt. *Mat.* 5. 14. 15.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 4. f. Sic lúceat lux veſtra coram homínibus; ut vídeant ópera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. *Matt.* 5. 16.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Chriſtum dantem Paſtóres ad conſummatiónem ſanctórum, * Veníte, adorémus. *Eph.* 4. 12.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

Vos, ô Pontífices præsídium gregis,
Noſtrî tangit amor, ſollícitos tenet;
Olim quæ cor adúſſit,
Urget nunc quoque cáritas.
Christus frugífero vínea pálmite
Veſtris creſcit adhuc la-
bóribus;
Cœlo ſémina ſurgunt
Vobis nata ſatóribus
Vobis una fuit cura
gregis;
Vobis una quies, co
labor;
Vobis vívere, Chriſ
Vobis grande lucrum
In vos turpis opum
tuit fames:
Theſaúrus pótior pécto
verat;
Æris pródiga dextra
Sparſit quæ méteret
Qua duxére tuum Pa
gregem,
Quâ nos, Chriſte, præ
re fac viam:
Duc, ne lóngiùs er
Serva, ne péreant c
Laus, qui Pontífices
tuit, Patri;
Paſtórum cápiti laus
Fílio;
Qui pinguédine me
Ungis, laus tibi, S
Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTUR

Ant. 1. a. Sacerdót accédunt ad Dóminum ctificéntur. *Exod.* 19. 22

Ant. 2. D. Erunt D offeréntes ſacrifícia in j & placébit Dómino cium. *Malach.* 3. 3. 4.

Ant. 3. g. Cuſt præcépta mea, ut no jáceant peccáto, & tur in ſanctuário,

illud. *Levit.* 22. 9.
'acrificent ſacrificium
2. Et annúntient ópera
in exultatióne. *Pſ.*

es de Script. occurrente.
Lect. ℟. Sacerdótes
:unt Deo ſuo, & non
: nomen ejus : * In-
enim Dómini, & panes
offerunt, & ídeo ſancti
evit. 21. 6. ℣. Scrip-
: Sancti éritis, quó-
ɔ ſanctus ſum. 1. *Petr.*
Incénſum.
. *Lect.* ℟. In médio ſuî
íntes nomen meum,
ibunt Sanctum Jacob,
n Iſraël prædicábunt;
nt errántes ſpíritu in-
n. *Iſai.* 29. 23. 24.
:riptum in Prophétis:
omnes docíbiles Dei.
. 45. * Et ſcient.
. *Lect.* ℟. Beáti ſervi
os cùm vénerit Dó-
invénerit vigilántes:
ıget ſe, & fáciet illos
ere, & † Tránſiens
ɔit illis. *Luc.* 12. 37.
vigiláverint ad illum,
ıt benedictiónem. *Ec-*
8. * Præcínget. Gló-
'ánſiens.
I. NOCTURNO.
ɫ. *E.* Atténdite vobis,
:rſo gregi in quo vos
·ſanctus póſuit Epíſ-
'égere Eccléſiam Dei.
28.
. a. *Præcéptum ſempi-*
ſt, ut habeátis ſcién-
tiam diſcernéndi inter ſanctum & profánum, doceatíſque fílios Iſraël ómnia legítima mea. *Levit.* 10. 9. 10. 11.

Ant. 7. a. Si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos, qui ſpirituáles eſtis, hujúſmodi inſtrúite in ſpíritu lenitátis. *Gal.* 6. 1.

℣. Erudímini qui judicátis terram. ℟. Servíte Dómino in timóre, & exultáte ei cum tremóre. *Pſ.* 2. 10. 11.

Lectiones in Proprio SS.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Páſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providéntes non coácte, ſed ſpontáneè ſecúndùm Deum: neque turpis lucri grátiâ, ſed voluntárie: neque ut dominántes in cleris, ſed * Forma facti gregis ex ánimo. 1. *Petr.* 5. 2. 3. ℣. Vos qui eſtis príncipes familiárum Leviticárum, ſanctificámini cum frátribus veſtris. 1. *Par.* 15. 12. * Forma.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Quod juſtum eſt judicáte: nulla erit diſtántia perſonárum: * Ita parvum audiétis ut magnum; nec accipiétis cujúſquam perſónam, quia Dei judícium eſt. *Deut.* 1. 16. 17. ℣. Nolíte in perſonárum acceptióne habére fidem Dómini noſtri Jeſu Chriſti glóriæ. *Jac.* 2. 1. * Ita parvum.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Quóniam vos eſtis preſbyteri in pópulo Dei, & ex vobis pendet ánima illórum, * Ad elóquium veſtrum † Corda eórum erígite. *Judith* 8. 21. ℣. Corrípite in-

quiétos, conſolámini puſillánimes, ſuſcípite infirmos, patiéntes eſtóte ad omnes. 1. *Theſſ.* 5. 14. * Ad elóquium. Glória. † Corda.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Non dominámur fidei veſtræ, ſed adjutóres ſumus gaúdii veſtri. 2. *Cor.* 1. 23.

Ant. 1. f. Non noſmetípſos prædicámus, ſed Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum; nos autem ſervos veſtros per Jeſum. 2. *Cor.* 4. 5.

Ant. 6. F. Ille ánimam ſuam pro nobis póſuit: & nos debémus pro frátribus ánimas pónere. 1. *Joan.* 3. 16.

℣. Prædíximus quòd in córdibus noſtris eſtis, ℟. Ad commoriéndum & ad convivéndum. 2. *Cor.* 7. 3.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. *Lect.* ℟. Sic nos exíſtimet homo ut miníſtros Chriſti, & diſpenſatóres myſteriórum Dei,* Hìc jam quæritur inter diſpenſatóres, ut fidélis quis inveniátur. 1. *Cor.* 4. 1. 2. ℣. Multi hómines, miſericórdes vocántur: virum autem fidélem quis invéniet? *Prov.* 20. 6.* Hìc jam.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Némini dantes ullam offenſiónem, ut non vituperétur miniſtérium noſtrum, * In ómnibus exhibeámus nos ſicut Dei miníſtros, in multa patiéntia. 2. *Cor.* 6. 3. 4. ℣. Deus enim ſanctus, & fortis æmulátor eſt, nec ignóſcet ſceléribus atque peccátis. *Joſue* 24. 19. * In ómnibus.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Scitis quáliter unumquémque veſtrûm, ſicut pater filios ſuos, teſtificáti ſumus, ut ambularétis dignè Deo,* Qui vocávit vos in ſuum regnum & glóriam. 1. *Theſſ.* 2. 11. 12. ℣. Audíte ergo filii: Servíte Dómino in veritáte; & inquírite ut faciátis quæ plácita ſunt illi. *Tob.* 14. 10.* Qui vocávit. Glória. * Qui vocávit.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedícite Sacerdótes Dómini Dómino: ℟. Laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula. *Dan.* 3. 84.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* a.

DEus idóneos nos fecit miníſtros novi teſtaménti; non litterâ, ſed ſpíritu. 2. *Cor.* 3. 6.

Ant. 7. a. Habéntes adminiſtratiónem, juxta quod miſericórdiam conſecúti ſumus, non deficimus. 2. *Cor.* 4. 1.

Ant. 3. g. Os noſtrum patet ad vos, cor noſtrum dilatátum eſt: dilatámini & vos. 2. *Cor.* 6. 11. 13.

Ant. 5. a. Chriſtum nos annuntiámus, corripiéntes & docéntes in omni ſapiéntia, ut exhibeámus omnem hóminem perféctum in Chriſto Jeſu. *Coloſſ.* 1. 28.

Ant. 4. E. In ſimplicitáte cordis & ſinceritáte Dei & non

:ia carnáli, ſed in
ɜi, converſáti ſumus
nundo: abundántiùs
vos. 2. *Cor.* 1. 12.
tm. 1. *Theſſ.* 4. 1.
s, rogámus vos &
rámus in Dómino
quemádmodum acce-
)bis, quómodo opór-
ambuláre & placére
& ambulétis ut abun-
gìs.
us, O qui pro grégi-
rà in primis Veſperis.
gite lumen ſapiéntiæ,
es qui præéſtis pópu-
. 23.
enedíctus, *Ant.* 1. a.
)arúerit Princeps Pa-
percipiétis immarceſ-
glóriæ corónam. 1.
.

Oratio.

;, qui pópulis tuis
ılgéntiâ cónſulis, &
)mináris, quique illis
vicários caritátis tuæ
niníſtros; da quæſu-
ıtercedéntibus beátis
pontificibus, ſpíri-
éntiæ, quibus dediſti
diſciplínæ, ut de pro-
ıctárum óvium fiant
térna Paſtórum; Per.
)RAS, *Pſalmi de Feria.*
ıIMAM, *Ant.* Deus
;.
:ERTIAM, *Ant.* Ha-

lum. *Hebr.* 13. 17.
lite Præpóſitis veſtris,
bjacéte eis: ipſi enim
pervígilant, quaſi ratiónem
pro animábus veſtris redditú-
ri, ut cum gaúdio hoc fáciant,
& non geméntes; hoc enim
non éxpedit vobis.

℟. *breve*, Semper triúmphat nos Deus * In Chriſto Jeſu, ℟. Semper. ℣. Et odórem notítiæ ſuæ maniféſtat per nos. * In Chriſto. Glória. ℟. Semper. 2. *Cor.* 2. 14.

℣. Chriſti bonus odor ſúmus Deo, ℟. In iis qui ſálvi fiunt. 2. *Cor.* 2. 15.

AD SEXTAM, *Ant.* Os noſtrum.

Capitulum. 1. *Theſſ.* 2. 8.

DEſiderántes vos, cúpidè volebámus trádere vobis non ſolùm Evangélium Dei, ſed étiam ánimas noſtras; quóniam cariſſimi nobis facti eſtis.

℟. *breve*, Facti ſumus párvuli * In médio veſtrùm, ℟. Facti. ℣. Tanquam ſi nutrix fóveat fílios ſuos. * In médio. Glória. ℟. Facti. 1. *Theſſ.* 2. 7.

℣. Glória veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, ℟. In die Dómini noſtri Jeſu Chriſti. 2. *Cor.* 1. 14.

AD NONAM, *Ant.* In ſimplicitáte.

Capitulum. 1. *Theſſ.* 2. 4. 5. 6.

LOquimur, non quaſi homínibus placéntes, ſed Deo, qui probat corda noſtra: neque enim aliquándo fúimus in ſermóne adulatiónis, ſicut ſcitis; neque in occaſióne avarítiæ, Deus teſtis eſt; nec

quærentes ab homínibus glóriam.

℟. *breve*, Coram Deo, * In Chriſto lóquimur : ℟. Coram. ℣. Omnia autem cariſſimi propter ædificatiónem veſtram. * In Chriſto. Glória. ℟. Coram. 2. *Cor.* 12. 19.

℣. Lóquimur non in doctis humánæ ſapiéntiæ verbis, ℟. Sed in doctrína Spíritûs. 1. *Cor.* 2. 13.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* â.

LAudémus viros glorióſos, & paréntes noſtros ; hómines dívites in virtúte, pacificántes in dómibus ſuis. *Eccli.* 44. 1. 6.

Ant. 1. a. Illi viri miſericórdiæ ſunt, quorum pietátes non defuérunt; & glória eórum non derelinquétur. *Eccli.* 44. 10. 13.

Ant. 2. D. Habéntes librum legis Dómini, circuíbant cunctas urbes, atque erudiébant pópulum. 2 *Par.* 17. 9.

Ant. 8. G. Ad eórum eruditiónem omnis Iſraël ſanctificabátur Dómino. 2. *Par.* 35. 3.

Ant. 7. d. Glória eórum non derelinquétur, & nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem. *Eccl.* 44. 13. 14.

Capitulum. *Dan.* 12. 3.

QUi docti fúerint, fulgébunt quaſi ſplendor firmaménti ; & qui ad juſtítiam erúdiunt multos, quaſi ſtellæ in perpétuas æternitátes.

In Duplicibus - majoribus ;

℟. Imperántes in præſénti pópulo ſanctíſſima verba, in generatiónibus gentis ſuæ * Glóriam adépti ſunt ; & † Habéntur in laúdibus. *Eccli* 44. 4. 7. ℣. Operáti ſunt juſtítiam, adépti ſunt repromiſſiónes. *Hebr.* 11. 33.* Glóriam. Glória. † Habéntur.

Hymnus, Vos, ô Pontífices, *ſuprà in Officio Nocturno.*

℣. Sapiéntiam eórum narrent pópuli, ℟. Et laudem eórum núntiet Eccléſia. *Eccli.* 44. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Mementóte Præpoſitórum veſtrórum, qui vobis locúti ſunt verbum Dei : quorum intuéntes éxitum converſatiónis, imitámini fidem. *Hebr.* 13. 7.

COMMUNE SS. DOCTORUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 2. *toni.* D.

MElior eſt ſapiéntia cunctis pretioſíſſimis; & omne deſiderábile ei non poteſt comparári. *Prov.* 8. 11.

Ant. 4. E. Neſcit homo prétium ejus, nec invenítur in terra ſuáviter vivéntium. *Job* 28. 13.

Ant. 8. G. Abſcóndita eſt ab óculis ómnium vivéntium ſapiéntia, Deus intélligit viam ejus, & ipſe novit locum illíus. *Job* 28. 21. 23.

Qui vigiláverit
tiam, citò ſecú-
ıiam dignos ſe-
uærens, & in
e illis hiláriter.

Inítium ſapién-
eſt diſciplínæ
ı: ergo accípite
k próderit vobis.

Eccli. 15. 10.
ɔfécta eſt ſapién-
éntiæ enim Dei
& in ore fidéli
: dominátor da-

bus-majoribus,
dat ſapiéntiam
& ſciéntiam in-
liſciplínam:*Ipſe
ında & abſcón-
ıx cum eo eſt.
. ℣. Spíritus óm-
, étiam profúnda
. 10.* Ipſe. Gló-

Santol. Vict.
rpétuus nos mó-
loces,
Patris, Chriſte,
os
trias cùm rémeas
s;
n bene ſúppetis!
rigilant, ne quid
rum
fidei virgíneum
:
iter non pátitur
,
us íntegra.
lis.

INFAMES ábolent relliquias
deûm;
Erróres ábigunt, crímina dé-
docent;
Chriſto reſtítuunt, quos malè
crédulos
Mendax lúſerat hæreſis.
PATRUM canítiem, tot ve-
nerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet
fides:
Quæ ſunt priſca, docent; quæ
nova, ſúbruunt:
Servant depóſitum Dei.
SIT ſupréma tibi glória, Vé-
ritas,
Quæ per ſcripta Patrum quan-
do foris ſonas;
Nullo vocis egens, corda do-
ces, ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris Dómine, ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Pſ.* 93. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *C.* Beátus vir, qui excógitat vias ſapiéntiæ in corde ſuo, vadens poſt illam quaſi inveſtigátor: protegétur ſub tégmine illíus à fervóre, & in glória ejus requiéſcet. *Eccli.* 14. 23. 27.

Oratio infrà in Laudibus, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemnibus, ad Complet. Ant.* 1. *a.* Quod egréſſum eſt de lábiis meis, Dómine, rectum in conſpéctu tuo fuit. *Jer.* 17. 16.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. *a.* Habébo per ſapiéntiam im-

mortalitátem; & memóriam ætérnam his, qui poſt me futúri ſunt, relínquam. *Sap.* 8. 13.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Fontem ſapiéntiæ Verbum Dei in excélſis, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

JAM nunc, quæ númeras tot tibi víndices,
Effer ſidéreum Rellígio caput:
Quot ſunt mota tibi prælia, nóbiles
Tot nectis tibi laúreas.

CUM per mille neces impíetas furit,
Oppónis válido péctore mártyres;
Cùm per mille dolos décipit hæreſis,
Doctóres tibi ſúſcitas.

QUANDO ſparſa lues úndique críminum,
Hi gliſcens vítium prótinus ámputant:
Quando plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenum révehunt diem.

FIRMANT inſtábiles, & dúbios regunt;
Monſtrant tuta procul líttora naúfragis;
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.

QUÆ dixére tuis cónſona ſénſibus,
Noſtris illa, Deus, córdibus ímprimas;
Quos terris cólimus, quos ſéquimur duces,
Fac nos móribus áſſequi.

SIT ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando forìs ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sapiéntia non eſt multis maniféſta; quibus autem cógnita eſt, pérmanet uſque ad conſpéctum Dei. *Eccli.* 6. 23.

Ant. 4. E. Os prudéntis quæritur in eccléſia, & verba illíus cogitábunt in córdibus ſuis. *Eccli.* 21. 20.

Ant. 3. g. Sciéntia ſapiéntis tanquam inundátio abundábit; & consílium illíus ſicut fons vitæ pérmanet. *Eccli.* 21. 16.

℣. In médio eccléſiæ apériet os ejus, ℟. Et adimplébit illum ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctûs. *Eccli.* 15. 5.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Sápiens apériet os ſuum in oratióne; * Si enim Dóminus magnus volúerit, ſpíritu intelligéntiæ replébit illum. *Eccli.* 39. 7. 8. ℣. Si quis veſtrûm índiget ſapiéntiâ, póſtulet à Deo, qui dat ómnibus affluénter. *Jac.* 1. 5. * Si enim.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Ipſe tanquam

imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ. * Ipſe palàm fáciet diſciplínam doctrínæ ſuæ, & in lege teſtaménti Dómini gloriábitur. *Eccli.* 39. 9. 11. ℣. Multos filiórum Iſraël convértet ad Dóminum Deum ipſórum. *Luc.* 1. 16. * Ipſe.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Omnis ſcriba doctus in regno cœlórum, * Símilis eſt hómini patri-famílias, qui † Profert de theſáuro ſuo nova & vétera. *Matt.* 13. 52. ℣. In corde prudéntis requiéſcit ſapiéntia, & indóctos quoſque erúdiet. *Prov.* 14. 33.* Símilis. Glória. † Profert.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Appóne cor ad doctrínam meam; quæ pulcra erit tibi, cùm ſerváveris eam, & redundábit in lábiis tuis. *Prov.* 22. 17. 18.

Ant. 7. c. Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtítui te ut evéllas, & déſtruas, & diſpérdas, & ædífices, & plantes. *Jer.* 1. 9. 10.

Ant. 2. D. Depóſitum cuſtódi, devítans profánas vocum novitátes, & oppoſitiónes falſi nóminis ſciéntiæ. 1. *Tim.* 6. 20.

℣. Non véntiles te in omnem ventum, ℟. Et non eas in omnem viam. *Eccli.* 5. 11.

Lectiones in Proprio Sanctorū.

Poſt 4. *Lect.* ℟. A juventúte tua éxcipe doctrínam, & uſque ad canos invénies ſapiéntiam. *Quaſi is qui arat, & ſéminat, accéde ad eam, & ſúſtine bonos fructus illíus. *Eccli.* 6. 18. 19. ℣. Hæc meditáre: in his eſto, ut proféctus tuus maniféſtus ſit ómnibus. Atténde tibi & doctrínæ. 1. *Tim.* 4. 15. 16. * Quaſi is qui.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Altióra te ne quæſíeris, & fortióra te ne ſcrutátus fúeris: ſed * Quæ præcépit tibi Deus, illa cógita ſemper. *Eccli.* 3. 22. ℣. Stultas quæſtiónes, & contentiónes, & pugnas legis devíta; ſunt enim inútiles, & vanæ. *Tit.* 3. 9. * Quæ præcépit.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Dabo te in murum æreum, fortem: & * Bellábunt advérsùm te, & non prævalébunt. *Jer.* 15. 20. ℣. Erunt hómines ſupérbi, & voluptátum amatóres magis quàm Dei: hi reſíſtunt veritáti, corrúpti mente, réprobi circa fidem, ſed ultrà non profícient. 2. *Tim.* 3. 2. 4. 8. 9. * Bellábunt. Glória. * Bellábunt.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Propóſui ſapiéntiam addúcere mihi ad convivéndum; ſciens quóniam mecum communicábit de bonis. *Sap.* 8. 9.

Ant. 7. a. Quæſívi ſapiéntiam palàm in oratióne mea, & efflóruit tanquam præcox uva. *Eccli.* 51. 18. 19.

Ant. 1. a. Invénti ſunt ſermónes tui, Dómine, & comédi eos; & factum eſt mihi verbum tuum in lætítiam cordis mei. *Jer.* 15. 16.

℣. Scrutábor legem tuam, Dómine, ℟. Et cuſtódiam illam in toto corde meo. *Pſ.* 118. 34.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. Lect. ℟. Super ſalútem & ſpéciem diléxi ſapiéntiam, & * Propóſui pro luce habére illam: venéruntautem mihi ómnia boná páriter cum illa. *Sap.* 7. 10. 11. ℣. Quæ deſúrsùm eſt ſapiéntia, primùm quidem pudíca eſt, deínde pacífica, plena miſericórdiâ & frúctibus bonis. *Jac.* 3. 17. * Propóſui.

Poſt 8. Lect. ℟. Optávi, & datus eſt mihi ſenſus; & invocávi, & venit in me ſpíritus ſapiéntiæ: & præpóſui illam regnis & ſédibus, * Et divítias nihil eſſe duxi in comparatióne illíus. *Sap.* 7. 7. 8. ℣. Exíſtimo ómnia detriméntum eſſe, propter eminéntem ſciéntiam Jeſu Chriſti Dómini mei. *Philipp.* 3. 8. * Et divítias.

Poſt 9. Lect. ℟. Sapiéntia bonórum ómnium mater eſt; quam ſine fictióne dídici, & ſine invídia commúnico. * Infinítus enim theſaúrus eſt; quo qui uſi ſunt, † Partícipes facti ſunt amicítiæ Dei. *Sap.* 7. 12. 13. 14. ℣. Bonus homo de bono theſaúro cordis ſui profert bonum. *Luc.* 6. 45. * Infinítus. Glória. † Partícipes.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Sit nomen

Dómini benedíctum à
& uſque in ſéculum;
ſapiéntia & fortitúdo
Dan. 2. 20.

Pſalmi de Feri

Antiphona 1. *ton*

DOminus dedit
guam eruditam
ſuſtentáre eum, qui
verbo: ego autem
non ábii. *Iſai.* 50. 4.

Ant. 6. F. Sermo
in perſuaſibílibus hu
piéntiæ verbis, ſed
ſióne ſpíritûs, &
Cor. 2. 4.

Ant. 3. a. Auxíli
Dei ſto, teſtíficans
que majóri, nihil ex
quàm ea quæ proph
ſunt. *Act.* 26. 22.

Ant. 4. f. Non ju
ſcire áliquid inter
Jeſum Chriſtum, &
cifixum. 1. *Cor.* 2.

Ant. 5. a. Si nó
ſtéria ómnia, & om
tiam; caritátem aute
búero, nihil ſum. 1

Capitulum. *Sap.*

MIhi dedit De
ſenténtia, &
digna horum quæ
tur; quóniam ipſ
dux eſt, & ſapiént
dátor: in manu en
nos, & ſermónes
omnis ſapiéntia,
ſciéntia & diſciplí

Hymnus. *Sa*

VOs ſuccénſa
dida lúmin

hómines quo ſá-
Deum;
ánimo, móribus
i,
mur in álterum.
ellígio, tutáque
as;
neis fulget honó-
:
tus amat pándere
s
ſapiéntiæ.
ında fluit pura ca-
us;
t ager; munda
ſeges:
úeris, & ſólidum

citis cibum.
ımme Deus, qui
ilitant;
ſtábiles ædíficant
ıs,
ohors arma tenet
,
aſtruit álterâ.
ſtygias vos qui-
ıæreſes,
cípimus tela ſu-
tes;
ıus adhuc, nec
› éxitu,
quoque víncimus.
ıa tibi glória, Vé-
,
ipta Patrum quan-
ɔrìs ſonas,
egens, corda do-
, ſono,
ntibus ínſeris.
n.
untiávi juſtítiam

tuam in eccléſia magna: ℟. Ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu ſciſti. *Pſ.* 39. 10.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Tibi Deus confiteor, teque laudo; quia ſapiéntiam, & fortitúdinem dedíſti mihi. *Dan.* 2. 23.

Oratio.

Omnípotens ætérne Deus, qui Eccléſiæ tuæ fílios ſicut non ceſſas erudíre, ita non déſinis adjuváre; da fidélibus tuis, interceſſióne beáti N. quem eis ætérnæ ſalútis miníſtrum tribuíſti, ut te miſeránte, & ſciéntiam recta faciéndi, & poſſibilitátem cápiant exequéndi; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Deus, qui pópulo tuo beátum N. ætérnæ ſalútis miníſtrum tribuíſti; præſta ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, interceſſórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* Dóminus.

Ad Tertiam, *Ant.* Sermo meus.

Capitulum. 1. *Cor.* 12. 7. 8.

Unicuíque datur manifeſtátio Spíritûs ad utilitátem: álii quidem per Spíritum datur ſermo ſapiéntiæ; álii autem ſermo ſciéntiæ ſecúndùm eúndem Spíritum.

℟. *breve*, Sapiéntiam amávi, & exquiſívi * A juventúte mea, ℟. Sapiéntiam. ℣. Et

amátor factus ſum formæ illíus. * A juventúte mea. Glória. ℟. Sapiéntiam. *Sap.* 8. 2.

℣. Immortálitas eſt in cognatióne ſapiéntiæ, ℟. Et in amicítia illíus deléctátio bona. *Sap.* 8. 17. 18.

Ad Sextam, *Ant.* Auxílio.

Capitulum. 1. *Tim.* 6. 3. 4.

SI quis áliter docet, & non acquiéſcit ſanis ſermónibus Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecúndùm pietátem eſt, doctrínæ; ſupérbus eſt, nihil ſciens.

℟. *breve*, Viam veritátis elégi, * Judícia tua non ſum oblitus. ℟. Viam. ℣. Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine.* Judícia, Glória. ℟. Viam. *Pſ.* 118. 30. 31.

℣. Omnium ártifex dócuit me ſapiéntia; ℟. Eſt enim in illa ſpíritus intelligéntiæ ſanctus. *Sap.* 7. 21. 22.

Ad Nonam, *Ant.* Si nóverim.

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 5. 6. 7.

FInis præcépti eſt cáritas de corde puro, & conſciéntia bona, & fide non ficta: à quibus quidam aberrántes convérſi ſunt in vanilóquium, voléntes eſſe legis doctóres, non intelligéntes neque quæ loquúntur, neque de quibus affirmant.

℟. *breve*, Veritátem tuam * Et ſalutáre tuum dixi. ℟. Veritátem. ℣. Non abſcóndi miſericórdiam tuam, & veritátem tuam. * Et ſalutáre. Glória. ℟. Veritátem. *Pſ.* 39. 11.

℣. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui: ℟. In via teſtimoniórum tuórum deléctátus ſum. *Pſ.* 118. 13. 14.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* a.

FUit gratus Deo, & erudítus eſt omni ſapiéntiâ, & erat potens in verbis, & in opéribus ſuis. *Act.* 7. 20. 22.

Ant. 2. D. Poſtquam ſe ámpliùs dedit ad diligéntiam lectiónis legis, vóluit & ipſe ſcríbere, quæ ad doctrínam & ſapiéntiam pértinent. *Eccli. prolog.*

Ant. 3. a. Dócuit pópulum, quæsívit verba utília, & conſcrípſit ſermónes rectíſſimos, ac veritáte plenos. *Eccle.* 12. 9.

Ant. 4. d. Dedit illi ſapiéntia ſciéntiam ſanctórum; honeſtávit illum in labóribus. *Sap.* 10. 10.

Ant. 5. a. Collaudábunt multi ſapiéntiam ejus, & uſque in ſéculum non delébitur. *Eccli.* 39. 12.

Capitulum. Prov. 3. 13. 14. 15.

BEátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ: mélior eſt acquiſítio ejus negotiatióne argénti, & auri primi & puríſſimi fructus ejus: pretióſior eſt cunctis ópibus; & ómnia quæ deſiderántur, huic non valent comparári.

In Duplicibus - majoribus,

℟. Juxta manum Dei bonam

per ſe, * parávit cor ſuum,
inveſtigáret legem dómini,
fáceret, & docéret. 1. *Eſdr.*
9. 10. ℣. Qui fécerit, & do-
ierit, hic magnus vocábitur
regno cœlórum. *Matt.* 5. 19.
Parávit. Glória. * Parávit.
Hymnus, O, qui perpétuus,
in primis Veſperis.
℣. Sápiens in pópulo heredi-
bit honórem, ℟. Et nomen
ius erit vivens in ætérnum.
cli. 37. 29.
Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.*
on recédet memória ejus,
nomen ejus requirétur à
neratióne in generatiónem:
piéntiam ejus enarrábunt
ntes, & laudem ejus enun-
ibit ecclésia. *Eccli.* 39. 13. 14.

COMMUNE
S. PRESBYTERORUM.

In primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Antiphona. 2. *toni.* D.

Qui receſſérunt à me in
erróre filiórum Iſraël,
non appropinquábunt
me, ut ſacerdótio fungán-
r mihi. *Ezech.* 44. 10. 13.
Ant. 1. a. Qui cuſtodiérunt
remónias ſanctuárii mei,
ſi accédent ad me, ut miní-
ent mihi. *Ezech.* 44. 15.
Ant. 7. *d.* Stabunt in con-
ctu meo ut ófferant mihi
ipem; & cuſtódiant cære-
ónias meas. *Ezech.* 44. 15. 16.
Ant. 3. E. Vocabúntur for-
*juſtítiæ, plantátio Dómini
glorificándum: &* ædificá-
bunt deſérta, & ruínas antí-
quas érigent. *Iſai.* 61. 3. 4.
Ant. 5. a. Erunt Sacerdótes
Dei & Chriſti, & regnábunt
cum illo. *Apoc.* 20. 6.

Capitulum. *Num.* 8. 18. 19.

TUli Levítas pro cunctis
primogénitis filiórum Iſ-
raël; tradidíque eos dono Aá-
ron & filiis ejus de médio
pópuli, ut ſérviant mihi pro
Iſraël in tabernáculo fœderis,
& orent pro eis.

In Duplicibus majoribus,
℟. Notum fáciet Dóminus
qui ad ſe pertíneant, & ſanctos
applicábit ſibi; * Et † Quos
elégerit appropinquábunt ei.
Num. 16. 5. ℣. Hi probéntur
primùm: & ſic miníſtrent,
nullum crimen habéntes. 1.
Tim. 3. 10. * Et quos. Glória.
† Quos.

Hymnus.

JAm ſatìs fluxit cruor ho-
ſtiárum,
Príſtinæ ceſſent holocaúſta
legis,
Chriſte, quos formas, me-
lióra libant
Sacra miníſtri.

Elicit flammas Elias áb
alto,
Myſta nunc major jubet, &
poténti
Obſequens verbo Deus aſtat
aris,
Hóſtia factus.

Pingue libámen, novus &
ſacérdos
Orbe jam toto Deus immo-
látur,

c

Se manu noſtrâ litat incruénto
Fúnere Chriſtus.

Tale nil priſcis Pátribus tribútum,
Angelis nuſquam data par potéſtas,
Se manu noſtrâ Deus ipſe cunctis
Præbet in eſcam.

Christe, fac ſemper tua ſacra puro
Corde tractémus, manibúſque puris,
Cáritas aptos tua nos treméndis
Applicet aris.

Luminis ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui ſacerdótes per amóris almi
Flamen inúngis. Amen.

℣. Sacerdótes Sion índuam ſalutári; ℟. Et ſancti ejus exultatióne exultábunt. *Pſ.* 131. 16.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Sanctificábor in iis qui appropínquant mihi, & in conſpéctu omnis pópuli glorificábor. *Levit.* 10. 3.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 7. a. Qui ſtatis in domo Dómini, in nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, & benedícite Dóminum. *Pſ.* 133. 1. 2.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a.

Miniſtráte Dómino Deo
ſtro, & pópulo ejus. 2
35. 3.]

AD OFFICI
Nocturnu

Invitatorium, Sace
in ætérnum, Jeſum Cl
* Veníte adorémus,

Pſalmus, Veníte,

Hymnus, Jam ſat
primis Veſperis.

Pſalmi de Feria.

In I. Noctu

Ant. 1. a. Locút
minus ad Moyſen
Levi conſtítue ſupe
culum teſtimónii, &
ad cæremónias pért
1. 48. 49. 50

Ant. 2. D. Viro
noſti quòd ſenes
ac magiſtri, duces
tabernáculi; & a
ſpíritu tuo, tradám
ſuſténtent tecum o
Num. 11. 16. 17.

Ant. 3. g. Cunct
ſecrábis manus, ſa
que illos; ut ſacer
gántur mihi. *Exod.*

℣. Qui habúerit
non ófferet panes
℟. Nec accédet a
rium ejus. *Levit.* 2

*Lectiones de Scrip
rente.*

Poſt 1. *Lect.* ℟. S
vitas in conſpéctu
conſecrábis oblátos
ac * Separábis de m
rum Iſraël, ut ſint
8. 13. 14. ℣. De

ego non ſum de
. 17. 16.* Sepa-

. ℟. Non erit eis
ʒo heréditas eó-
oſſéſſio eórum :
›ro peccáto ipſi
: omne votum in
ı erit. *Ezech.* 44.
ıi in ſacrário ope-
de ſacrário ſunt,
altári deſérviunt,
ırticipant. 1. *Cor.*
mam.
›*ct.* ℟. Qui bene
ſbyteri , dúplici
habeántur ; má-
›órant in verbo,
Dicit enim Scrip-
ıus eſt operárius
1. *Tim.* 5. 17. 18.
a Sacerdótes : da
ſicut mandátum
imitiárum. *Eccli.*
it. Glória. † Di-

[N]OCTURNO.
Audíte Levítæ :
ıi , mundáte do-
ıi Dei, & auférte
ıundítiam de ſan-
ar. 29. 5.
Pollútum nolíte
ndámini qui fertis
. *Iſai.* 52. 11.
. Portábitis ini-
ıctuárii, & ſuſti-
áta ſacerdótii ve-
ſtrábitis in taber-
nónii. *Num.* 18.

:áte ſacrificium

juſtítiæ, ℟. Et ſperáte in Dómino. *Pſ.* 4. 6.

Lectiones in Proprio Sanctorũ.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Nolíte neglígere, * Vos elégit Dóminus ut ſtetis coram eo, & miniſtrétis illi. 2. *Par.* 29. 11. ℣. Superædificámini domus ſpirituális, ſacerdótium ſanctum, offérre ſpirituáles hóſtias, acceptábiles Deo. 1. *Petr.* 2. 5. * Vos elégit.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Miniſtráte in ſanctuário, & ſanctificáti immoláte : * Fratres étiam veſtros, ut poſſint juxta verba quæ locútus eſt Dóminus fácere, præparáte. 2. *Par.* 35. 5. 6. ℣. Dignè Evangélio Chriſti converſámini, collaborántes fídei Evangélii. *Philipp.* 1. 27. * Fratres.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Succíncti lumbos mentis veſtræ, ſecúndùm eum, qui vocávit vos, Sanctum ; * Et ipſi † In omni converſatióne ſancti ſitis. 1. *Petr.* 1. 13. 15. ℣. Ego ſum Dóminus ; Sancti éritis, quia ego ſanctus ſum. *Levit.* 11. 45. * Et ipſi. Glória. † In omni.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Erit hoc vobis legítimum ſempitérnum, ut orétis pro fíliis Iſraël, & pro cunctis peccátis eórum. *Levit.* 16. 34.

Ant. 8. c. Date Dómino glóriam, leváte ſacrifícium, & veníte in conſpéctu ejus ; & adoráte Dóminum in decóre ſancto. 1. *Par.* 16.

Ant. 6. F. Cæremónias, & judícia, & mandátum cuſtodíte: & pactum quod percúſſit vobíſcum Deus, nolíte oblivíſci. 4. *Reg.* 17. 37. 38.

℣. Confortámini, & ágite diligénter; ℟. Et erit Dóminus vobíſcum in bonis. 2. *Par.* 19. 11.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. *Lect.* ℟. Vidéte quid faciátis; non enim hóminis exercétis judícium, ſed Dómini: & * Quodcúnque judicavéritis, in vos redundábit. Sit timor Dómini vobíſcum, & cum diligéntia cuncta fácite. 2. *Par.* 19. 6. 7. ℣. Nolíte judicáre ſecúndùm fáciem, ſed juſtum judícium judicáte. *Joan.* 7. 24. * Quodcúnque.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Ubicúnque quæſtio eſt de lege, de mandáto, de cæremóniis, de juſtificatiónibus; oſténdite eis, ut non peccent, & ne véniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros: * Sic agéntes non peccábitis. 2. *Paral.* 19. 10. ℣. Eſtóte prudéntes; unuſquíſque, ſicut accépit grátiam, in altérutrum illam adminiſtrántes, ſicut boni diſpenſatóres multifórmis grátiæ Dei. 1. *Petr.* 4. 7. 10. * Sic agéntes.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Vos genus eléctum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis; * Ut virtútes annuntiétis ejus, † Qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen ſuum. 1. *Petr.* 2. 9. cuſtodiéritis pactum m éritis mihi in péculium regnum ſacerdotále, & ſancta. *Exod.* 19. 5. 6 virtútes. Glória. † Qui nebris.

AD LAUD
MATUTINA

℣. *Sacerdotalis*, Aáron benedícite D ℟. Domus Levi be Dómino. *Pſ.* 134. 19

Pſalmi de Feri

Antiphona 8. *ton*

O Homo Dei, ſect tiam, pietátem caritátem, patiéntia ſuetúdinem. 1. *Tim.*

Ant. 8. G. Conf grátia quæ eſt in Chri nemo mílitans Deo ſe negótiis ſeculárib pláceat, cui ſe pro *Tim.* 2. 1. 4.

Ant. 5. a. Atténde exhortatióni, & d noli neglígere grátia te eſt, quæ data eſt impoſitióne mánuum térii. 1. *Tim.* 4. 13. 1

Ant. 4. E. Servum non opórtet litigáre; ſuétum eſſe ad omn modéſtia corripiéntes reſiſtunt veritáti. 2. T

Ant. 5. a. Beátus il quem cùm vénerit ejus, invénerit ſic fa amen dico vobis, ſuper ómnia bona ſ tuet eum. *Matt.* 2

itulum. *Tit.* 2. 7. 8.
ómnibus teípſum præbe
émplum bonórum ópe-
, in doctrína, in integri-
, in gravitáte, verbum
m, irreprehensíbile; ut
i ex advérſo eſt, vereátur,
habens malum dícere de
s.

Hymnus.

Sacerdótum veneránda
jura!
vices Chriſti téneant, ſa-
lútis
tri claudunt reſerántque
nobis
ıtria cœli.

NE pendéntes ſcelus in
ſtatéra,
ı reum ſolvunt, Deus
ipſe ſolvit,
ı ligant ſontem, Deus
ipſe ſontis
íncula nectit.

AM manus morbis ádhi-
bent perítas!
ı ſecant, ſemper pia dex-
tra cædit;
ı fovent, ſemper pia lenit
ungens
úlnera dextra.

RBA dum promunt, pó-
pulus fidélis
pit vocem, cúpidus do-
céri;
ıpe divínæ ſacra verba
legis
Mente recóndunt.

UENS prompti cohibére
fulmen,
*t ab advérſo, Dominúm-
que placant,*
Víndices in nos quóties ab
alto
Dépluit iras.

DUM Sacerdótes tua ſacra
tractant,
Chriſte, fac ſacris quibus ap-
plicáſti,
Cónſonent mores, populíque
fiat
Forma Sacérdos.

LUMINIS ſplendor Patris
una proles,
Chriſte, te pronus venerétur
orbis,
Qui Sacerdótes per amóris
almi
Flamen inúngis. Amen.

℣. Immola Deo ſacrificium laudis, ℟. Et redde Altíſſimo vota tua. *Pſ.* 49. 14.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Euge ſerve bone, & fidélis, quia ſuper pauca fuíſti fidélis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaúdium Dómini tui. *Matt.* 25. 21.

Oratio.

DOmine, Deus omnípotens, qui fámulum tuum N. ut ſacerdótio tibi fungerétur, à pópulo ſegregáſti; præſta quæſumus, ut ejus exémpla ſectántes, genus eléctum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis éffici mereámur; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* O homo Dei.

AD TERTIAM, *Ant.* Confortáre.

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 12.

GRátias ago ei qui me confortávit, Chriſto Jeſu Dómino noſtro, quia fidélem me exiſtimávit, ponens in miniſtério.

℟. *breve*, Voluntáriè * Sacrificábo tibi; ℟. Voluntáriè. ℣. Et confitébor nómini tuo Dómine. * Sacrificábo. Glória. ℟. Voluntáriè. *Pſ.* 53. 8.

℣. Circúndabo altáre tuum Dómine, ℟. Ut aúdiam vocem laudis, & enárrem univérſa mirabília tua. *Pſ.* 25. 6. 7.

Ad Sextam, *Ant.* Atténde.

Capitulum. 1. *Petr.* 4. 11.

SI quis lóquitur, quaſi ſermónes Dei: ſi quis miníſtrat, tanquam ex virtúte quam adminiſtrat Deus; ut in ómnibus honorificétur Deus per Jeſum Chriſtum.

℟. *breve*, Ego ſicut olíva fructífera * In domo Dei; ℟. Ego. ℣. Sperávi in miſericórdia Dei in ætérnum. * In domo. Glória. ℟. Ego. *Pſ.* 51. 10.

℣. Immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis: ℟. Cantábo, & pſalmum dicam Dómino. *Pſ.* 26. 6.

Ad Nonam, *Ant.* Beátus.

Capitulum. 1. *Tim.* 3. 13.

QUi bene miniſtráverint, gradum bonum ſibi acquírent, & multam fidúciam in fide quæ eſt in Chriſto Jeſu.

℟. *breve*, Dómine diléxi *Decórem domûs tuæ, ℟. Dómine. ℣. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. * Decórem. Glória. ℟. Dómine. *Pſ.* 25. 8.

℣. Tabéſcere me fecit zelus meus; ℟. Quia oblíti ſunt verba tua inimíci mei. *Pſ.* 118. 139.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* a.

NAtus eſt homo, firmaméntum gentis, rector fratrum, ſtabiliméntum pópuli. *Eccli.* 49. 17.

Ant. 2. D. Fuit Dóminus cum eo; & gubernábat créditam ſibi domum, & univérſa quæ ei trádita fúerant. *Gen.* 39. 2. 4.

Ant. 3. a. Confirmávit omnes húmiles pópuli ſui, & legem exquisívit, & ábſtulit omnem iníquum & malum: Sancta glorificávit. 1. *Mach.* 14. 14. 15.

Ant. 4. d. Quaſi cypréſſus in altitúdinem ſe extóllens, in aſcénſu altáris ſancti, glóriam dedit ſanctitátis amíctum. *Eccli.* 50. 11. 12.

Ant. 7. a. Invocávit Dóminum omnipoténtem, in oppugnándo hoſtes circunſtántes úndique, in oblatióne Agni invioláti. *Eccli.* 46. 19.

Capitulum. 2. *Par.* 31. 20. 21.

OPerátus eſt bonum & rectum, & verum coram Dómino Deo ſuo in univérſa cultúra miniſtérii domûs Dómini, juxta legem & cæremónias, volens requírere Deum ſuum in toto corde ſuo: fecítque, & proſperátus eſt.

2 Duplicibus - majoribus , ›btulit holocaúſtum Dó-o ; & * Clamávit ad Dó-um pro Iſraël , & † Exau-t eum Dóminus. 1. *Reg.* 7. ℣. Plúrimam hóſtiam óbtu-Deo ; per quam teſtimó-m conſecútus eſt eſſe ju-, teſtimónium perhibénte néribus ejus Deo. *Hebr.* 11. 4. amávit. Glória. † Exaudívit. *Hymnus* , O Sacerdótum , *à in Laudibus.*

℣. Effúdit in fundaménto ris odórem divínum. ℟. Ex-o Príncipi. *Eccli.* 50. 17.

Ad Magníficat , *Ant.* 3. E. nſummatióne fungens in , amplificáre oblatiónem élſi Regis porréxit manum n in libatióne , & libávit ſánguine uvæ. *Eccli.* 50. 16.

OMMUNE
S. CLERICORUM.

Omnia dicuntur ut infrà in cio SS. Laïcorum , exceptis hìc notantur.

IN PRIMIS VESPERIS.

℣. Fílii Levi erunt ſub manu ›rum Aáron ℟. In cultum nûs Dómini. 1. *Par.* 23. 28.

Ad Magníficat , *Ant.* 8. G.* nt in veſtíbulis , & in ſan-ario , & in univérſis opéri-miniſtérii templi Dómini. *Par.* 23. 28.

Oratio ut in Laudibus.

AD LAUDES
MATUTINAS.

Post Hymnum, ℣. Dómini eſt aſſúmptio noſtra ; ℟. Et ſancti Iſraël , regis noſtri. *Pſ.* 88. 19.

Ad Benedíctus , *Ant.* 2. D.* Multi unum corpus ſumus in Chriſto : ſínguli autem alter altérius membra ; habéntes donatiónes , ſecúndùm grátiam quæ data eſt nobis, differéntes. *Rom.* 12. 5. 6.

Oratio.

Adéſto Dómine , ſupplicatiónibus noſtris , quas in beáti N. (diáconi) feſtivitáte deférimus ; ut qui noſtræ juſtítiæ fidúciam non habémus , ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur ; Per.

AD VESPERAS.

Poſt-Hymnum , ℣. Funes cecidérunt mihi in præcláris ; ℟. Etenim heréditas mea præclára eſt mihi. *Pſ.* 15. 6.

Ad Magníficat , *Ant.* 8. G.* Dóminus pars hereditátis meæ , & cálicis mei : tu es qui reſtítues hereditátem meam mihi. *Pſ.* 15. 5.

COMMUNE
SS. ABBATUM.

Omnia dicuntur ut infrà in Officio SS. Monachorum , exceptis quæ hìc notantur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Poſt Hymnum , ℣. Sedébit pópulus meus in pulcritúdine pacis , ℟. Et in tabernáculis fidúciæ , & in réquie opulénta. *Iſai.* 32. 18.

Ad Magníficat , *Ant.* 8. G.* Egrédere de cognatióne tua

& de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrábo tibi; faciámque te in gentem magnam, & benedícam tibi. *Gen.* 12. 1. 2.

Oratio ut in Laudibus.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. Habitábit in ſolitúdine judícium, ℟. Et juſtítia in Charmel ſedébit. *Iſai.* 32. 16.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Fugit ipſe, & filii ejus in montes, & reliquérunt quæcúnque habébant in civitáte. Tunc deſcendérunt multi quæréntes judícium & juſtítiam, in deſértum: & ſedérunt ibi. 1. *Mach.* 2. 28. 29. 30.

Oratio.

DEus, cujus múnere beátus N. abbas, ut Chriſtum Fílium tuum alácriùs ſequerétur, ómnia relíquit; da cunctis ſémitam mandatórum tuórum ingréſſis, ut nec retro reſpíciant, nec in via hæreant; ſed ad te ſine offenſióne curréntes, vitam ætérnam ad quam vocáti ſunt, apprehéndant; Per eúndē.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Venérunt ad eum in hoſpítium plúrimi, ℟. Quibus exponébat teſtíficans regnum Dei. *Act.* 28. 23.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Secéſſerat in déſertum locum, ibíque inter feras vitam in móntibus cum ſuis agébat, ne partícipes eſſent coinquinatiónis. 2. *Mach.* 5. 27.

COMMUN
SS. MONACHORU
Cœnobitarum, & Anach tarum.

IN PRIMIS VESPE

Pſalmi de Feria.

Antiphona 7. *toni.*

QUi non renúntia nibus quæ póſſ non poteſt meu diſcípulus. *Luc.* 14. 33.

Ant. 4. E. Omne qu in mundo, concupiſcénti nis eſt, & concupiſcénti lórum, & ſupérbia vitæ non eſt ex Patre, ſed ex do. 1. *Joan.* 2. 16.

Ant. 1. â. Si quis mundum, non eſt cárit tris in eo. 1. *Joan.* 2. 1

Ant. 3. E. Amicítia mundi inimíca eſt Dei cúnque ergo volúerit eſſe ſéculi hujus, in Dei conſtitúitur. *Jac.*

Ant. 5. a. Mundus tr concupiſcéntia ejus; qu facit voluntátem Dei, in ætérnum. 1. *Joan.*

Capitulum. *Iſai.* 35

LÆtábitur deſérta & & exultábit ſolitú florébit quaſi lílium: nans germinábit, & e lætabúnda & laudans.

In Duplicibus - maj

℟. Si vis perféctus eſſe vende quæ habes, & péribus, & habébis the in cœlo: &* Veni, * me. *Matt.* 19. 21.

ɔ protéctor tuus
:rces tua magna
15. 1. * Veni.
quere.

Santol. Vict.

; némorum pángi-
ncolas,
lio quos Deus áb-
,
ɩgio ſecli
deret íntegros.
ideant, quem sí-
Deum,
ıa, ſuos, ſe quo-
éſerunt:
uit orbis,
léſtia cógitant.
ıma fuit glória,
:i;
, paupériem pati;
na volúptas,
pplício mori.
ùmme Deus, quæ
.ur mala,
ſcélerum ferre li-
ìs;
re relíctâ,
lia quærere.
s ſit honos ingé-
ʾatri;
enæ glória Fílio;
us amóris,
ıpar tibi, Spíritus.
.
éſcent ſpecióſa de-
exultatióne colles
. *Pſ.* 64. 13.
ıíficat, *Ant.* 3. a.
ınet deſértum Sion
ıs, & ſolitúdinem
hortum Dómini.
lætítia inveniétur

in ea, gratiárum áctio & vox laudis. *Iſai.* 51. 3.

Oratio infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemn. ad Completorium, Ant.* 2. D. Qui hábitant in deſérto, ſecúri dórmient in ſáltibus; & ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem. *Ezech.* 34. 25. 26.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. C. Erit opus juſtítiæ pax, & cultus juſtítiæ ſiléntium, & ſecúritas uſque in ſempitérnum. *Iſai.* 32. 17.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Remuneratórem inquiréntium ſe Deum, *Veníte, adorémus. *Hebr.* 11. 6.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Felíces, *ut in primis Veſperis.*

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Nolíte conformári huic ſéculo, ſed reformámini in novitáte ſenſûs veſtri; ut probétis quæ ſit volúntas Dei bona, & benéplacens, & perfécta. *Rom.* 12. 2.

Ant. 7. a. Véndite quæ poſſidétis, & date eleemóſynam: fácite vobis theſaúrum non deficiéntem in cœlis. *Luc.* 12. 33.

Ant. 8. G. Nolíte quærere quid manducétis, aut quid bibátis: quærite primùm regnum Dei, & juſtítiam ejus; & hæc ómnia adjiciéntur vobis. *Luc.* 12. 29. 31.

& de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrábo tibi; faciámque te in gentem magnam, & benedícam tibi. *Gen.* 12. 1. 2.

Oratio ut in Laudibus.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. Habitábit in ſolitúdine judícium, ℟. Et juſtítia in Charmel ſedébit. *Iſai.* 32. 16.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Fugit ipſe, & filii ejus in montes, & reliquérunt quæcúnque habébant in civitáte. Tunc deſcendérunt multi quæréntes judícium & juſtítiam, in deſértum: & ſedérunt ibi. 1. *Mach.* 2. 28. 29. 30.

Oratio.

DEus, cujus múnere beátus N. abbas, ut Chriſtum Fílium tuum alácriùs ſequeréttur, ómnia relíquit; da cunctis ſémitam mandatórum tuórum ingréſſis, ut nec retro reſpíciant, nec in via hæreant; ſed ad te ſine offenſióne curréntes, vitam ætérnam ad quam vocáti ſunt, apprehéndant; Per eúndẽ.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Venérunt ad eum in hoſpítium plúrimi, ℟. Quibus exponébat teſtíficans regnum Dei. *Act.* 28. 23.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Secéſſerat in déſertum locum, ibíque inter feras vitam in móntibus cum ſuis agébat, ne partícipes eſſent coinquinatiónis. 2. *Mach.* 5. 27.

COMMUNE SS. MONACHORUM, Cœnobitarum, & Anachoretarum.

IN PRIMIS VESPERIS

Pſalmi de Feria.

Antiphona 7. *toni. d.*

QUi non renúntiat ómnibus quæ póſſidet, non poteſt meus eſſe diſcípulus. *Luc.* 14. 33.

Ant. 4. E. Omne quod eſt in mundo, concupiſcéntia carnis eſt, & concupiſcéntia oculórum, & ſupérbia vitæ; quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo. 1. *Joan.* 2. 16.

Ant. 1. â. Si quis díligit mundum, non eſt cáritas Patris in eo. 1. *Joan.* 2. 15.

Ant. 3. E. Amicítia hujus mundi inimíca eſt Dei; quicúnque ergo volúerit amícus eſſe ſéculi hujus, inimícus Dei conſtitúitur. *Jac.* 4. 4.

Ant. 5. a. Mundus tranſit, & concupiſcéntia ejus; qui autem facit voluntátem Dei, manet in ætérnum. 1. *Joan.* 2. 17.

Capitulum. *Iſai.* 35. 1. 2.

LÆtábitur deſérta & ínvia, & exultábit ſolitúdo, & florébit quaſi lílium: gérminans germinábit, & exultábit lætabúnda & laudans.

In Duplicibus-majoribus, ℟. Si vis perféctus eſſe, vade, vende quæ habes, & da paupéribus, & habébis theſaúrum in cœlo: &* Veni, † Séquere me. Matt. 19. 21. ℣. Nolì

. 8. c. Poſſeſſiónes &
tias vendébant, & di-
nt illa ómnibus, prout
opus erat. *Act.* 2. 45.
2. D. Plorábant, &
ant, & orábant in con-
Dómini. *Baruch* 1. 5.
Humiliavérunt ánimas
. In jejúniis, & oratió-
Judith 4. 8.
ngelium & Homilia ut
rio Sanctorum.
7. *Lect.* ℞. Sapiéntia
ópera eórum: * Iter
it per deſérta quæ non
ántur; & in locis de-
xérunt caſas. *Sap.* 11.
. Circuiérunt in pélli-
rínis; egéntes, angu-
afflícti; quibus dignus
at mundus: in ſolitudí-
errántes, & in cavérnis
Hebr. 11. 37. 38.* Iter.
8. *Lect.* ℞. Multitúdinis
r unum, & ánima una;
uiſquam áliquid ſuum
icébat, ſed * Erant illis
commúnia. *Act.* 4. 32.
ce quàm bonum, &
jucúndum, habitáre fra-
unum! *Pſ.* 132. 1.
it.
9. *Lect.* ℞. Perdúxit eos
anquam gregem in de-
Et dedúxit eos in ſpe,
timuérunt; * Et † In-
os in montem ſanctifi-
is ſuæ. *Pſ.* 77. 52. 53.
Confiténtes quia pere-
& hóſpites ſunt ſuper
, *pátriam meliórem*
nt, id eſt, cœléſtem:
Hiemalis:

ídeo Deus parávit illis civitá-
tem. *Hebr.* 11. 13. 14. 16.* Et
indúxit. Glória. † Indúxit.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedícite
ſancti, & húmiles corde Dó-
mino: ℞. Laudáte & ſuper-
exaltáte eum in ſǽcula. *Dan.*
3. 87.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 2. *toni.* D.

ELégi abjéctus eſſe in do-
mo Dei mei, magis quàm
habitáre in tabernáculis pec-
catórum. *Pſ.* 83. 11.

Ant. 5. a. Ecce elongávi fú-
giens, & manſi in ſolitúdine:
Expectábam eum qui ſalvum
me fecit à puſillanimitáte ſpí-
ritûs, & tempeſtáte. *Pſ.* 54.
8. 9.

Ant. 3. E. Abſcóndit me
Dóminus in tabernáculo ſuo:
in die malórum protéxit me
in abſcóndito tabernáculi ſui.
Pſ. 26. 5.

Ant. 4. E. Anticipavérunt
vigílias óculi mei; cogitávi
dies antíquos, & annos ætér-
nos in mente hábui. Et medi-
tátus ſum nocte cum corde
meo. *Pſ.* 76. 5. 6. 7.

Ant. 3. c. Exui me ſtolâ
pacis, índui autem me ſacco
obſecratiónis; & venit mihi
gaúdium à Sancto. *Baruch* 4.
20. 22.

Capitulum. *Iſai.* 26. 8. 9.

NOmen tuum, & memo-
riále tuum, Dómine; in
deſidério ánimæ. Anima mea
&

℣. Non eſt inópia timéntibus Dóminum. ℟. Dívites eguérunt, & eſuriérunt. *Pſ.* 33. 9. 10.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Fúgite de médio Babylónis, & * Salvet unuſquíſque ánimam ſuam, quóniam tempus ultiónis eſt à Dómino. *Jer.* 51. 6. ℣. Exíte de illa pópulus meus, ut ne partícipes ſitis delictórum ejus, & de plagis ejus non accipiátis. *Apoc.* 18. 4. * Salvet.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Recédite, recédite, exíte inde; quóniam non in tumúltu exíbitis;* Præcédet enim vos Dóminus, & congregábit vos Deus Iſraël. *Iſai.* 52. 11. 12. ℣. Exíte de médio eórum, & ſeparámini. 2. *Cor.* 6. 17. * Præcédet.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Mórtui eſtis, & vita veſtra eſt abſcóndita cum Chriſto in Deo. * Cùm Chriſtus apparúerit, vita veſtra; tunc & vos † Apparébitis cum ipſo in glória. *Coloſſ.* 3. 3. 4. ℣. Cuſtodíte ergo verba pacti hujus, & impléte ea. *Deut.* 29. 9. * Cùm Chriſtus. Glória. † Apparébitis.

In II. Nocturno.

Ant. 3. g. Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te. *Matt.* 19. 27.

Ant. 7. c. Et eſurímus, & ſitímus, & nudi ſumus, & laborámus operántes mánibus noſtris. 1. *Cor.* 4. 11. 12.

Ant. 2. D. Non deficimus: ſed licèt is, qui foris eſt, noſter homo corrumpátur; tamen is, qui intus eſt, renovátur de die in diem. 2. *Cor.* 4. 16.

℣. Spectáculum facti ſumus mundo, ℟. Et Angelis, & homínibus. 1. *Cor.* 4. 9.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Exeámus ad Jeſum extra caſtra, impropérium ejus portántes; * Non enim habémus hìc manéntem civitátem, ſed futúram inquírimus. *Hebr.* 13. 13. 14. ℣. Peregríni ſumus coram te, Deus: dies noſtri quaſi umbra ſuper terram. 1. *Par.* 29. 15. * Non enim.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Teneámus ſpei noſtræ confeſſiónem indeclinábilem; * (Fidélis enim eſt qui repromíſit) & conſiderémus ínvicem in provocatiónem caritátis, & bonórum óperum. *Hebr.* 10. 23. 24. ℣. Ipſe eſt Deus fidélis, cuſtódiens pactum & miſericórdiam diligéntibus ſe, & his qui cuſtódiunt præcépta ejus. *Deut.* 7. 9. * Fidélis.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Benedíctus Deus qui * Elégit nos ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpéctu ejus in caritáte. *Epheſ.* 1. 3. 4. ℣. Dóminus Deus noſter pépigit nobíſcum fœdus. *Deut.* 5. 2. * Elégit. Glória. * Elégit.

In III. Nocturno.

Ant. 4. E. Hi omnes erant perſeverántes unánimiter in oratióne. *Act.* 1. 14.

Ant.

8. c. Poſſeſſiónes &
ias vendébant, & di-
t illa ómnibus, prout
opus erat. *Act.* 2. 45.
2. D. Plorábant, &
ant, & orábant in con-
Dómini. *Baruch* 1. 5.
Iumiliavérunt ánimas
In jejúniis, & oratió-
Judith 4. 8.
gelium & Homilia ut
rio Sanctorum.
7. *Lect.* ℟. Sapiéntia
ópera eórum : * Iter
t per deſérta quæ non
ántur ; & in locis de-
érunt caſas. *Sap.* 11.
Circuiérunt in pélli-
rinis ; egéntes, angu-
fflícti ; quibus dignus
t mundus : in ſolitudí-
rrántes, & in cavérnis
Hebr. 11. 37. 38.* Iter.
8. *Lect.* ℟. Multitúdinis
unum, & ánima una ;
iſquam áliquid ſuum
ébat, ſed * Erant illis
commúnia. *Act.* 4. 32.
ce quàm bonum, &
ıcúndum, habitáre fra-
unum ! *Pſ.* 132. 1.
:.
9. *Lect.* ℟. Perdúxit eos
nquam gregem in de-
it dedúxit eos in ſpe,
timuérunt ; * Et † In-
os in montem ſanctifi-
ſ ſuæ. *Pſ.* 77. 52. 53.
Confiténtes quia pere-
hóſpites ſunt ſuper
, *pátriam meliórem*
t, id eſt, cœléſtem :
Hiemalis.

ídeo Deus parávit illis civitá-
tem. *Hebr.* 11. 13. 14. 16.* Et
indúxit. Glória. † Indúxit.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedícite
ſancti, & húmiles corde Dó-
mino : ℟. Laudáte & ſuper-
exaltáte eum in ſæcula. *Dan.*
3. 87.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* D.

ELégi abjéctus eſſe in do-
mo Dei mei, magis quàm
habitáre in tabernáculis pec-
catórum. *Pſ.* 83. 11.

Ant. 5. a. Ecce elongávi fú-
giens, & manſi in ſolitúdine :
Expectábam eum qui ſalvum
me fecit à puſillanimitáte ſpí-
ritûs, & tempeſtáte. *Pſ.* 54.
8. 9.

Ant. 3. E. Abſcóndit me
Dóminus in tabernáculo ſuo :
in die malórum protéxit me
in abſcóndito tabernáculi ſui.
Pſ. 26. 5.

Ant. 4. E. Anticipavérunt
vigílias óculi mei ; cogitávi
dies antíquos, & annos ætér-
nos in mente hábui. Et medi-
tátus ſum nocte cum corde
meo. *Pſ.* 76. 5. 6. 7.

Ant. 3. c. Exui me ſtolâ
pacis, índui autem me ſacco
obſecratiónis ; & venit mihi
gaúdium à Sancto. *Baruch* 4.
20. 22.

Capitulum. *Iſai.* 26. 8. 9.

NOmen tuum, & memo-
riále tuum, Dómine ; in
deſidério ánimæ. Anima mea
à

deſiderávit te in nocte; ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Pro ſancto Monacho & Cœnobita.

Hymnus. *Santol. Vict.*

O Pulcras ácies, caſtráque fórtia!
Quæ ſpes, una fides, unus amor regit.
Omnes lege ſub una,
Uno ſub duce mílitant.

Heu! quantis rápiunt aſtra labóribus!
Pulſant perpétuis quéſtibus æthera,
Per jejúnia longa
Vires córporis átterunt.

Votis unánimes, vi quoque flétuum
Inſtant, & ſócias ingéminant preces,
Et concórdibus armis.
Vim cœlo ſimul ínferunt.

Hæc vis grata Deo; ſic amat óptimus
Vinci per lácrymas, per gémitus, Pater:
Sic duris reſerátur
Cœlum conditiónibus.

Fervent quando die cuncta tumúltibus,
Altùm turba ſilet; cétera dum tacent;
Hi per cántica rumpunt
Noctis longa ſiléntia.

Exercet vígiles contínuus labor;
Incúmbunt óperi non réſides manus;
Tellus culta colónis
Victum ſuppéditat ſuis.

Æternus ſit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.
Amen.

Pro ſancto Anachoreta & Solitario.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Quid tu relíctis úrbibus,
Mortálium conſórtia
Timens fugis? quid tu vides?
Solúſque tecum cógitas?

Mentis volátu líbero,
Percúrris ætérnas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commércia.

Præsens choris cœléſtibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuéndo Númini,
Totus coléndo tu vacas.

Quam pura, qui te díligunt,
O Chriſte, libant gaúdia!
Te propter antris ábditos
Sinu recóndis in tuo.

Æterne tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

℣. Clamávi ad te Dómine; dixi: Tu es ſpes mea, ℟. Pórtio mea in terra vivéntium. *Pſ.* 141. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. F. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea. Bonus eſt Dóminus ánimæ quærénti illum. Bonum eſt præſtolári cum ſiléntio ſalutáre Dei. *Thren.* 3. 24. 25. 26.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, terréna pro te ca-

ıerces magna nimis;
:xémplo & intercef-
ti N. cujus ſolémnia
us, temporália óm-
:ere, & ad ætérna
tis intentióne feſti-
:r Dóminum.
RAS, *Pſalmi de Feria.*
.IMAM, *Ant.* Elégi.
RTIAM, *Ant.* Ecce

:m. *Iſai.* 35. 7. 8.
libus, in quibus priùs
es habitábant, orié-
cálami & junci. Et
:mita & via, & via
cábitur.
ve, Extráneus factus
ıtribus meis, ℟. Ex-
℣. Et peregrínus fíliis
eæ. * Frátribus. Gló-
xtráneus. *Pſ.* 68. 9.
hi mundus crucifíxus
t ego mundo. *Gal.* 6.

XTAM, *Ant.* Abſcón-
)óminus.
n. *Philipp.* 3. 13. 14.
s, quæ retro ſunt
íſcens, ad ea verò
t prióra exténdens
, ad deſtinátum pér-
ad bravíum ſupérnæ
is Dei in Chriſto Jeſu.
ve, Dixi; Cuſtódiam
:s, * Ut non delín-
lingua mea. ℟. Dixi.
i ori meo cuſtódiam.
ın. Glória. ℟. Dixi.
.
ncáluit cor meum in-
℟. *Et in medita-*

tióne mea exardéſcet ignis. *Pſ.* 38. 4.

AD NONAM, *Ant.* Exui me.

Capitulum. *Dan.* 9. 3.

POſui fáciem meam ad Dóminum Deum meum rogáre & deprecári in jejúniis, ſacco, & cínere.

℟. *breve*, Propter verba labiórum tuórum * Ego cuſtodívi vias duras. ℟. Propter. ℣. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis. * Ego. Glória. ℟. Propter. *Pſ.* 16. 4. 5.

℣. Induébar cilício. ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam. *Pſ.* 34. 13.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 3. *toni.* *a.*

ISte cuſtodívit ánimam ſuam, & memor fuit Dómini in toto corde ſuo. *Tob.* 1. 12. 13.

Ant. 2. D. Deus dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatióne tua: & tunc éxiit. *Act.* 7. 3. 4.

Ant. 6. F. Majóres divítias æſtimans theſaúro Ægyptiórum, impropérium Chriſti; fide relíquit Ægyptum. *Hebr.* 11. 26. 27.

Ant. 1. f. In loco ſolitúdinis Dóminus dócuit eum; & cuſtodívit quaſi pupíllam óculi ſui. *Deut.* 32. 10.

Ant. 7. a. Fide demorátus eſt in terra repromiſſiónis, tanquam in aliéna, in cáſulis habitándo, cum cohe[illegible] dibus repromiſſiónis. 11. 9.

Capitulum. *Hebr.* 11. 10.

EXpectabat fundaménta habentem civitatem; cujus ártifex & conditor Deus.

In Duplicibus-majoribus,

℟. Perfectio tua, & doctrina tua Domine, viro ſancto tuo quem probaſti. * Dixit patri ſuo & matri ſuæ: néſcio vos; & fratribus ſuis: ignoro vos. *Deut.* 33. 8. 9. ℣. Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. *Matt.* 10. 37. * Dixit. Gloria.* Dixit.

Hymnus, Felices, *ut in primis Veſperis.*

℣. Beata gens, cujus eſt Dóminus Deus ejus; ℟. Pópulus, quem elégit in hereditátem ſibi. *Pſ.* 32. 12.

Ad Magnificat, *Ant.* 8. G.* Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut agros propter nomen meum, céntuplum accipiet, & vitam ætérnam poſſidébit. *Matt.* 19. 29.

COMMUNE
SS. LAICORUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* à.

DIcébat Jeſus ad omnes: ſi quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. *Luc.* 9. 23.

Ant. 8. G. Dico vobis: Niſi abundáverit juſtitia veſtra pluſquam Scribárum, & Phariſæórum, non intrábitis in regnum cœlorum. *Matt.* 5. 20.

Ant. 8. G. Niſi convérſi fuéritis, & efficiamini ſicut párvuli, non intrabitis in regnum cœlórum. *Matt.* 18. 3.

Ant. 8. G. Non omnis qui dicit mihi: Dómine, Dómine, intrábit in regnum cœlorum; ſed qui facit voluntátem Patris mei, qui in cœlis eſt. *Matt.* 7. 21.

Ant. 8. G. Conténdite intráre per angúſtam portam; quia multi, dico vobis, quærent intráre, & non poterunt. *Luc.* 13. 24.

Capitulum. *Eccli.* 2. 8. 9. 10.

QUi timétis Dominum, crédite illi; & non evacuábitur merces veſtra. Qui timétis Dominum, ſperáte in illum; & in oblectatiónem véniet vobis miſericordia. Qui timétis Dominum, diligite illum; & illuminabúntur corda veſtra.

In Duplicibus-majoribus,

℟. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius; & * Qui diligunt illum, † Conſervábunt vias illius. *Eccli.* 2. 18. ℣. Plenitúdo legis, eſt diléctio. *Rom.* 13. 10.* Qui diligunt. Gloria. † Conſervabunt.

Hymnus. Guill. Epiſc. Santon.

SUmmi puſillus grex Patris,
Timore mentem ſolvite;
Sui patérnus vos amor
Vult eſſe regni cómpotes.
En regnat inter Cælites,
Qui vixit olim ſeculo

exóſus ſibi ,
per , & ſciens pati.
STA pœniténtiæ
, & viam Crucis ,
Chriſtum prælia ,
na , non timet ſequi.
EM terit jejúniis ;
domat ſiléntio ;
um , parcus ſibi ,
: & ſpargit ſinu.
RE verbi páſcitur ;
legem péctore
, orat pérvigil ;
ſa verſátur polo.
urgit ad cœlum viâ :
dem da Pater ,
, da cum Spíritu ,
úre ſémitâ.

l.
confídunt in Dómi-
elligent veritátem ;
les in dilectióne ac-
illi. *Sap.* 3. 9.
gníficat, *Ant.* 7. G.
nt in Dómino , mu-
ortitúdinem , aſſú-
nas ſicut áquilæ ;
& non laborábunt ;
nt , & non deficient.
1.
ut infrà ad Laudes,
pria.
ualibus & Solemni-
mpletorium, Ant. 3. g.
bit in ſanctam Jerú-
uod coinquinátum ,
nationem fáciens ,
ium. *Apoc.* 21. 27.
c dimíttis, *Ant.* 2. D.
s juſtórum díriget
ia rectórum liberá-
rv. 11. 3, 6.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium , Diligéntem juſtos Dóminum , * Veníte , adorémus. *Pſ.* 145. 8.

Pſalmus , Veníte , 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

NON parta ſolo ſánguine
Ornat beátos púrpura ;
Sunt incruénta , quæ ſuos
Habent triúmphos , prælia.

NON iſte flammas , non cruces ,
Non ſenſit uncos péctines ;
Crudélis & durus ſibi
Se morte lentâ cónficit.

SI lictor illi défuit ,
Si vincla , fuſtes , úngulæ ;
Paráta pro Chriſto mori ,
Hoc ſupplet omne cáritas.

CORPUS ſubégit cáſtitas ;
Et líberam mentem fides ,
Amor ſupérnis ígnibus
Totam litávit hóſtiam.

VENIS apértis ómnibus ,
Qui vellet ultro erúmpere ,
Fraudátus optátâ viâ ,
It fuſus in fletum cruor.

DA , Chriſte , ſic nos vívere ,
Diſcámus ut ſemper mori ;
Da , poſt brevis vitæ dies ,
Vitæ perénnis gaúdia.

ÆTERNE tu Verbi Pater ;
Ætérne Fili , par Patri ;
Et par utríque , Spíritus ;
Tibi , Deus , ſit glória. Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Si quis díligit me , ſermónem meum ſe[...] bit ; & Pater meus [...] eum , & ad eum veni[...]

& manſiónem apud eum faciémus. *Joan.* 14. 23.

Ant. 1. a. Omnis qui audit verba mea, & facit ea; aſſimilábitur viro ſapiénti, qui ædificávit domum ſuam ſupra petram. *Matt.* 7. 24.

Ant. 2. D. Qui perſpéxerit in legem perféctam libertátis, non audítor obliviósus factus; ſed factor óperis; hic beátus in facto ſuo erit. *Jac.* 1. 25.

℣. In lege Dómini volúntas ejus, ℟. Et in lege ejus meditábitur die ac nocte. *Pſ.* 1. 2.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Inítium viæ bonæ, fácere juſtítiam: * Miſericórdiâ & veritáte redímitur iníquitas; & in timóre Dómini declinátur à malo. *Prov.* 16. 5. 6. ℣. Qui vult vitam dilígere, & dies vidére bonos, declínet à malo, & fáciat bonum. 1. *Petr.* 3. 10. 11. * Miſericórdiâ.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Si quis emundáverit ſe, * Erit vas in honórem ſanctificátum, & útile Domino, ad omne opus bonum parátum. 2. *Tim.* 2. 21. ℣. Sápiens cor abſtinébit ſe à peccátis, & in opéribus juſtítiæ ſuccéſſus habébit. *Eccli.* 3. 32. * Erit vas.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Qui timent Dóminum, præparábunt corda ſua; & * In conſpéctu illíus † Sanctificábunt ánimas ſuas. *Eccli.* 2. 20. ℣. Miſericórdia Dómini à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1. 50. * In conſpéctu. Glória. † Sanctificábunt.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Ut filii lucis ambuláte; (fructus enim lucis eſt in omni bonitáte, & juſtítia, & veritáte) probántes quid ſit beneplácitum Deo. *Epheſ.* 5. 8. 9. 10.

Ant. 3. E. Stábiles eſtóte, & immóbiles; abundántes in ópere Dómini ſemper, ſciéntes quòd labor veſter non eſt inánis in Dómino. 1. *Cor.* 15. 58.

Ant. 5. a. Voſmetipſos in dilectióne Dei ſerváte, expectántes miſericórdiam Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vitam ætérnam. *Juda* ℣. 21.

℣. Dilígite Dóminum omnes ſancti ejus; ℟. Quóniam veritátem requíret Dóminus. *Pſ.* 30. 24.

Lectiones in Proprio Sanctorũ.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Tóllite jugum meum ſuper vos, & invéniétis réquiem animábus veſtris: * Jugum enim meum ſuáve eſt, & onus meum leve. *Matt.* 11. 29. 30. ℣. Interrogáte de ſémitis antíquis, quæ ſit via bona, & ambuláte in ea; & inveniétis refrigérium animábus veſtris. *Jer.* 6. 16. * Jugum.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Servíte Dómino in omni corde veſtro; & * Nolíte declináre poſt vana, quæ non próderunt vobis. 1. Reg. 12. 20. 21. ℣. Nolíte

e mundum, neque ea
ı mundo ſunt. 1. *Joan.*
* Nolíte.
6. Lect. ℟. Satágite, ut
na ópera, certam ve-
ocatiónem, & electió-
ciátis:* Sic enim † Abun-
miniſtrábitur vobis in-
in ætérnum regnum
hriſti. 2. *Petr.* 1. 10. 11.
erámini opus veſtrum
mpus, & dabit vobis
lem veſtram in témpore
cli. 51. 38. * Sic enim.
. † Abundánter.
III. NOCTURNO.
3. c. Vetus homo noſter
cus eſt, ut deſtruátur
peccáti, & ultrà non
ıus peccáto. *Rom.* 6. 6.
4. E. Qui mórtui ſumus
, quómodo adhuc vi-
in illo? conſepúlti enim
cum Chriſto per baptíſ-
ı mortem. *Rom.* 6. 2. 4.
7. a. Sumus fílii Dei.
m fílii, & herédes; he-
uidem Dei, coherédes
Chriſti: ſi tamen com-
r, ut & conglorificé-
m. 8. 16. 17.
undémus nos ab omni
ménto carnis & ſpíri-
Perficiéntes ſanctifica-
in timóre Dei. 2. *Cor.*

gelium & Homilia, ut
rio Sanctorum.
. *Lect.* ℟. Non ſecún-
rnem ambulámus, ſed
m ſpíritum: qui enim
n carnem ſunt; quæ
carnis ſunt, ſápiunt. * Qui
ſecúndùm ſpíritum ſunt; quæ
ſunt ſpíritûs, ſéntiunt. *Rom.* 8.
4. 5. ℣. Qui timent Dómi-
num, inquírent quæ beneplá-
cita ſunt ei. *Eccli.* 2. 19. * Qui
ſecúndùm.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Hæc eſt cá-
ritas Dei, ut mandáta ejus
cuſtodiámus; & * Mandáta
ejus grávia non ſunt. 1. *Joan.*
5. 3. ℣. Nihil dúlcius, quàm
reſpícere in mandátis Dómini.
Eccli. 23. 37. * Mandáta.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Nos debé-
mus altérutrum dilígere. * Si
diligámus ínvicem, Deus in
nobis manet, & † Cáritas ejus
in nobis perfécta eſt. 1. *Joan.*
4. 11. 12. ℣. Qui déſpicit próxi-
mum, peccat: miſericórdia &
véritas præparant bona. *Prov.*
14. 21. 22. * Si diligámus.
Glória. † Cáritas.

AD LAUDES
MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedícite
ſervi Dómini Dómino: ℟. Lau-
dáte & ſuperexaltáte eum in
ſécula. *Dan.* 3. 85.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni* a.

DOmine non eſt exaltátum cor meum, neque eláti ſunt óculi mei; neque ambu-
lávi in magnis. *Pſ.* 130. 1.

Ant. 4. E. Verébar ómnia ópera mea, ſciens quòd non párceres delinquénti. *Job* 9. 28.

Ant. 3. a. Non prop[illegible]
ante óculos meos r[illegible]

ſtam; non adhæſit mihi cor pravum. *Pſ.* 100. 3. 4.

Ant. 8. G. Detrahéntem ſecrétò próximo ſuo hunc perſequébar: óculi mei ad fidéles terræ ut ſédeant mecum. *Pſ.* 100. 5. 6.

Ant. 4. E. Benedíctio peritúri ſuper me veniébat, & cor víduæ conſolátus ſum; óculus fui cæco, & pes claudo; pater eram paúperum. *Job* 29. 13. 15. 16.

Capitulum. Job 29. 11. 12.

AUris aúdiens beatificábat me, & óculus videns teſtimónium reddébat mihi; eò quòd liberáſſem paúperem vociferántem, & pupíllum cui non eſſet adjútor.

Hymnus. *Santol. Vict.*

QUi te, Deus, ſub íntimo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suſpírat, oblítus ſuî.

QUID ergo gaudes néctere
Triſtes moras amántibus?
Terris retárdas éxules,
Cives polo quos déſtinas.

HINC fervet in dies amor;
In vota toti díffluunt:
Ad aſtra feſtinántibus
Fit pœna, vita lóngior.

VIX iſte tardi córporis
Pondus moléſtum ſúſtinet:
Mortis diem præóccupat
Ardens Deo ſe júngere.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

℣. Iniquitátem ſi aſpéxi in corde meo, non exaúdiet Dóminus. ℟. Proptérea exaudívit Deus. *Pſ.* 65. 18. 19.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* In juſtítia apparébo conſpéctui tuo, ſatiábor cùm apparúerit glória tua. *Pſ.* 16. 15.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, tríbue nobis, quæſumus, interceſſióne beáti N. miſericórdiam tuam; & quæcúnque præcipis ut agámus, ipſe ádjuva ut implére poſſímus; Per Dóminum.

Alia Oratio.

ADéſto Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, quas in beáti N. ſolemnitáte deférimus; ut qui noſtræ juſtítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Dómine.

AD TERTIAM, *Ant.* Verébar.

Capitulum. Philip. 2. 12. 13.

CAríſſimi, cum metu & tremóre veſtram ſalútem operámini; Deus eſt enim qui operátur in vobis & velle, & perfícere, pro bona voluntáte.

℟. *breve*, Beátus vir * Qui timet Dóminum, ℟. Beátus. ℣. In mandátis ejus volet nimis. * Qui timet. Glória. ℟. Beátus. *Pſ.* 111. 1.

℣. Beneplácitum eſt Dómino ſuper timéntes eum, ℟. Et in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus. *Pſ.* 146. 11.

Ad Sextam, *Ant.* Non proponébam.

Capitulum. *Job* 23. 11. 12.

Viam Dei cuſtodívi, & non declinávi ex ea; à mandátis labiórum ejus non recéſſi, & in ſinu meo abſcóndi verba oris ejus.

℟. *breve*, Lucérna pédibus meis * Verbum tuum. ℟. Lucérna. ℣. Et lumen ſémitis meis.* Verbum. Glória. ℟. Lucérna. *Pſ.* 118. 105.

℣. Servávi mandáta tua, & teſtimónia tua; ℟. Quia omnes viæ meæ in conſpéctu tuo. *Pſ.* 118. 168.

Ad Nonam, *Ant.* Benedíctio peritúri.

Capitulum. *Jac.* 1. 27.

Relígio munda, & immaculáta apud Deum & Patrem hæc eſt, viſitáre pupíllos, & víduas in tribulatióne eórum; & immaculátum ſe cuſtodíre ab hoc ſéculo.

℟. *breve*, Flebam ſuper eo * Qui afflíctus erat, ℟. Flebam. ℣. Compatiebátur ánima mea paúperi. * Qui afflíctus. Glória. ℟. Flebam. *Job* 30. 25.

℣. Beátus qui intélligit ſuper egénum & paúperem; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus. *Pſ.* 40. 2.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni.* G.

Beátus qui invéntus eſt ſine *mácula; qui pótuit tránſgredi, & non eſt tranſgréſſus;* fácere mala, & non fecit. *Eccli.* 31. 8. 10.

Ant. 5. a. Conſervávit legem Excélſi; & in tentatióne invéntus eſt fidélis. *Eccli.* 44. 20. 21.

Ant. 5. a. Non prætériit de univérſis mandátis, nec unum quidem verbum quod júſſerat Dóminus. *Joſue* 11. 15.

Ant. 1. D. Immóbilis in Dei timóre permánſit, agens grátias Deo ómnibus diebus vitæ ſuæ. *Tob.* 2. 14.

Ant. 7. a. Stabilíta ſunt bona illíus in Dómino, & eleemóſynas illíus enarrábit omnis eccléſia ſanctórum. *Eccli.* 31. 11.

Capitulum. *Gal.* 6. 8.

Fratres, quæ ſemináverit homo, hæc & metet: quóniam qui ſéminat in carne ſua, de carne & metet corruptiónem; qui autem ſéminat in ſpíritu, de ſpíritu metet vitam ætérnam.

In Duplicibus-majoribus, ℟. Diſpérſit, dedit paupéribus; * Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111. 9. ℣. Erat religióſus ac timens Deum, fáciens eleemóſynas multas plebi, & déprecans Deum ſemper. *Act.* 10. 2. * Juſtítia. Glória. * Juſtítia.

Hymnus, Summi pusíllus grex Patris, *ut in primis Veſperis.*

℣. Benedíctio Dei in mercédem juſti feſtínat, ℟. Et in hora velóci procéſſu fructíficat. *Eccli.* 11.

Ad Magníficat, *Ant. 6. F.* Diléctus Deo, & homínibus; cujus memória in benedictióne eſt. Símilem illum fecit in glória ſanctórum, & oſténdit illi glóriam ſuam. *Eccli.* 45. 1. 2.

COMMUNE
VIRGINUM MARTYRUM.

Omnia dicuntur ut infrà in Officio ſanctarum Virginum, exceptis quæ hìc notantur.

In primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Hymnus. *Santol. Vict.*

VIrginum robur, Deus, atque cuſtos:
Sexus imbéllis, médios per enſes,
Dum faves, quas non ſúperat viríli
Péctore mortes!

Pro tuis aris animóſa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus;
Non ſuos ſentit, memor ô! tuórum
Chriſte, dolórum.

Non graves plagæ, válidi nec ictus
Integram poſſunt violáre mentem:
Quin ſacri creſcit magis obſtinátus
Ardor amóris.

Sponsa dilécto placitúra ſponſo:
Déſpicit ruptum laniáta corpus:
Eſt ſuus truncis honor, & venúſtas
Eſt ſua membris.

Summa laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriúſque Nexus,
Fac tibi ſemper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

℣. Heréditas immaculatórum in ætérnum erit. ℟. Non confundéntur in témpore malo. *Pſ.* 36. 18. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Vincénti dabo manna abſcónditum, & dabo illi cálculum cándidum; & in cálculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui áccipit. *Apoc.* 2. 17.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Hymnus. *Santol. Vict.*

FEstis læta ſonent æthera cántibus:
Nunc aptáte tubas, ſúmite tympana,
Cœtus Angélici, dícite Vírginem,
Chriſti dícite Mártyrem.

Vestris illa fuit débita cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula,
Ut vos exprímeret, dedídicit genus,
Virgo córporis immemor.

Sed quid cogis amor? fórtiter ámbiit
Sponſo vírgineum fúndere ſánguinem;

Obliti méminit tunc bene cór-
poris,
Præclaræ ſitiens necis.
Sic quâ parte minor, vos
ſuperéminet,
Immortále genus, quæ pótuit
mori,
Et per damna ſui córporis, ín-
tegram
Teſtári Dómino fidem.
Patri máxima laus; máxi-
ma Filio;
Amborúmque ſacro máxima
Flámini;
Per quem magnánimæ prælia
ſúſtinent
Spreto fúnere Vírgines.
Amen.

AD LAUDES MATUTINAS.

Hymnus, Vírginum robur, *ut in primis Veſperis.*

℣. Deus præcínxit me virtúte, ℟. Et póſuit immaculátam viam meam. *Pſ.* 17. 32. 33.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Factus eſt Dóminus firmaméntum meum: liberávit me, quia complácui ei: retríbuet mihi ſecúndùm juſtítiam meam; & ſecúndùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi. 2. *Reg.* 22. 19. 20. 21.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in ſexu frágili victóriam Martyrii contuliſti; concéde propítius, ut qui beátæ N. vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur; Per.

Alia Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, cujus múnere beáta N. in virginitátis propóſito & in confeſſióne fidei roboráta, virginitátis ac martyrii palmam adépta eſt; da nobis ita córporis ac mentis integritátem ſerváre, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per.

Si ſint plures, Oratio.

Da nobis quæſumus, Dómine Deus noſter, ſanctárum vírginum ac mártyrum N. & N. palmas ſummâ veneratióne ſectári; ut quas non póſſumus ſatìs dignè celebráre, humílibus ſaltem proſequámur obſéquiis; Per.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Hymnus, Feſtis læta ſonent, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Vicérunt propter ſánguinem Agni, & propter verbum teſtimónii ſui; ℟. Et non dilexérunt ánimas ſuas uſque ad mortem. *Apoc.* 12. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Caſta generátio in perpétuum coronáta triúmphat incoinquinatórum certáminum præmium vincens. *Sap.* 4. 1. 2.

COMMUNE SS. VIRGINUM.

In Primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 5. toni. a.

Quid bonum Dómini eſt, & quid pulcrum ejus

niſi fruméntum electórum, & vinum gérminans Vírgines? *Zach.* 9. 17.

*Ant.*7.b. Hæc dicit qui habet ſeptem ſpíritus Dei, & ſeptem ſtellas: Qui non inquinavérunt veſtiménta ſua, ambulábunt mecum in albis. *Apoc.* 3. 1. 4.

*Ant.*8. G. Qui elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum; dabo eis in domo mea locum. *Iſai.* 56. 4. 5.

Ant. 3. g. Dabo eis nomen mélius à filiis & filiábus: nomen ſempitérnum dabo eis. *Iſai.* 56. 5.

Ant. 8. G. Non omnes cápiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Qui poteſt cápere, cápiat. *Matt.* 19. 11. 12.

Capitulum. 1.*Cor.* 7. 7. 8.

UNuſquíſque próprium donum habet ex Deo: álius quidem ſic, álius verò ſic; dico autem non nuptis, & víduis: Bonum eſt illis, ſi ſic permáneant.

In Dupl. maj. ℟. Neſcítis quóniam córpora veſtra membra ſunt Chriſti? membra veſtra templum ſunt Spíritûs-ſancti qui in vobis eſt.* Glorificáte, & †Portáte Deum in córpore veſtro. 1.*Cor* 6. 15. 19. 20. ℣. Cuſtodítio legum, conſummátio incorruptiónis eſt; incorrúptio autem facit eſſe próximum Deo. *Sap.* 6. 19. 20.* Glorificáte. Glória. † Portáte.

Hymnus.

VOs ô Vírginei cum citharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis óptima,
Sponſum virgíneo progénitum ſinu
Puris tóllite laúdibus.

Hæc eſt ſacra dies, óbvia quâ ſuo
Cùm plena rútilans lámpade júngitur
Sponſo, ſtanſque throno próxima cóncinit
Virgo cántica Vírgini.

Solo digna Deo cónjuge, réſpuit
Mortáles thálamos; ut ſemel óbligat
Seſe fida ſuo, quem bene déperit,
Ultro ſe Deus óbligat.

Purum ne máculent pectus imágines,
In ſe tota ſui córporis ímmemor
Mens ſeſe récipit, nil óculi vident,
Surdis nil ſonat aúribus.

Ægro vix ſua ſunt pábula córpori,
Ardet mille modis ante diem mori:
Quidquid mors rápiet, jam ſibi præripit;
Unus ſit Deus ómnia.

Fac ô Chriſte, tuæ Vírginis æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ gráditur viâ;
Qui gens ſancta ſumus, móribus íntegris
Fac ſoli tibi vívere.

Da te, ſumme Pater, tóllere laúdibus;

iſte, ſequi, laúrea
ginum;
tuis, Spíritus, ár-
int
rígida péctora.
ien.
fructus, floréte
lílium; ℟. Et date
li. 39. 17. 19.
íficat, *Ant.* 6. *C.*
e divíni fructus, &
antáta ſuper rivos
uctificáte; quaſi
lórem ſuavitátis
i. 39. 17. 18.
infrà ad Laudes,
ia.
alibus & Solemn.
rium, *Ant.* 1. D.
iabebúntur ſéculo
rrectióne ex mór-
e nubent, neque
es. *Luc.* 20. 35.
limíttis, *Ant.* 7. *d.*
igelis ſunt, & filii
im ſint filii reſur-
c. 20. 36.]
FICIUM
TURNUM.
m, Agnum quem
irgines,* Veníte,
poc. 14. 4.
Veníte, 2.
Santol. Vict.
is aula pánditur;
ſus; ómnes óbviæ
o Vírgini,
ſæ Vírgines.
ptiális eſt dies,
poſt ſuſpíria,
s, dat síngulis
frui Deo.

Quæ caſta vobis gáudia,
Quos afflet ignes, dícite:
Ab ore cujus púrior
Torrens volúptas éffluit?
Hunc propter unum víluit
Supérba regum púrpura:
Dotáta quæ ſponſo Deo,
Quid virgo terris ámbiat?
O Virgináles núptiæ,
Per quas caro fit ſpíritus!
O dulce vinclum, júngitur
Quo mens Deo, menti Deus!
Sit laus Patri; laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas ſigíllis fœdera. Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Quis aſcéndet in montem Dómini? aut quis ſtabit in loco ſancto ejus? ínnocens mánibus, & mundo corde. *Pſ.* 23. 3. 4.

Ant. 6. F. Qui díligit cordis mundítiam, habébit amícum Regem. *Prov.* 22. 11.

Ant. 7. *d.* Omnis ponderátio non eſt digna continéntis ánimæ. *Eccli.* 26. 20.

℣. Beáti immaculáti in via, ℟. Qui ámbulant in lege Dómini. *Pſ.* 118. 1.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Felix eſt ſtérilis: & * Incoinquináta habébit fructum in reſpectióne animárum ſanctárum. *Sap.* 3. 13. ℣. Fructus ſpíritûs eſt cáritas, modéſtia, continéntia, cáſtitas. *Gal.* 5. 22. 23.* Incoinquináta.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Dábitur illi ſors in templo Dei acceptíſſima ;* Bonórum enim labórum glorióſus eſt fructus , & quæ non cóncidat radix ſapiéntiæ. *Sap.* 3. 14. 15. ℣. Beáti mundo corde ; quóniam ipſi Deum vidébunt. *Matt.* 5. 8.* Bonórum.

Poſt 3. *Lect.* ℟. O quàm pulcra eſt caſta generátio cum claritáte : * Immortális eſt enim memória illíus ; quóniam & †Apud Deum nota eſt, & apud hómines. *Sap.* 4. 1. ℣. Datum eſt illi, ut coopériat ſe byſſino ſplendénti & cándido. *Apoc.* 19. 8. * Immortális. Glória. † Apud.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. â. Veni de Líbano ſponſa mea, veni : coronáberis. *Cant.* 4. 8.

Ant. 2. D. In caritáte perpétua diléxi te, ídeo attráxi te, miſerans. *Jer.* 31. 3.

Ant. 7. *d.* Sta in ſorte propoſitiónis, in partes vade ſéculi ſancti, cum vivis & dántibus confeſſiónem Deo. *Eccli.* 17. 24. 25.

℣. Sponſábo te mihi in fide ; ℟. Et ſcies quia ego Dóminus. *Oſee* 2. 20.

Lectiones in Proprio Sanctorũ.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Sponſábo te mihi in ſempitérnum : * Et ſponſábo te in miſericórdia, & in miſeratiónibus. *Oſee* 2. 19. ℣. Scient quia ego diléxi te : tene quod habes, ut nemo accípiat corónam tuam. *Apoc.* 3. 9. 11. * Et ſponſábo.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Deo [...] ópera tua. Omni te[...] * Sint veſtiménta tua c[...] quodcúnque fácere po[...] nus tua , inſtánter c[...] *Eccle.* 9. 7. 8. 10. ℣. Ec[...] ſicut fur. Beátus qui v[...] cuſtódit veſtiménta ſ[...] 16. 15. * Sint.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Po[...] ſignáculum ſuper c[...] ut ſignáculum ſuper [...] tuum ; * Quia † Fo[...] mors diléctio. *Cant.* 8[...] que inſtántia, neque [...] neque creatúra ália [...] paráre à caritáte De[...] 38. 39. * Quia forti[...] † Fortis.

IN III. NOCT[...]

Ant. 2. *D.* Pater [...] virginitátis meæ tu [...]

Ant. 1. â. Trahe [...] currémus in odóre[...] tórum tuórum. *Can*[...]

Ant. 3. E. In vela[...] rum tuárum exultá[...] ſit ánima mea poſt [...] cépit déxtera tua. *P*[...]

℣. In voluntáte [...] xíſti me , ℟. Et c[...] ſuſcepíſti me. *Pſ.* 7[...]

Evangelium & [...] *in Proprio Sanctoru*[...]

Poſt 7. *Lect.* ℟. [...] omnes qui fornicár[...] * Mihi adhærére D[...] eſt, pónere in Dó[...] ſpem meam. *Pſ.* 7[...] ℣. Qui adhæret Dó[...] ſpíritus eſt. 1. *Cor.* 6[...] adhærére.

Lect. ℟. Lex tua,
, meditátio mea eſt.
meum immaculátum
catiónibus tuis , ut
fúndar. *Pſ.*118.77.80.
quia ſecúndùm expe-
n & ſpem meam, in
ıfúndar. *Philipp.*1.19.
t cor.
.ect.℟. Retríbuet mihi
s ſecúndùm juſtítiam
ꝶ * Secúndùm purit á-
ıuum meárum retrí-
ıi. *Pſ.* 17. 25. ℣. Grá-
Deo , cui ſérvio in
tia pura. 2. *Tim.* 1. 3.
ıùm. * Glória. * Se-

LAUDES
ATUTINAS.
cerdotalis , Cantábo
nine , ℟. Pſallam &
m in via immaculáta.
1. 2.
ſalmi de Feria.
phona 1. *toni. a.*
:ctus meus deſcéndit in
rtum ſuum ad aréolam
ım , ut lília cólligat.
. 1.
:. a. Invéni quem díli-
ıa mea : ténui eum;
ıíttam. *Cant.* 3. 4.
.. D. Ego diléᵭo meo,
ꝉus meus mihi , qui
inter lília. *Cant.* 6. 2.
5. F. Diléctus meus or-
in me caritátem : ful-
: flóribus , ſtipáte me
Cant. 2. 4. 5.
*1. f. Me propter inno-
ſuſcepíſti Dómine*, &
confirmáſti me in conſpéctu
tuo in ætérnum. *Pſ.* 40. 13.

Capitulum. *Sap.* 8. 21.

SCivi quóniam áliter non
poſſem eſſe cóntinens, niſi
Deus det , & hoc ipſum erat
ſapiéntiæ , ſcire cujus eſſet hoc
donum.

Hymnus. *Muret.*

O Virgo, pectus cui ſacrum
Amóris expers ímprobi,
Intus ſuis ardóribus
Sanctus perúſſit Spíritus.
NON te volúptas dúlcibus
Fallax venénis mólliit,
Solas amántem pérſequi
Cœléſtis Agni núptias.
SIC ille natus Vírgine
Suo decóre cœperat;
Ut ejus ardens ígnibus
Mundána cuncta témneres.
BEATA cui nunc Cœlitum
Inter canéntium choros,
Cœlo licet perénnibus
Sponſi potíri gaúdiis.
ÆTERNE ſponſe Vírginum,
Jeſu tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Sitívit in te ánima mea;
℟. Quàm multiplíciter tibi
caro mea! *Pſ.* 62. 2.
Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G.
Gaudens gaudébo in Dómi-
no, & exultábit ánima mea in
Deo meo; quia índuit me ve-
ſtiméntis ſalútis, quaſi ſpon-
ſam ornátam monílibus ſuis.
Iſai. 61. 10.

Oratio.

FIdéles tuos, quæſumus Dó-
mine, intercedénte beáta

N. vírgine tuâ, córpore páriter & mente puríſica; ut tuâ inſpiratióne compúncti, nóxias delectatiónes vitáre prævaleant; atque ut eárum non capiántur illécebris, tuâ ſemper ſuavitáte paſcántur; Per.

Alia Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco conſtituíſti; concéde, ut qui fidélis ſponſæ tuæ N. puritátem húmili venerámur obſéquio, piæ devotiónis ſequámur exémplo; Per Dóminum.

Pro pluribus Virginibus, Oratio.

DEus, qui nos hódie ſanctárum vírginum tuárum N. & N. ánnuâ feſtivitáte lætíficas; concéde propítius, ut eárum adjuvémur précibus, quarum caſtitátis irradiámur exémplis; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* Diléctus meus.

AD TERTIAM, *Ant.* Invéni.

Capitulum. 1. *Cor.* 7. 25.

DE Virgínibus præcéptum Dómini non hábeo: consílium autem do, tanquam miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis.

℟. *breve*, Regi vírgines afferéntur * In lætítia & exultatióne, ℟. Regi. ℣. Adducéntur in templum Regis.* In lætítia. Glória. ℟. Regi. *Pſ.* 44. 15. 16.

℣. Oleum effúſum nomen tuum; ℟. Ideo adoleſcéntulæ dilexérunt te. *Cant.* 1. 2.

AD SEXTAM, *Ant.* Ego dilécto meo.

Capitulum. 1. *Cor.* 7. 34.

MUlier innúpta, & virgo, cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore, & ſpíritu: quæ autem nupta eſt, cógitat quæ ſunt mundi; quómodo pláceat viro.

℟. *breve*, Divíni fructus benedícite Dóminum* In opéribus ſuis. ℟. Divíni. ℣. Date nómini ejus magnificéntiam. * In opéribus. Glória. ℟. Divíni. *Eccli.* 39. 19. 20.

℣. Confitémini illi in voce labiórum veſtrórum, ℟. Et in cánticis labiórum. *Eccli.* 39. 20.

AD NONAM, *Ant.* Me propter innocéntiam.

Capitulum. 2. *Cor.* 11. 2.

ÆMulor vos Dei æmulatióne; deſpóndi enim vos uni viro Vírginem caſtam exhibére Chriſto.

℟. *breve*, Quid mihi eſt in cœlo? * Et à te quid vólui ſuper terram? ℟. Quid. ℣. Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum. * Et à te. Glória. ℟. Quid. *Pſ.* 72. 25. 26.

℣. Déficit ánima mea in átria Dómini. ℟. Cor meum, & caro mea exultavérunt in Deum vivum. *Pſ.* 83. 2. 3.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* â.

VIrgines accipiéntes lámpades ſuas, exiérunt óbviàm ſponſo & ſponſæ. *Matt.* 25. 1.

a. Prudéntes accepé-
ım in vaſis ſuis cum
ıus, & ornavérunt
ſuas. *Matt.* 25. 4. 7.
irreg. A. Médiâ nocte
ıctus eſt: Ecce ſpon-
, exíte óbviàm ei.
. 6.
. d. Venit ſponſus; &
itæ erant, intravé-
eo ad núptias. *Matt.*

D. Vírgines ſequún-
m quocúnque íerit;
ula enim ſunt ante
Dei. *Apoc.* 14. 4. 5.
m. *Apoc.* 14. 1.
& ecce Agnus ſtabat
a montem Sion, &
centum quadragínta
míllia, habéntes no-
, & nomen Patris ejus
in fróntibus ſuis.
plicibus - majoribus,
i vocem de cœlo: &
quam audívi, ſicut
tium in cítharis ſuis.
ábant quaſi cánticum
ante ſedem Agni.
. 2. 3. ℣. Exultavé-
Judæ propter judícia
ine. *Pſ.* 96. 8.* Can-
lória.* Cantábant.
s, Cœléſtis, *ut in*
octurno.
gines laudent nomen
; ℞. Quia exaltátum
n ejus ſolíus. *Pſ.* 148.

agníficat, *Ant.* 7. G.
nus, & exultémus,
glóriam Deo; quia
emalis.

venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit ſe. Beáti, qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti ſunt. *Apoc.* 19. 7. 9.

COMMUNE
SS. VIRGINUM
Monialium.

Omnia dicuntur ut ſuprà in Officio ſanctarum Virginum, exceptis quæ hìc notantur.

In Primis Vesperis.

Poſt Hymnum, ℣. Súſcipe me, Dómine, ſecúndùm elóquium tuum, & vivam; ℞. Et non confúndas me ab expectatióne mea. *Pſ.* 118. 116.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Quis dabit mihi pennas ſicut colúmbæ? & volábo, & requiéſcam; quóniam vidi iniquitátem, & contradictiónem in civitáte. *Pſ.* 54. 7. 10.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

Ad Laudes Matutinas.

Poſt Hymnum, ℣. Oblivíſcere pópulum tuum, ℞. Et domum patris tui. *Pſ.* 44. 11.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Cave ne quando oblivíſcáris pacti Dómini Dei tui, quod pépigit tecum; quia Dóminus Deus tuus ignis conſúmens eſt, Deus æmulátor. *Deut.* 4. 23. 24.

Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco conſtituíſti; concéde, ut qui-

fidélis ſponſæ tuæ N. puritátem húmili venerámur obſéquio, piæ devotiónis ſequámur exémplo; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Concupíſcet rex decórem tuum; ℞. Quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſ.* 44. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. d. Quòd relíqueris paréntes tuos, & terram in qua nata es; plenam mercédem recípias à Dómino Deo, ſub cujus confugíſti alas. *Ruth* 2. 11. 12.

COMMUNE MULIERUM Martyrum.

Omnia dicuntur ut infrà in Officio ſanctarum Mulierum, exceptis quæ hîc notantur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Poſt Hymnum, ℣. Laudábo nomen tuum aſsíduè, ℞. Et collaudábo illud in confeſſióne. *Eccli.* 51. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Humílium & manſuetórum ſemper tibi plácuit deprecátio: Deus cœlórum, exaúdi me deprecántem, & de tua miſericórdia præſuméntem; ut gentes agnóſcant quia tu es Deus, & non eſt álius præter te. *Judith* 9. 16. 17. 19.

Oratio infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. Arcus fórtium ſuperátus eſt, ℞. Et infirmi accíncti ſunt róbore. 1. *Reg.* 2. 4.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. E. Supra modum mirábilis, & bonórum memóriâ digna, bono ánimo ferébat propter ſpem quam in Deum habébat. 2. *Mach.* 7. 20.

Oratio.

Deus, cujus grátiâ virtus in infirmitáte perſícitur; largíre nobis, quæſumus, beátæ N. Mártyris tuæ triúmphum recoléntibus, ut quæ à te accépit ut vínceret, à te quoque vincéndi grátiam nobis obtíneat; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Si ſint plures, Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem ſanctárum N. & N. Martyrio conſecráſti; concéde ut omnes qui eárum victóriam venerántur, protectiónis tuæ auxílio muniántur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Dilatátum eſt os meum ſuper inimícos meos; ℞. Quia lætáta ſum in ſalutári tuo, Dómine. 1. *Reg.* 2. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Exaudíta eſt orátio mea: & liberáſti me de perditióne, & eripuíſti me de témpore iníquo; proptérea confitébor, & laudem dicam tibi. *Eccli.* 51. 15. 16. 17.

)MMUNE
:ULIERUM.
.IMIS VESPERIS.
'ſalmi de Feria.
iphona 1. toni. a.
[Ulierem fortem quis
invéniet? procul, &
de últimis finibus
ejus. Prov. 31. 10.
2. D. Grátia verecún-
líeris ſenſátæ & bonæ
ırum. Eccli. 7. 21.
3. a. Múlier díligens,
eſt viro ſuo. Prov. 12. 4.
7. d. Múlier ſenſáta,
a; non eſt immutátio
ánimæ. Eccli. 26. 18.
2. D. Grátia ſuper grá-
ıúlier ſancta & pudo-
'cli. 26. 19.
lum. Prov. 19. 14.
mus & divítiæ dantur
)aréntibus; à Dómino
rópriè uxor prudens.
uplicibus - majoribus,
x grátia, & * Vana eſt
do: † Múlier timens
ım, ipſa laudábitur.
1. 30. ℣. Non ſit ex-
s capillatúra, aut cir-
) auri. 1. Petr. 3. 3.
eſt. Glória. † Múlier

is. Santol. Vict.
ESTE ſanctæ Cónju-
ges:
fortis fémina,
quæ virtútibus
hat inter Cœlites.
r illa luxu véſtium;
ie torto ſplénduit;
Cultu nitens ſed ſimplice;
Puris placébat móribus.

SE ſub ſerénis vúltibus
Auſtéra virtus óccuit;
Timet vidéri ne ſuum,
Dum prodit, amittat decus.

PASCENDA cœléſti cibo,
Sacris ſtudébat lítteris;
Templo fréquens, ſed ſédula
Redíbat ad curam domûs.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Sápiens múlier ædíficat domum ſuam: ℟. Insípiens extrúctam quoque mánibus déſtruet. Prov. 14. 1.

Ad Magníficat, Ant. 7. G. Fáciat Dóminus hanc mulíerem ſicut Rachel, & Liam; ut ſit exémplum virtútis, & hábeat célebre nomen. Ruth 4. 11.

Orátio ut infrà ad Laudes, niſi ſit própria.

[In Annualibus & Solemnibus ad Complet. Ant. 2. D. Mulíeres ſúbditæ eſtóte viris, ſicut opórtet, in Dómino. Coloſſ. 3. 18.

Ad Nunc dimíttis, Ant. 1. a. Sara obediébat Abrahæ, dóminum eum vocans; cujus eſtis fíliæ bene faciéntes. 1. Petr. 3. 6.]

AD OFFICIUM
NOCTURNUM.

Invitatorium, Deum in quo ſperant ſanctæ mulíeres, * Veníte, adorémus. 1. Petr. 3. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

ARDET Deo quæ fémina,
Latére fruſtrà cógitat:
Quot indigéntes ſúblevat,
Tot próditur præcónibus.

PRODESSE quærit ómnibus,
Curis honéſtis ánxia;
Patróna, cuſtos vírginum,
Secúnda mater órphanis.

PANNIS laténtem vílibus
Chriſtum fovébat hóſpitem;
Quas dura ſubtráxit ſibi,
Opes refúndit pródiga.

PACEM domi, pacem forìs
Alto colit ſiléntio;
Lites amat compónere,
Ut una mens ſit ómnibus.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Opórtet mulíeres eſſe pudícas, non detrahéntes, ſóbrias, fidéles in ómnibus. 1. *Tim.* 3. 7. 11.

Ant. 2. D. Prudéntiam dóceant adoleſcéntulas, viros ſuos ament, filios ſuos díligant. *Tit.* 2. 4.

Ant. 1. D. * Mulíeres viris ſuis ſúbditæ ſint, ſicut Dómino. *Epheſ.* 5. 22.

℣. Viri caput, Chriſtus eſt: caput autem mulíeris, vir: ℟. Caput verò Chriſti, Deus. 1. *Cor.* 11. 3.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Filii ſanctórum ſumus, & * Non póſſumus ita conjúngi ſicut gentes, quæ ignórant Deum. *Tob.* 8. 5. ℣. Honorábile connúbium in ómnibus, & thorus immaculátus. *Hebr.* 13. 4. * Non póſſumus.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Sunt, quibus prævalére poteſt dæmónium: * Hi namque qui conjúgium ita ſuſcípiunt, ut Deum à ſua mente exclúdant: habet poteſtátem dæmónium ſuper eos. *Tob.* 6. 17. 18. ℣. Hæc eſt volúntas Dei; ut ſciat unuſquíſque vas ſuum poſſidére in ſanctificatióne; non in paſſióne deſidérii. 1. *Theſſ.* 4. 3. 4. 5. * Hi namque.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Si qua múlier fidélis habet virum infidélem, & hic conſéntit habitáre cum illa, non dimíttat virum; * Sanctificátus eſt enim vir infidélis per mulíerem fidélem. 1. *Cor.* 7. 13. 14. ℣. Qui invénit mulíerem bonam, invénit bonum: & haúriet jucunditátem à Dómino. *Prov.* 18. 22. * Sanctificátus eſt. Glória. * Sanctificátus eſt.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Dómine, qui habes ómnium ſciéntiam, tu ſcis quòd nunquam lætáta ſit ancílla tua, niſi in te Dómine Deus. *Eſther* 14. 14. 16. 18.

Ant. 7. d. Tu ſcis Dómine, quia virum cum timóre tuo, non cum libídine mea, conſénſi ſuſcípere. *Tob.* 3. 16. 18.

Ant. 5. a. Perambulábam in innocéntia cordis mei, in médio domûs meæ. *Pſ.* 100. 2.

Ad ómnia mandáta tua
›ar ; ℟. Omnem viam
m ódio hábui. *Pſ.* 118.

:ones in Proprio Sanctorū.
4. *Lect.* ℟. Adjuva me
:m tuam, nullum álud
ım habéntem, niſi te
ne.* Noſti quia óderim
m iniquórum. *Eſther* 14.
;. ℣. Quæ participátio
e cum iniquitáte? 2.*Cor.*
* Noſti quia óderim.
5. *Lect.* ℟. Complácui
itáte tua.* Non ſedi cum
io vanitátis; odívi ecclé-
ıalignántium. *Pſ.* 25. 5.
℣. Corrúmpunt mores
collóquia mala. 1. *Cor.*
. * Non ſedi.
6. *Lect.* ℟. Mundam ſer-
ınimam meam ab omni
piſcéntia. * Nunquam
ludéntibus míſcui me;
|ue cum his, qui in levì-
nbulant, partícipem me
i. *Tob.* 3. 16. 17. ℣. Exul-
píritus meus in Deo ſa-
meo. *Luc.* 1. 47.* Nun-
. Glória. † Neque cum

III. NOCTURNO.
t. 5. a. Accínxit fortitú-
ımbos ſuos, & roborávit
ium ſuum. *Prov.* 31. 17.
. 4. E. Quæſívit lanam &
, & operáta eſt consílio
um ſuárum. *Prov.* 31. 13.
t. 7. c. Conſiderávit ſé-
domûs ſuæ, & panem
non comédit. Prov. 31.

℣. Os ſuum apéruit ſapién-
tiæ, ℟. Et lex cleméntiæ in
lingua ejus. *Prov.* 31. 26.
Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. *Lect.* ℟. Conſídit in ea cor viri ſui : * De nocte ſurréxit, dedítque prædam doméſticis ſuis, & cibária ancíllis ſuis. *Prov.* 31. 11. 15. ℣. Si quis ſuórum, & máximè domeſticórum curam non habet, fidem negávit, & eſt infidéli detérior. 1. *Tim.* 5. 8. * De nocte.

Poſt 8. *Lect.* ℟. Non ſit extrínſecùs induménti veſtimentórum cultus ; ſed qui abſcónditus eſt cordis homo, in incorruptibilitáte modéſti ſpíritûs, qui eſt in conſpéctu Dei lócuples. * Sic & ſanctæ mulíeres ornábant ſe. 1. *Petr.* 3. 3. 4. 5. ℣. Fortitúdo & decor induméntum mulíeris fortis. *Prov.* 31. 25. * Sic & ſanctæ.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Erat in ómnibus famoſíſſima, quóniam * Timébat Dóminum valde, † Nec erat qui loquerétur de illa verbum malum. *Judith* 8. 8. ℣. Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemóſynis quas faciébat. *Act.* 9. 36. * Timébat. Glória. † Nec erat.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Glorificábo nomen tuum in ætérnum : ℟. Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me. *Pſ.* 85. 12. 13.

Pſalmi de Feria.

Antiphona. 2. toni. D.

IN ancílla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam. *Judith* 13. 18.

Ant. 3. a. Erat cor ejus fidúciam habens in Dómino. *Dan* 13. 35.

Ant. 4. E. Habens ſuper lumbos ſuos cilícium, jejunábat ómnibus diébus vitæ ſuæ. *Judith* 8. 6.

Ant. 5. a. Non diſcedébat de templo, jejúniis & obſecratiónibus ſérviens nocte ac die. *Luc.* 2. 37.

Ant. 6. F. Beatíſſimam prædicavérunt; vir ejus & laudávit eam. *Prov.* 31. 28.

Capitulum. *Eccli.* 26. 21.

SIcut ſol óriens mundo in altíſſimis Dei, ſic mulíeris bonæ ſpécies in ornaméntum domûs.

Hymnus. *Santol. Vict.*

O Jam beáta, quæ ſuo
Tandem ſolúta córpore,
Vinclis perennióribus
Uni Deo conjúngitur.

Per quos gradus cœlum petit,
Hâc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos ſolútæ cónjuges.

Insignis & nos féminæ
Sequi decet veſtígia;
Magnum vel ipſis quæ fuit
Virtútis exémplum viris.

Queis arſit illa, fac, Deus,
Flagrémus & nos ígnibus;
Eóque, quo te vis coli,
Amóre, fac, mens te colat.

Æterne tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

℣. Múlier fortis oblectat virum ſuum, ℟. Et annos vitæ illíus in pace implébit. *Eccli.* 26. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Salvábitur múlier, ſi permánſerit in fide, & dilectióne, & ſanctificatióne cum ſobrietáte. 1. *Tim.* 2. 15.

Oratio.

DEus, vita fidélium, glória humílium, & beatitúdo juſtórum, interveniénte beátâ N. propítius réſpice ſupplicum preces; ut ánimæ quæ promiſſiónes tuas ſítiunt, de tuæ caritátis abundántia repleántur; Per Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* In ancílla.

Ad Tertiam, *Ant.* Erat cor ejus.

Capitulum. *Eccli.* 40. 19.

FIlii, & ædificátio civitátis confirmábit nomen, & ſuper hæc múlier immaculáta computábitur.

℟. *breve*, Timor Dómini, * Cum eléctis féminis gráditur, ℟. Timor. ℣. Et cum juſtis & fidélibus agnóſcitur. * Cum eléctis. Glória. ℟. Timor. *Eccli.* 1. 16.

℣. Timor Dómini, ſciéntiæ religióſitas: ℟. Religióſitas cuſtódiet & juſtificábit cor. Eccli. 1. 17.

Ad Sextam, *Ant.* Habens.

Capitulum. 1. *Petr.* 3. 1. 2.

MUlieres ſúbditæ ſint viris ſuis; ut & ſi qui non credunt verbo, per mulierum converſatiónem ſine verbo lucrifiant; conſiderántes in timóre caſtam converſatiónem veſtram.

℟. *breve*, Mandáta Dei * In corde mulieris ſanctæ. ℟. Mandáta. ℣. Fundaménta ætérna ſupra petram ſólidam. * In corde. Glória. ℟. Mandáta. *Eccli.* 26. 24.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus; ℟. Et non ſupplantabúntur greſſus ejus. *Pſ.* 36. 31.

Ad Nonam, *Ant.* Beatíſſimam.

Capitulum. *Eccli.* 36. 26.

QUi póſſidet mulíerem bonam, ínchoat poſſeſſiónem: adjutórium ſecúndùm illum eſt, & colúmna ut réquies.

℟. *breve*, Grátia mulíeris ſédulæ * Delectábit virum ſuum, ℟. Grátia. ℣. Diſciplína illíus datum Dei eſt. * Delectábit. Glória. ℟. Grátia. *Eccli.* 26. 16. 17.

℣. Mulíeris bonæ beátus vir; ℟. Númerus enim annórum illíus duplex. *Eccli.* 26. 1.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 4. *toni.* E.

DAte mulíeri forti de fructu mánuum ſuárum; & *laudent eam in portis ópera ejus.* *Prov.* 31. 31.

Ant. 1. a. Magna facta eſt; erat étiam virtúti cáſtitas adjúncta. *Judith* 16. 25. 26.

Ant. 7. c. Orábat Dóminum Deum Iſraël; & munda manébat in tabernáculo. *Judith* 12. 8.

Ant. 6. F. Sperávit in Deo, & perréxit in præcéptis illíus. 2. *Par.* 17. 3. 4.

Ant. 4. d. Corpus ſuum humiliávit jejúniis; & deprecabátur Dóminum Deum Iſraël. *Eſther* 14. 2. 3.

Capitulum. 1. *Tim.* 2. 8. 9. 10.

VOlo mulíeres oráre in hábitu ornáto, cum verecúndia & ſobrietáte ornántes ſe, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veſte pretióſa; ſed quod decet mulíeres, promitténtes pietátem per ópera bona.

In Duplicibus-majoribus, ℟. Manum ſuam miſit ad fórtia, & dígiti ejus apprehendérunt fuſum: * Manum ſuam apéruit ínopi, & † Palmas ſuas exténdit ad paúperem. *Prov.* 31. 19. 20. ℣. Sic laborántes, opórtet ſuſcípere infírmos, ac meminíſſe verbi Dómini: Beátius eſt magìs dare, quàm accípere. *Act.* 20. 35. * Manum ſuam. Glória. † Palmas ſuas.

Hymnus, O jam beáta, *ſuprà in Laudibus.*

℣. Ora pro nobis Dóminum, ℟. Quóniam múlier ſancta es; *Judith* 8. 29.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. C. Eò quòd caſtitátem amáveris, manus Dómini confortávit te.

& ídeo eris benedícta in ætérnum. *Judith* 15. 11.

COMMUNE SS. VIDUARUM.

Omnia dicuntur ut ſuprà in Officio ſanctarum Mulierum, exceptis quæ notantur infrà.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Poſt Hymnum, ℣. Dóminus pupíllum, & víduam ſuſcípiet; ℟. Et vias peccatórum diſpérdet. *Pſ.* 145. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Vídua eligátur in opéribus bonis teſtimónium habens, ſi fílios educávit, ſi hoſpítio recépit, ſi ſanctórum pedes lavit, ſi tribulatiónem patiéntibus ſubminiſtrávit, ſi omne opus bonum ſubſecúta eſt. 1. *Tim.* 5. 9. 10.

Oratio infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. Quæ verè vídua eſt, & deſoláta, ſperet in Deum, ℟. Et inſtet obſecratiónibus & oratiónibus nocte ac die. 1. *Tim.* 5. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Víduas honóra, quæ verè víduæ ſunt; nam quæ in delíciis eſt, vivens mórtua eſt. Et hoc præcipe, ut irreprehensíbiles ſint. 1. *Tim.* 5. 3. 6. 7.

Oratio.

DEus, in quem ſperat omnis ánima quæ adhuc in terris póſita, ſe verè víduam ſentit ac deſolátam; tribue nobis quæſumus, ut exémplo beátæ N. obſecratiónibus & oratiónibus nocte ac die inſtántes, cœléſtium conſolatiónum mereámur eſſe partícipes; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Non deſpíciet Dóminus preces pupílli; nec víduam, ℟. Si effúndat loquélam gémitûs. *Eccli.* 35. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Hæc vídua confitebátur Dómino; & loquebátur de illo ómnibus, qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2. 37.

COMMUNE SS. POENITENTIUM.

Omnia dicuntur ut in Communi SS. Laïcorum, exceptis quæ ſequuntur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Poſt Hymnum, ℣. Dixi: Confitébor advérsùm me injuſtítiam meam Dómino; ℟. Et tu remiſiſti impietátem peccáti mei. *Pſ.* 31. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Dómine Deus meus, poſtquam convertíſti me, egi pœniténtiam: erúbui, quóniam ſuſtínui oppróbrium adoleſcéntiæ meæ. *Jer.* 31. 18. 19.

Oratio infrà in Laudibus, niſi ſit propria.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. Miſericórdia tua magna eſt ſuper me,

℟. Et eruíſti ánimam meam ex inférno inferióri. *Pſ.* 85. 13.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Pœniténtibus dedit Deus viam juſtítiæ. Quàm magna miſericórdia Dómini, & propitiátio illíus converténtibus ad ſe! *Eccli.* 17. 20. 28.

Oratio.

DA quæſumus omnípotens Deus, ut beátus N. qui tuis donis éxtitit gloriόſus, apud te pro noſtris criminibus exíſtat interventor idóneus; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Benedíctus Deus, qui non amóvit oratiónem meam, ℟. Et miſericórdiam ſuam á me. *Pſ.* 65. 20.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Ubi abundávit delíctum, ſuperabundávit grátia; ut ſicut regnávit peccátum in mortem, ita & grátia regnet per juſtítiam in vitam ætérnam, per Jeſum Chriſtum. *Rom.* 5. 20.

OFFICIUM Bᵀᴬᴱ MARIÆ IN SABBATO.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM.

In Vesperis *Feria ſexta præcedentis*, *Pſalmi & Antiphonæ dicuntur ut in Pſalterio.*

Capitulum. *Iſai.* 11. 1. 2.

EGrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcéndet, & requiéſcet ſuper eum Spíritus Dómini.

Hymnus.

AVe radix Jeſſe,
Quæ Patris ætérni
Verbum carnem factum
Peperíſti Virgo.

Tu mons de quo parvus
Sciſſus ſine manu
Lapis univérſum
Adimplévit orbem.

Tu, quam adumbrábant
Vellus Gedeónis,
Rubus incombúſtus,
Et Arónis virga.

Mulieres inter
Omnes benedícta,
Jugi tuum prece
Mater flecte Natum.

Per hunc tu ſerpéntis
Contrivíſti caput,
Per hunc victa mors eſt,
Reparáta vita.

Fac ut nobis mores
Præſtet ille puros,
Det nobis ætérnâ
Secum vitâ frui.

* Sit laus ſumma Patri,
Sit laus Nato compar,
Cum Spíritu-ſáncto:
Tribus honor unus. Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino, ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo: quia reſpéxit humilitátem ancíllæ ſuæ. *Luc.* 1. 47. 48.

Oratio infrà in Laudibus.

Deinde fit Commemoratio de Feſto Simplici, ſi quod occurrat.

Completorium, ut in Pſalterio. *Ab Octava Epiphaniæ*

mus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus autórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum; Qui tecum vivit.

A Præſentatione Domini ad Septuageſimam,

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſſióne, à præſénti liberári triſtítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio de Feſto Simplici, ſi quod occurrat.

AD HORAS, *in fine Hymnorum, Doxologia,*

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu
In ſempitérna ſécula. Amen.

Pſalmi de Sabbato, ut in Pſalt.

AD PRIMAM, *Ant.* 2. D. Multæ fíliæ congregavérunt divítias; tu ſupergréſſa es univérſas. *Prov.* 31. 29.

Capitulum, Regi ſeculórum, *ut in Pſalterio.*

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.

AD TERTIAM, *Ant.* 4. *irreg.* c. Benedíctus Dóminus qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum. *Judith* 13. 24.

Capitulum. *Gen.* 3. 14. 15.

AIt Dóminus Deus ad ſerpéntem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen illíus: ipſa cónteret caput tuum.

℟. *breve*, Benedíxit te Dóminus * In virtúte ſua; ℟. Benedíxit. ℣. Quia per te ad níhilum redégit inimícos noſtros. * In virtúte. Glória. ℟. Benedíxit. *Judith* 13. 22.

℣. Nova bella elégit Dóminus, ℟. Et portas hóſtium ipſe ſubvértit. *Judic.* 5. 8.

AD SEXTAM, *Ant.* 7. c. Per manum féminæ percúſſit illum Dóminus Deus noſter. *Judith* 13. 19.

Capitulum. *Apoc.* 12. 9.

PRojéctus eſt draco ille magnus, ſerpens antíquus, qui vocátur diábolus & ſátanas qui ſedúcit univérſum orbem.

℟. *breve*, Dóminus omnípotens * Nócuit eum, ℟. Dóminus. ℣. Et trádidit eum in manus féminæ. * Nócuit. Glória. ℟. Dóminus. *Judith* 16. 7.

℣. Salvátæ ſunt relíquiæ pópuli; ℟. Dóminus in fórtibus dimicávit. *Judic.* 5. 13.

AD NONAM, *Ant.* 1. a. Deus oſténdet ſplendórem ſuum in te, omni qui ſub cœlo eſt. *Bar.* 5. 3.

Capitulum. *Judith* 13. 25.

NOmen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

℟. breve, Vocábunt te * Civitátem Dómini, ℟. Vocábunt. ℣. Sion ſancti Iſraël.

ıtem. Glória. ℞. Vo-
Iſai. 60. 14.
.orióſa dicta ſunt de te,
itas Dei. *Pſ.* 86. 3.
)NES SEQUENTES
tur ſingulis menſibus
)fficio Beatæ Mariæ
in Sabbato.
SE JANUARIO.
.ibro ſancti Irenæi
ſcopi & mártyris
dvérsùs hæreſes.
. c. 19. *Lectio* iij.
ıniféſtè in ſua própria
eniéntem Dóminum,
próprià eum bajulánte
ɔne, quæ bajulátur ab
recapitulatiónem ejus,
ligno fuit inobedién-
r eam quæ in ligno eſt
ıtiam, faciéntem, & ſe-
.em illam ſolútam, quâ
eſt male illa, quæ jam
ſtináta erat virgo Heva,
itátem evangelizáta eſt
ɔ Angelo jam ſub viro
Maria. Quemádmodum
lla per Angeli ſermó-
:dúcta eſt, ut effúgeret
, prævaricáta verbum
ita & hæc per Angéli
rmónem evangelizáta
portáret Deum, obé-
:jus verbo. Et ſi ea in-
rat Deo; ſed hæc ſuáſa
díre Deo, uti vírginis
Virgo María fieret ad-
Et quemádmodum ad-
ı eſt morti genus hu-
ı per vírginem, ſalvá-
vírginem: æquâ lance
, *virginális* inobe-
diéntia, per virginálem obediéntiam.

MENSE FEBRUARIO.

Sermo ſancti Gregórii Nyſſéni.

Orat. in Nat. Chriſti, poſt med.

Lectio iij.

Audi pudícam vírginis vocem. Angelus partum núntiat: at illa virginitáti inhæret, & integritátem angélicæ demonſtratióni anteponéndam júdicat: nec Angelo fidem non habet, nec à propóſito recédit ſuo. Interdíxi, inquit, mihi conſuetúdine viri. [Quómodo iſtud erit mihi; quóniam virum non cognóſco?] Hæc Maríæ vox declárat, ea quæ ex hiſtória incérti autóris commemorávi, non eſſe pénitus abſúrda. Si enim liberórum causâ ducta fuíſſet à Joſeph, quómodo paritúram Angelo prænuntiánti ſe rem novam & aliénam audíre præ ſe tulíſſet, cum ipſa quoque ſe ſe obſtrinxíſſet natúræ lege, ut aliquándo mater eſſet. Verùm quia carnem Deo conſecrátam, tanquam ſanctum áliquod oblátum munus, oportébat intáctam integrámque præſtáre; idcírco, Licèt, inquit, Angelus ſis, licèt è cœlo vénias, licèt id quod oſténditur natúram ſúperet humánam; tamen me virum cognóſcere nefas eſt; quómodo ſine viro mater ero? Joſeph enim ſponſum novi, ſed virum non cognóſco.

OFFICIUM PARVUM
B^TÆ^ MARIÆ.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Dómine lábia mea, &c.

Invitatorium, Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

O Quàm gloríficâ luce coruſcas,
Stirpis Davídicæ régia proles,
Sublímis réſidens virgo María,
Supra Cœlígenas ætheris omnes!

Tu cum virgíneo mater honóre,
Cœlórum Dómino péctoris aulam
Sacris viſcéribus caſta dedíſti;
Humános Deus hinc índuit artus.

Quem cunctus vénerans orbis adórat,
Cui nunc rite genu fléctitur omne,
A quo, te précibus ſubveniénte,
Ætérni pétimus gaúdia regni.

Divinæ Sóboli, qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen. Amen.

IN I. NOCTURNO.
Feriâ II. & V.

Ant. ſola 4. f. Appáruit.

Pſalmus 18.

COeli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum,* & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum; * & ipſe tanquam ſponſus procédens de thálamo ſuo:

Exultávit ut gigas ad curréndam viam: * à ſummo cœlo egréſſio ejus,

Et occúrſus ejus uſque ad ſummum ejus; * nec eſt qui ſe abſcóndat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetípſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multùm; * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit

cuſtodiéndis illis re-
multa.
ſta quis intélligit? * ab
meis munda me, & ab
parce ſervo tuo.
ei non fúerint dominá-
c immaculátus ero, *
ndábor à delícto má-

runt ut compláceant
oris mei; * & medi-
rdis mei in conſpéctu
nper.
nine adjútor meus, *
mptor meus.

Pſalmus 44.

ctávit cor meum ver-
n bonum: * dico ego
nea Regi.
na mea cálamus ſcribæ*
er ſcribéntis.
ióſus formâ præ fíliis
m, diffúſa eſt grátia in
ris: * proptérea bene-
Deus in ætérnum.
ngere gládio tuo ſuper
uum, * potentíſſime,
ie tuâ, & pulcritúdine
nténde, próſperè pro-
& regna.
ter veritátem, & man-
nem, & juſtítiam; * &
te mirabíliter déxtera

tæ tuæ acútæ, * pópuli
adent, in corda inimi-
Regis.
s tua Deus in ſéculum
* virga directiónis,
egni tui.
xiſti juſtítiam, & odíſti
*tem: * proptérea unxit*
te Deus, Deus tuus óleo lætí-
tiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtiméntis tuis, à dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúndata varietáte.

Diviſio Pſalmi 44.

AUdi fília, & vide, & inclína aurem tuam; * & oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupíſcet Rex decórem tuum; * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis ab intus; * in fímbriis aúreis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines poſt eam, * próximæ ejus afferéntur tibi;

Afferéntur in lætítia & exultatióne, * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii: * cc ſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, * & in ſéculum ſéculi.

Ant. Appáruit Móyſi Dóminus in flamma ignis de médio rubi; & vidébat quòd rubus ardéret, & non comburerétur. *Exod.* 3. 2.

℣. Miſericórdia, & véritas obviavérunt ſibi, ℟. Juſtitia & pax oſculátæ ſunt. *Pſ.* 84. 11.

Pater. *Lectiones infrà.*

IN II. NOCTURNO.

Feriâ III. & VI.

Ant. ſola 8. G. Cùm virgas.

Pſalmus 45.

DEus noſter refúgium & virtus; * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculò.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram: * aúferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus; * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Pſalmus 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis * in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univérſæ terræ mons Sion látera Aquilónis, * cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt, * convenérunt in unum.

Ipſi vidéntes ſic admiráti ſunt, * conturbáti ſunt, commóti ſunt:

Tremor apprehéndit eos; * ibi dolóres ut parturiéntis.

In ſpíritu veheménti * cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suſcépimus Deus miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secúndùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Judæ, * propter judícia tua Dómine.

Circúndate Sion, & compleſtímini eam; * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus, & diſtribúite domos ejus, * ut enarrétis in progénie áltera;

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in ætérnum, & in ſéculum ſéculi: * ipſe reget nos in ſécula.

Pſalmus 84.

BEnedixíſti Dómine terram tuam, * avertíſti captivitátem Jacob.

Remisíſti iniquitátem plebis tuæ, * operuíſti ómnia peccáta eórum.

Mitigáſti omnem iram tuam; * avertíſti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus ſalutáris noſter, * & avérte iram tuam à nobis.

Nunquid in ætérnum iraſcéris nobis? * aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus tu convérſus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam, * & ſalutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam,

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertúntur ad cor.

Verúntamen prope timéntes eum ſalutáre ipſius, * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi, * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit, * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. Cùm virgas poſuíſſet Móyſes coram Dómino, invénit germináſſe virgam Aáron. *Num.* 17. 7. 8.

℣. Véritas de terra orta eſt;

℟. Et juſtítia de cœlo proſpéxit. *Pſ.* 84. 12.

Pater. *Lectiones infrà.*

IN III. NOCTURNO.

Feriâ IV. & Sabbato.

Ant. ſola 5. a. Abſcíſſus eſt lapis.

Pſalmus 86.

FUndaménta ejus in móntibus ſanctis: * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum; * hi fuérunt illic.

Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea; * & ipſe fundávit eam Altíſſimus?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum; * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium * ómnium habitátio eſt in te.

Pſalmus 96.

DOminus regnávit, exúltet terra, * læténtur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus; * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriántur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit, & lætáta eſt Sion;

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram; * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dílígitis Dóminum, odíte malum: * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini juſti in Dómino; * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Pſalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum, * in conſpéctu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſraël.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo omnis terra; * cantáte, & exultáte, & pſállite.

Pſállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce pſalmi; * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpéctu Regis Dómini; * moveátur mare, & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpéctu Dómini; * quóniam venit judicáre terram:

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Abſcíſſus eſt lapis de monte ſine mánibus; lapis autem factus eſt mons magnus, & implévit univérſam terram. Dan. 2. 34. 35.

℣. Recordátus eſt miſeri-

córdiæ ſuæ, ℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97. 4.

Pater.

Benedictio, Deus det nobis, &c. *poſt Pſalterium.*

De Sermóne ſancti Bernárdi abbátis.

Super Miſſus eſt, *Homil.* III. §. 8. *Lectio* j.

BEnedícta tu in mulíeribus.] Ecce, Virgo, factúrus eſt tibi magna qui potens eſt, in tantùm ut pro maledictióne Iſraël, beátam te dicant omnes generatiónes. Nec ſuſpéctam hábeas, prudens Virgo, fecunditátem, quia non aúferet integritátem. Concípies, ſed ſine peccáto. Grávida eris, ſed non graváta. Páries, ſed non cum triſtítia: néſcies virum, & gignes fílium. Qualem fílium? Illíus eris mater, cujus Deus eſt Pater. Fílius patérnæ claritátis erit coróna tuæ caſtitátis. Sapiéntia patérni cordis erit fructus úteri virginális. Deum dénique páries, & de Deo concípies.

℟. Benedícam ei, *ſuprà*, lxxiv.

Benedictio, Dignos, &c.

Lectio ij.

COnfortáre ergo, Virgo fecúnda, caſta puérpera, mater intácta: quia non eris in Iſraël ultrà maledícta, neque inter ſtériles deputáta. Et ſi adhuc maledíceris ab Iſraël ſecúndùm carnem, non quia ſtérilem vident, ſed quia fecúndam invident. Meménto quòd & Chriſtus maledíctum pertulit crucis, qui te ſuam matrem benedíxit in cœlis: ſed & in terris ab Angelo benedícta, & à cunctis generatiónibus terræ méritò beáta prædicáris. [Benedícta ergo tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui.]

℟. Páriet, *ſuprà*, lxxiv.

Benedictio, Aperiántur, &c.

§. 9. *Lectio* iij.

QUæ cùm audíſſet turbáta eſt in ſermóne ejus, & cogitábat quális eſſet iſta ſalutátio.] Solent vírgines, quæ verè vírgines ſunt, ſemper pávidæ & nunquam eſſe ſecúræ; & ut cáveant timénda, étiam tuta pertiméſcere, ſciéntes ſe in vaſis fictílibus theſaúrum portáre pretióſum, & nimis árduum eſſe vívere angélicè inter hómines, & in terris more cœléſtium converſári, & in carne cœlibem ágere vitam. Ac proínde quidquid novum, quidquid ſúbitum fúerit ortum, ſuſpéctas habent inſídias, totum contra ſe æſtimant machinátum. Idcírco & [María turbáta eſt in ſermóne Angeli.] Turbáta eſt, ſed non perturbáta.

℟. Deus, *ſuprà*, lxxv.

Non dicitur Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerd.* Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípſum. *Pſ.* 33. 4.

Ant. ſola 1. a. Sicut lux.

Pſalmus, Dóminus regnávit, 10.

Pſalmus, Jubiláte Deo, 10.

Pſalmus, Deus miſereátur noſtrî, 77.

Canticum.

Judith. 13. 17. *ad* 18.

LAudáte Dóminum Deum noſtrum, * qui non deſéruit ſperántes in ſe:

Et in me ancílla ſua adimplévit misericórdiam ſuam, * quam promíſit dómui Iſraël:

Et interfécit in manu mea * hoſtem pópuli ſui.

Pſalmus, Laudáte Dóminum in ſanctis ejus, 12.

Ant. Sicut lux auróræ, oriénte ſole, manè abſque núbibus rútilat. 2. *Reg.* 23. 4.

Capitulum. *Cant.* 6. 9.

QUæ eſt iſta, quæ progréditur quaſi auróra conſúrgens, pulcra ut luna, elécta ut ſol, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta?

Hymnus.

O Glorióſa Vírginum,
Regína cœlo célſior,
Quanto, María, fénore
Reddis quod Heva pérdidit!

CUNCTIS Deum Virgo paris
Deſiderátum géntibus:
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redémptæ plaúdite.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Elégit eam Dóminus ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. *f.* * *Ubi* venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege; ut eos qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. *Gal.* 4. 4. 5.

Oratio.

DEus, qui de beatæ Mariæ vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem ſuſcípere voluíſti; præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur; Per eúndem.

AD HORAS.

Hymnus.

MEMENTO, de Deo Deus,
Quòd matre natus Vírgine,
Noſtrî miſértus, pérditi
Mundi redémptor véneris.

ET nos, Dei Virgo parens,
Vultu benígno réſpice:
Placábilem tuâ prece
Fac eſſe nobis Fílium.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu
In ſempitérna ſécula. Amen.

AD PRIMAM.

Pſalmus 71.

DEus judícium tuum regi da, * & juſtítiam tuam filio regis,

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & paúperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit paúperes pópuli, & ſalvos fáciet fílios paúperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole, & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcéndet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Diviſio Pſalmi 71.

ORiétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharſis, & ínſulæ múnera ófferent; * reges Arabum, & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ; * omnes gentes ſérvient ei:

Quia liberábit paúperem à potènte, * & paúperem cui non erat adjútor.

Altera diviſio Pſalmi 71.

PArcet paúperi & ínopi, * & ánimas paúperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper; * totâ die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus, * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in ſécula, * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipſo omnes tribus terræ; * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedíctum nomen majeſtátis ejus in ætérnum; & replébitur majeſtáte ejus omnis terra. * Fiat, fiat.

Ant. Multæ fíliæ congregavérunt divítias; tu ſupergréſſa es univérſas. *Prov.* 31. 29.

Capitulum. *Gen.* 22. 17. 18.

POſſidébit ſemen tuum portas inimicórum ſuórum, & benedicéntur in ſémine tuo omnes gentes terræ.

℟. *breve*, Benedicéntur in ipſo * Omnes tribus terræ; ℟. Benedicéntur. ℣. Omnes gentes magnificábunt eum. * Omnes. Glória. ℟. Benedicéntur. *Pſ.* 71. 17.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altiſſimus. ℟. Deus in médio ejus. *Pſ.* 45. 5. 6.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis; & beátæ Maríæ ſemper vírginis patrocíniis confidéntes, à cunctis hóſtibus & perículis redde ſecúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Pſalmus, Crédidi, 43.

Pſalmus, Laudáte Dóminum omnes gentes, 43.

Pſalmus, Ad Dóminum, 43.

Ant. Capitulum & ℟. breve, ſuprà, lxxvj.

Oratio.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Mariæ virginitáte fecúndâ, humáno géneri præmia præſtitiſti; tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus autórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum; Qui tecum vivit.

AD SEXTAM.

Pſalmus, Levávi óculos, 44.

Pſalmus, Ad te levávi, 60.

Pſalmus, Niſi quia, 60.

Ant. Capitulum & ℟. breve, ſuprà, lxxvj.

Oratio.

COrdibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde; & intercedénte ſanctiſſimâ Dei genitríce Maríâ, córpora noſtra caſtitáte, & mentes noſtras humilitáte & caritáte ſanctífica; Per eúndem Dóminum.

AD NONAM.

Pſalmus, Qui confídunt, 61.

Pſalmus, In converténdo, 61.

Pſalmus, Beáti omnes, 77.

Ant. Capitulum & ℟. breve, ſuprà, lxxvj.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæſumus Dómine, delictis ignóſce; ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, genitrícis filii tui Dómini noſtri interceſſióne ſalvémur; Per eúndem Dóminum.

AD VESPE

Antiphona ſola 4. E dícta tu.

Pſalmus 109.

DIxit Dóminus D meo; * Sede à meis,

Donec ponam i tuos * ſcabéllum pedı rum.

Virgam virtútis tua tet Dóminus ex Sion mináre in médio inim tuórum.

Tecum princípium virtútis tuæ, in ſplen ſanctórum: * ex úte lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, pœnitébit eum; * Tu cérdos in ætérnum ſe órdinem Melchíſedech

Dóminus à dextris confrégit in die iræ ſu

Judicábit in natio implébit ruínas, * con bit cápita in terra mult

De torrénte in via b proptérea exaltábit ca

Pſalmus 112.

LAudáte púeri Dóm laudáte nomen D

Sit nomen Dómini b ctum * ex hoc nunc & in ſéculum.

A ſolis ortu uſque a ſum * laudábile nome mini.

Excélſus ſuper omn tes Dóminus, * & ſupe glória ejus.

Quis ſicut Dóminu

, * qui in altis hábitat,
nília réſpicit in cœlo,
:erra ?
itans à terra ínopem,* &
core érigens paúperem,
cóllocet eum cum prin-
s, * cum princípibus
i ſui;
habitáre facit ſtérilem
no, * matrem filiórum
em.

Pſalmus 121.

.tátus ſum in his quæ
ćta ſunt mihi; * In do-
Dómini íbimus.
ıtes erant pedes noſtri *
is tuis, Jerúſalem;
íſalem, quæ ædificátur
.tas, * cujus participátio
ı idípſum:
c enim aſcendérunt tri-
ribus Dómini, teſtimó-
.ſraël, * ad confiténdum
i Dómini:
a illic ſedérunt ſedes in
, * ſedes ſuper domum
.
áte quæ ad pacem ſunt
em; * & abundántia
tibus te.
pax in virtúte tua, * &
intia in túrribus tuis.
pter fratres meos, &
ıos meos, * loquébar
de te.
ter domum Dómini Dei
* quæſívi bona tibi.

Pſalmus 126.

i Dóminus ædificáverit
omum, * in vanum la-
runt qui ædíficant eam.
Dóminus cuſtodíerit
civitátem; * fruſtrà vígilat qui
cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem
ſúrgere: * ſúrgite poſtquam
ſedéritis, qui manducátis pa-
nem dolóris.

Cùm déderit diléctis ſuis
ſomnum, * ecce heréditas Dó-
mini, filii; merces, fructus
ventris.

Sicut ſagíttæ in manu po-
téntis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſi-
dérium ſuum ex ipſis; * non
confundétur cùm loquétur
inimícis ſuis in porta.

Pſalmus 147.

Lauda Jerúſalem Dómi-
num; * lauda Deum tuum
Sion.

Quóniam confortávit ſeras
portárum tuárum; * benedí-
xit filiis tuis in te:

Qui póſuit fines tuos pa-
cem; * & ádipe fruménti ſá-
tiat te:

Qui emíttit elóquium ſuum
terræ; * velóciter currit ſermo
ejus:

Qui dat nivem ſicut la-
nam, * nébulam ſicut cínerem
ſpargit:

Mittit cryſtállum ſuam ſicut
buccéllas; * ante fáciem frí-
goris ejus quis ſuſtinébit?

Emíttet verbum ſuum, &
liquefáciet ea; * flabit ſpíritus
ejus, & fluent aquæ:

Qui annúntiat verbum ſuum
Jacob, * juſtítias & judícia
ſua Iſraël.

Non fecit táliter omni na-

ctióni ; * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. Benedícta tu à Deo tuo in omni tabernáculo Jacob. *Judith* 13. 31.

Capitulum. Eccli. 24. 12. 13.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi : in Jacob inhábita, & in Iſraël hereditáre, & in eléctis meis mitte radíces.

Hymnus, Ave radix Jeſſe, *ſuprà*, lxxiij.

℣. Vultum tuum deprecabúntur ℟. Omnes dívites plebis. *Pſ.* 44. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Tu glória Jerúſalem, tu lætítia Iſraël, tu honorificéntia pópuli noſtri : eò quòd caſtitátem amáveris, ídeo & manus Dómini confortávit te, & ídeo eris benedícta in ætérnum. *Judith* 15. 10. 11.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére ; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſſióne, à præſénti liberári triſtítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ ; Per Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Convérte nos Deus, &c.

Deus in adjutórium, &c.

Ant. 8. G. Beáta.

Pſalmus, Sæpe expugnavérunt me, 78.

Pſalmus, De profúndis, 78.

Pſalmus, Dómine non eſt exaltátum, 78.

Ant. Beáta quæ credidíſti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45.

Hymnus.

VIrgo Dei génitrix,
Quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit
Víſcera, factus homo.
Quem paris, hic tollit
Totíus crímina mundi;
Et tibi virgínitas
Invioláta manet.
Te matrem pietátis
Opem te flágitat orbis ;
Subvénias fámulis,
O benedícta, tuis.
Glória magna Patri,
Sit par tibi glória, Nate;
Glória ſit compar,
Spíritus alme, tibi. Amen.

Capitulum. Cant. 6. 8.

VIdérunt eam fíliæ, & beatíſſimam prædicavérunt.

℣. Adducéntur Regi vírgines poſt eam, ℟. Próximæ ejus afferéntur tibi. *Pſ.* 44. 15.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 4. *irreg.* c. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1. 42.

Oratio.

BEátæ & glorióſæ ſemperque vírginis Maríæ, quæſumus Dómine, interceſſio glorióſa nos prótegat, & ad vitam perdúcat ætérnam ; Per.

℣. Dóminus vobíſcum ;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

SOLEMNE.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* f. *Duplic.*

ÆDificávit Noë altáre Dómino; & óbtulit holocaúſta ſuper altáre: odoratúſque eſt Dóminus odórem ſuavitátis. *Gen.* 8. 20. 21.

Ant. 4. E. Lápidem Jacob eréxit in títulum, fundens óleum déſuper; vovit étiam votum, dicens: Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iſte vocábitur domus Dei. *Gen.* 28. 18. 20. 21. 22.

Ant. 3. E. Locútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Fílii Iſraël fácient mihi ſanctuárium, & habitábo in médio eórum. *Exod.* 25. 1. 8.

Ant. 8. G. Complévit Móyſes tabernáculum, & eréxit illud, unxítque & ſanctificávit, altáre ſimíliter & ómnia vaſa ejus. *Num.* 7. 1.

Ant. 5. a. Opéruit nubes tabernáculum teſtimónii, & glória Dómini implévit illud; majeſtáte Dómini coruſcánte. *Exod.* 40. 32. 33.

Capitulum. *Ezech.* 37. 26. 27.

HÆc dicit Dóminus: Percútiam fíliis Iſraël fœdus pacis, pactum ſempitérnum erit eis; & fundábo eos, & multiplicábo, & dabo ſanctificatiónem meam in médio eórum in perpétuum: & erit tabernáculum meum in eis.

℟. David invénit grátiam ante Deum, & pétiit ut inveníret tabernáculum Deo Jacob.* Sálomon autem ædificávit illi domum. *Act.* 7. 46. 47. ℣. Dixit David ad Salomónem: Fili mi, ſit Dóminus tecum, & proſperáre, & ædífica domum Dómino Deo tuo, ſicut locútus eſt de te. 1. *Par.* 22. 7. 11. * Sálomon. Glória. *Repetitur* ℟. David.

Hymnus.

URBS beáta, vera pacis
Víſio, Jeruſalem,
Quanta ſurgit! celſa ſaxis
Cónditur vivéntibus:
Quæ polívit, hæc coáptat
Sédibus ſuis Deus.

SINGULIS ex margarítis
Síngulæ portæ nitent:
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus:
Anguláris petra Chriſtus
Fundat urbis mœnia.

EJUS eſt ſol cæſus Agnus,
Ejus eſt templum Deus:
Æmulántes hic Beáti
Purióres Spíritus,
Laude jugi numen unum
Terque ſanctum cóncinunt.

Undequaque ſunt apérta
Civitátis óſtia :
Quiſquis ambit huc veníre,
Inſeríque mœnibus,
Antè duris hic probári
Débuit labóribus.

Sit perénnis laus Parénti,
Sit perénnis Filio ;
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perénnis, Spíritus,
Chriſma cujus nos inúngens,
Viva Templa cónſecrat. Amen.

℣. Vocábunt Jerúſalem ſólium Dómini; ℟. Et congregabúntur ad eam omnes gentes in nómine Dómini. *Jer.* 3. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F. Duplic.* Vénient portántes holocaúſtum, & víctimam, & ſacrificium, & thus, & ínferent oblatiónem in domum Dómini. *Jer.* 17. 26.

Oratio.

Deus, qui de vivis & eléctis lapídibus ætérnum Majeſtáti tuæ præparas habitáculum, auxiliáre pópulo tuo ſupplicánti; ut quod Eccléſiæ tuæ corporálibus próficit ſpátiis, ſpirituálibus amplificétur augméntis; Per Dóminum.

Nulla Commemoratio.

Completorium, *ut in die, infrà. Orationes*, Deus qui de vivis, *ſuprà, &* Véritas, *ſub una concluſione.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatórium, Dóminum in templo ſancto ſuo, * Veníte, adorémus. *Habac.* 2. 20.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

Ecce ſedes hìc Tonántis,
Ecce cœli jánua:
Hìc ſacérdos, ara, templum,
Hìc Deus fit hóſtia:
Incruéntâ morte jugis
Hìc amor litat Deum.

Qualis ara, quanta ſedes,
Ipsíus capax Dei !
Quem nec univérſa terra,
Omne nec cœlum capit,
Orbe parvo ſe coárctans
Hìc latére ſúſtinet.

Quam libénter hìc pudícis
Inſerit ſe córdibus !
Hìc amántis tota Chriſti
Exerit ſe cáritas;
Hìc Pater caros ſedére
Geſtit inter filios.

Hinc facéſſe quem profána
Pólluit contágio;
Neu ſacrum transíre limen
Inquinátus aúdeas :
Ultor aſtat cum flagéllis,
Púniens ſontes Deus.

Sit perénnis laus Parénti,
Sit perénnis Fílio;
Laus tibi qui nectis ambos,
Sit perénnis, Spíritus,
Chriſma cujus nos inúngens,
Viva templa cónſecrat.
Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 1. a. *Duplicatur.* Salomóni ſubjécit Deus omnes hoſtes, ut cónderet domum in nómine ſuo, & paráret ſanctitátem in ſempitérnum. *Eccli.* 47. 15.

Pſalmus, Verba mea, 4.

Ant. 4. E. Obtulit ſacrificium dedicatiónis & conſum-

ationis templi ; & octo diéis celebrávit dedicatiónem. *Mach.* 2. 9. 12.

Pſalmus, Dómini eſt ter-, 38.

Ant. 3. E. Cùm compléſſet álomon fundens preces, ignis eſcéndit de cœlo, & devoivit holocaúſta ; & majéſtas ómini implévit domum. 2. *ar.* 7. 1.

Pſalmus, Júdica me Dóiine, 39.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus. ℟. Deus medio ejus. *Pſ.* 45. 5. 6.

De libro ſecúndo Paralipómenon.

Lectio j. *c.* 7. 1. *ad* 5.

Cum compléſſet Sálomon fundens preces, ignis deſcéndit de cœlo, & devorávit olocaúſta & víctimas ; & ajéſtas Dómini implévit doium. Nec póterant Sacerdóes íngredi templum Dómini, ò quòd impléſſet majéſtas ómini templum Dómini. ed & omnes filii Iſraël vidéant deſcendéntem ignem, & lóriam Dómini ſuper doium ; & corruéntes proni in erram ſuper paviméntum ſtraum lápide, adoravérunt, & audavérunt Dóminum : Quóiam bonus, quóniam in ſéulum miſericórdia ejus. Rex utem, & omnis pópulus, mmolábant víctimas coram ómino. Mactávit ígitur rex álomon *hóſtias, boum viínti duo míllia ; aríetum cen*tum vigínti míllia ; & dedicávit domum Dei rex, & univérſus pópulus.

℟. Filii Iſraël vidébant deſcendéntem ignem, & glóriam Dómini ſuper domum : * Et corruéntes proni ſuper paviméntum, adoravérunt Dóminum. 2. *Par.* 7. 3. ℣. Implétum eſt templum fumo à majeſtáte Dei, & de virtúte ejus. *Apoc.* 15. 8. * Et corruéntes.

Lectio ij. ℣. *6. ad 9.*

Sacerdótes autem ſtabant in officiis ſuis : & Levítæ in órganis cárminum Dómini, quæ fecit David rex ad laudándum Dóminum : Quóniam in ætérnum miſericórdia ejus ; hymnos David canéntes per manus ſuas. Porrò Sacerdótes canébant tubis ante eos, cunctúſque Iſraël ſtabat. Sanctificávit quoque Sálomon médium átrii ante templum Dómini : obtúlerat enim ibi holocaúſta & ádipes pacificórum ; quia altáre æneum quod fécerat, non póterat ſuſtinére holocaúſta, & ſacrifícia ; & ádipes. Fecit ergo Sálomon ſolemnitátem in témpore illo ſeptem diébus, & omnis Iſraël cum eo, eccléſia magna valde, ab intróitu Emath uſque ad torréntem Ægypti. Fecítque die octávo collectam, eò quòd dedicáſſet altáre ſeptem diébus, & ſolemnitátem celebráſſet diébus ſeptem.

℟. Verè Dóminus eſt in loco iſto : * Quàm terríbilis eſt lo-

cus iſte! Non eſt hìc áliud niſi domus Dei, & porta cœli. *Gen.* 28.16.17. ℣. Si quis templum Dei violáverit, diſpérdet illum Deus. 1. *Cor.* 3. 17.* Quàm.

Lectio iij. ℣. 12. *ad* 16.

APpáruit autem Salomóni Dóminus nocte, & ait: Audívi oratiónem tuam, & elégi locum iſtum mihi in domum ſacrificii. Si claúſero cœlum, & plúvia non flúxerit, & mandávero & præcépero locúſtæ ut dévoret terram, & míſero peſtiléntiam in pópulum meum: convérſus autem pópulus meus, ſuper quos invocátum eſt nomen meum, deprecátus me fúerit, & exquiſíerit fáciem meam, & égerit pœniténtiam à viis ſuis péſſimis: & ego exaúdiam de cœlo, & propítius ero peccátis eórum, & ſanábo terram eórum. Oculi quoque mei erunt apérti, & aures meæ eréctæ ad oratiónem ejus qui in loco iſto oráverit: elégi enim, & ſanctificávi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempitérnum, & permáneant óculi mei, & cor meum ibi cunctis diébus.

℟. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis. Et ipſi pópulus ejus erunt, * Et † Ipſe Deus cum eis erit eórum Deus. *Apoc.* 21. 3. ℣. Ergóne credíbile eſt ut hábitet Deus cum homínibus ſuper terram? 2. *Par.* 6. 18. * *Et ipſe.* Glória. † Ipſe.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. C. *Duplic.* Qui adhærent Dómino, ut colant eum, lætificábo eos in domo oratiónis meæ. *Iſai.* 56. 6. 7.

Pſalmus, Afférte Dómino, 41.

Ant. 4. *irreg.* c. Holocaúſta eorum, & víctimæ eórum placébunt mihi ſuper altári meo. *Iſai.* 56. 7.

Pſalmus, Deus noſter refúgium, 63.

Ant. 7. *d.* Glória Líbani véniet ad ornándum locum ſanctificatiónis meæ, & locum pedum meórum glorificábo. *Iſai.* 60. 13.

Pſalmus, Magnus Dóminus, 64.

℣. Habitábo in médio filiórum Iſraël, ℟. Et non derelínquam pópulum meum. 3. *Reg.* 6. 13.

Sermo ſancti Bernárdi abbátis.

In Dedic. Serm. 1. §. 1.

Lectio iv.

FEſtívitas hodiérna, fratres, tantò nobis debet eſſe devótior, quantò familiárior eſt. Nam céteras quidem ſanctórum ſolemnitátes cum eccléſiis áliis habémus commúnes: hæc verò ſic nobis eſt própria, ut necéſſe ſit, vel à nobis eam, vel à némine celebrári. Noſtra eſt, quia de eccléſia noſtra: magis autem noſtra, quia de nobis ipſis. Mirámini fórſitan & erubéſcitis celebrári feſta de vobis: ſed nolite fieri ſicut equus &

mulus, quibus non eſt intellèctus. Quid enim lápides iſti potuérunt ſanctitátis habére, ut eórum ſolémnia celebrémus? Habent útique ſanctitátem, ſed propter córpora veſtra. An verò córpora veſtra ſancta eſſe quis dúbitet, quæ templum ſancti-Spíritûs ſunt, ut ſciat unuſquíſque poſſidére vas ſuum in ſanctificatióne? Itaque ſanctæ ſunt ánimæ propter inhabitántem Spíritum Dei in vobis; ſancta ſunt córpora propter ánimas; ſancta eſt étiam propter córpora domus.

℟. Audíte qui ingredímini per portas has, ut adorétis Dóminum; * Bonas fácite vias veſtras. *Jer.* 7. 2. 3. ℣. Nolíte fácere domum Patris mei, domum negotiatiónis. *Joan.* 2. 16. * Bonas.

Lectio v. §. 3. 4.

QUando domus iſta per manus Pontíficum dedicáta eſt Dómino, propter nos ſine dúbio factum eſt.... In nobis proínde ſpirituáliter impléri necéſſe eſt, quæ in parietibus viſibíliter præceſſérunt. Et ſi vultis ſcire, hæc útique ſunt; aſpérſio, inſcríptio, inúnctio, illuminátio, benedíctio. Hæc quidem in hac visíbili domo fecére Pontífices; hæc Chriſtus aſsíſtens póntifex futurórum bonórum, inviſibíliter quotídie operátur in nobis. *Primò síquidem aſpérgit nos hyſſópo, ut mundémur*, lavémur, dealbémur... Lavat, inquam, nos in confeſſióne, lavat nos lacrymárum imbre; ..... lavat ſudóribus pœniténtiæ; magis autem lavat nos aquâ illâ pretioſíſſimâ, quæ de fonte pietátis, id eſt, ab ejus látere emanávit.... Non ſolùm autem, ſed inſcríbit dígito Dei, in quo ejiciébat dæmónia, haud dúbium quin in Spíritu-ſancto. Inſcríbit, inquam, legem ſuam, non jam in lápide, ſed in tábulis cordis carnálibus, Prophéticam implens promiſſiónem, quâ ſe pollícitus eſt ablatúrum cor lapídeum, & cárneum cor eſſe datúrum; id eſt, non durum, non obſtinátum, non judáïcum; ſed pium, ſed manſuétum, ſed tractábile, ſed devótum.

℟. Nolíte confídere in verbis mendácii, dicéntes: Templum Dómini eſt: * Quóniam ſi bene direxéritis vias veſtras, & ſtúdia veſtra, habitábo vobíſcum in loco iſto. *Jer.* 7. 4. 5. 7. ℣. Appropinquáte Deo, & appropinquábit vobis; emundáte manus, peccatóres; & purificáte corda. *Jac.* 4. 8. * Quóniam.

Lectio vj. §. 6.

JAm verò benedictiónem quidem expectámus in fine, quando apériet manum ſuam, & implébit omne ánimal benedictióne. Nam in quátuor præmíſſis mérita conſtant, in benedictióne ſunt præmia. In

benedictióne tota complébitur grátia ſanctificatiónis, quando jam in domum transíbimus non manufáctam, ætérnam in cœlis. Ipſa eſt quæ conſtrúitur vivis ex lapídibus, Angelis ſcílicet & homínibus. Simul enim ædificátio, & dedicátio ipſa complébitur.

℟. Si convérſus pópulus meus deprecátus me fúerit, & égerit pœniténtiam; ego exaúdiam, * Et aures meæ erunt eréctæ ad oratiónem ejus qui in loco iſto oráverit: † Elégi enim, & ſanctificávi locum iſtum. 2.*Par*. 7. 14. 15. 16. ℣. Domus mea, domus oratiónis vocábitur ómnibus géntibus. *Marc*. 11. 17. * Et aures. Glória. † Elégi.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. *Duplic*. Neſcítis quia templum Dei eſtis, & Spíritus Dei hábitat in vobis? Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. 1. *Cor*. 3. 16. 17.

Pſalmus, Te decet hymnus, 75.

Ant. 8. G. Superædificáti eſtis ſuper fundaméntum Apoſtolórum, & Prophetárum, ipſo ſummo anguIári lápide Chriſto Jeſu. *Epheſ*. 2. 20.

Pſalmus, Quàm dilécta tabernácula, 101.

Ant. 5. a. In Chriſto omnis ædificátio conſtrúcta creſcit in templum ſanctum in Dómino, in quo & vos coædificámini in habitáculum Dei in ſpíritu. *Epheſ*. 2. 21. 22.

Pſalmus, Fundaménta ejus in móntibus ſanctis, 106.

℣. Dei agricultúra eſtis, ℟. Dei ædificátio eſtis. 1. *Cor*. 3. 9.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio vij. *c*. 19. 1. *ad* 10.

IN illo témpore; Ingréſſus Jeſus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zacchæus; & hic princeps erat publicanórum, & ipſe dives: & quærébat vidére Jeſum, quis eſſet, & non póterat præ turba, quia ſtatúrâ puſíllus erat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 174. *de Verbis Apoſtoli*, §. 5. *aliàs Serm*. 8.

DOminus, qui Zacchæum in corde ſuſcéperat, in domum ejus dignátus eſt ſuſcipi; & dixit: [Zacchæe, feſtínans deſcénde, quóniam in domo tua opórtet me manére.] Magnum beneficium ille arbitrabátur, Chriſtum vidére. Qui magnum & ineffábile beneficium putábat, transeúntem vidére, ſúbitò méruit in domo habére. Infúnditur grátia, operátur fides per dilectiónem; ſuſcípitur Chriſtus in domum, qui jam habitábat in corde. Dicit Chriſto Zacchæus: [Dómine, dimídium rerum meárum do paupéribus, & ſi quid áliquem fraudávi, quádruplum reddo.] Quaſi díceret, Ideo mihi dimídium re-

meo, non quòd hábeam, ſed unde reddam. Verè ecce quod eſt ſuſcípere Jeſum, in cor ſuſcípere. Ibi enim erat Chriſtus, in Zacchæo erat, & de illo ſibi dicébat, quod ex ore ejus audiébat. Sic enim Apóſtolus dicit, Habitáre Chriſtum per fidem in córdibus veſtris.

℞. Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: * Quóniam inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos, & ero illórum Deus, & ipſi erunt mihi pópulus. 2. *Cor.* 6. 16. ℣. Hæc dicit Dóminus Deus: Scient gentes, quia ego ſanctificátor Iſraël, cùm fúerit ſanctificátio mea in médio eórum. *Ezech.* 37. 21. 28. * Quóniam.

Lectio viij. §. 6.

JAm ergo quia Zacchæus erat, quia princeps publicanórum erat, quia valde peccátor erat; quaſi ſana illa turba, quæ impediébat vidére Jeſum, admiráta eſt, & reprehéndit quòd in domum peccatóris intráſſet Jeſus. Hoc erat reprehéndere quòd in domum ægróti intrávit médicus. Quia ergo velut peccátor Zacchæus irríſus eſt, irríſus eſt autem ab inſánis ſanátus, Dóminus reſpóndit irridéntibus: [Hódie ſalus huic dómui facta eſt.] Ecce quare intrávi, [Salus hódie facta eſt.] Utique ſi Salvátor non intráſſet, ſalus in illa domo facta non eſſet.

℞. *Membra veſtra templum* ſunt Spíritûs-ſancti qui in vobis eſt, & non eſtis veſtri; empti enim eſtis prétio magno. * Glorificáte & portáte Deum in córpore veſtro. 1. *Cor.* 6. 19. 20. ℣. Nolíte contamináre ánimas veſtras; ſancti eſtóte, quia ego ſanctus ſum. *Levit.* 11. 43. 44. * Glorificáte.

Lectio ix.

QUid ergo miráris, ægróte? Voca & tu Jeſum, noli tibi ſanus vidéri. Cum ſpe ægrótat, qui médicum ſúſcipit: deſperátè ægrótat, qui per inſániam médicum cædit. Qualis ergo ejus inſánia, qui médicum occídit? Quanta verò bónitas & poténtia médici, qui de ſánguine ſuo, inſáno interfectóri ſuo medicaméntum fecit? Neque enim ille qui vénerat quærere & ſalváre quod períerat, pendens, ſine cauſa dicébat: [Pater, ignóſce illis, quia néſciunt quid fáciunt.] Inſáni ſunt, médicus ſum: ſæviant, patiénter fero; cùm occíderint, tunc ſanábo. Simus ergo inter illos quos ſanat. [Humánus ſermo & omni acceptióne dignus, quia Chriſtus Jeſus venit in mundum peccatóres ſalvos fácere:] magnos, puſillos, [peccatóres ſalvos fácere. Venit Fílius hóminis quærere & ſalváre quod períerat.]

℞. Ad Dóminum accedéntes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum

à Deo autem eléctum ; & ipſi * Tanquam lápides vivi ſuperædificámini, domus ſpiritualis. 1. *Petr.* 2. 4. 5. ℣. Præbete corda veſtra & ánimas veſtras, ut quærátis Dóminum, & ædificate ſanctuárium Dómino Deo. 1. *Par.* 22. 19. * Tanquam. Glória. *Repetitur* ℟. Ad Dóminum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Pavéte ad ſanctuárium meum. ℟. Ego Dóminus. *Levit.* 26. 2.

Pſalmi de Dominica.

Anthiphona 7. *toni.* a.

DOmine Deus Iſraël, ſi cœlum & cœli cœlórum non te cápiunt, quantò magìs domus iſta? 2. *Par.* 6. 17. 18.

Ant. 2. D. Tu Dómine elegíſti domum iſtam, ut eſſet domus orationis pópulo tuo. 1. *Mach.* 7. 37.

Ant. 3. a. Si deprecáti te fúerint in loco iſto, & convérſi à peccátis ſuis, exaúdi de cœlo Dómine, & doce eos viam bonam. 2. *Par.* 6. 26. 27.

Ant. 4. E. Dimíttas.

Loco Cantici, Benedícite, *dicitur ſequens Canticum.* *Tob.* 13. 13. *ad fin.*

JErúſalem cívitas Dei, . . . luce ſplendidâ fulgébis, * & omnes fines térræ adorábunt te.

Natiónes ex longínquo ad te vénient ; & múnera deferéntes, adorábunt in te Dóminum, * & terram tuam in ſanctificatiónem habébunt.

Nomen enim magnum * invocábunt in te.

Maledícti erunt qui contémpſerint te ; & condemnáti erunt omnes qui blaſphemáverint te : * benedictíque erunt qui ædificáverint te.

Tu autem lætáberis in fíliis tuis, * quóniam omnes benedicéntur, & congregabúntur ad Dóminum.

Beáti omnes qui díligunt te, * & qui gaudent ſuper pace tua.

Anima mea bénedic Dóminum, * quóniam liberávit Jerúſalem civitátem ſuam à cunctis tribulatiónibus ejus, Dóminus Deus noſter.

Beátus ero, ſi fúerint relíquiæ ſéminis mei * ad vidéndam claritátem Jerúſalem.

Portæ Jerúſalem ex ſapphiro & ſmarágdo ædificabúntur: * & ex lápide pretióſo omnis circúitus murorum ejus.

Ex lápide cándido & mundo omnes platéæ ejus ſternéntur: * & per vicos ejus Allelúia cantábitur.

Benedíctus Dóminus, qui exaltávit eam : * & ſit regnum ejus in ſécula ſeculórum ſuper eam. Amen. Glória Patri.

Et dicitur per totam Octavam, cùm ſit de Octava.

Ant. Dimíttas pópulo tuo, quamvis peccatóri, & aures tuæ intentæ ſint ad oratiónem quæ ſit in loco iſto. 2. *Par.* 6. 39. 40.

:. 5. a. Tu exaúdies de
ut, ſciant omnes pópuli
n tuum, & cognóſcant
iomen tuum invocátum
›er domum hanc. 2. *Par.*

tulum. 3. *Reg.* 8. 28. 29.
:ſpice ad oratiónem ſervi
ui, & ad preces ejus,
ne Deus meus: audi
um & orationem quam
: tuus orat coram te hó-
ut ſint óculi tui apérti
domum hanc nocte ac
ıper domum de qua dixí-
rit nomen meum ibi.

Hymnus.

TRIS ætérni Sóboles
coæva,
tuæ ſacros pia plebs
ıonóres
inſtaúrat, Deus alme,
ıoſtris
Annue votis.
ſacri fontis látices ab
ɔrtu
purgant máculam reá-
:ûs:
k infúſum nova membra
Chriſto
Chriſma coáptat.
ſuâ paſcit pópulos fidéles
e, qui mundi ſcelus om-
ne tollit
:s, & fuſi prétium cruó-
ris,
Ipſe propínat.
ſalus ægris ánimis pa-
:átur,
eos judex fácilis reláxat,
e lethálem redivíva pellit
Grátia culpam.
Hiemalis.

CUJUS in cœlo thronus eſt
perénnis
Incolit parvam Deus altus
ædem.
Hic adorátor ſibi quiſque ſe-
dem
Præparat aſtris.
NULLUS hanc turbo quatit,
irruéntis
Nulla vis nimbi, rapidíve
fluctûs;
Cedit hanc contra furor in-
ferórum
Irritus omnis.
LAUS Deo, virtus, honor,
& potéſtas
Una ſit Patri, paríliſque Proli;
Par ſit ambórum tibi nexus,
omni,
Spíritus, ævo. Amen.

℣. Domus tua in ſanctifica-
tióne tua permáneat: ℟. Et
omnes gentes agnóſcant quia
tu es Deus. *Judith* 9. 18. 19.

Ad Bened. *Ant.* 4. d. *Dupl.*
Voluíſti templum habitatiónis
tuæ fíeri in nobis. Et nunc
ſancte ſanctórum ómnium Dó-
mine, conſérva in ætérnum
impollútam domum iſtam. 2.
Mach. 14. 35. 36.

Oratio.

DEus, qui nobis per ſín-
gulos annos hujus ſancti
Templi tui conſecratiónis ré-
paras diem, & ſacris ſemper
myſtériis repræſéntas incólu-
mes; exaúdi preces pópuli
tui, & præſta, ut quiſquis hoc
Templum beneficia petitúrus
ingréditur, cuncta ſe impe-
tráſſe lætétur; Per Dóminum.

[*Ipſo die Dedicationis & per Octavam, loco præcedentis Orationis, dicitur ſequens*

Oratio.

DEus, qui inviſibíliter ómnia cóntines, & tamen pro ſalúte géneris humáni ſigna tuæ poténtiæ viſibíliter oſténdis, Templum hoc poténtiâ tuæ inhabitatiónis illúſtra; & concéde, ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúnque tribulatióne ad te clamáverint, conſolatiónis tuæ beneficia conſequántur. Per Dóminum.]

Ad Horas, *Pſalmi de Dominica.*

Ad Primam, *Ant.* Dómine.

Oratio, Deus, qui nobis, [*ipſo die Dedicationis*, Deus, qui inviſibíliter,] & Dómine ſancte, *ſub una concluſione.*

Reliqua ut in Dominica.

CANON.

Ex Concílio Coloniénſi primo.

An. 1536. *part.* 9. *cap.* 13.

SIgnat Templi Dedicátio tam fidélis ánimæ, quàm Eccléſiæ cum Chriſto deſponſatiónem ... Quamóbrem niſi ómnia quæ in hujuſcémodi conſecratióne extériùs agúntur, in nobis ſpirituáliter impleántur, parùm hinc fructûs nobis accéſſerit.

Ad Tertiam, *Ant.* Tu Dómine.

Capitulum. Deut. 12. 5 6.

AD locum, quem elégerit Dóminus Deus veſter de cunctis tríbubus veſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, & hábitet in eo, veniétis; & offerétis in loco illo holocaúſta & víctimas veſtras.

℟. *breve*, In multitúdine miſericórdiæ tuæ * Introíbo in domum tuam; * Allelúia, allelúia. ℟. In multitúdine. ℣. Adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. In multitúdine. *Pſ.* 5. 8.

Poſt Septuageſim. non dicuntur Allelúia, allel. *ſed reſumptio ſit ad * Aſteriſcum primum: & ſic ad Sextam & Nonam.*

℣. Introíbo in domum tuam in holocaúſtis; ℟. Reddam tibi vota mea. *Pſ.* 65. 13.

Ad Sextam, *Ant.* Si deprecáti te fúerint.

Capitulum. 3. *Reg.* 8. 38. 39.

SI quis cognóverit plagam cordis ſui, & expánderit manus ſuas in domo hac, tu exaúdies in cœlo, in loco habitatiónis tuæ, & repropitiáberis, & fácies ut des unicuíque ſecúndùm omnes vias ſuas, ſicut víderis cor ejus.

℟. *breve*, Altária tua Dómine virtútum, * Rex meus, & Deus meus, * Allelúia, allelúia. ℟. Altária. ℣. Beáti qui hábitant in domo tua. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Altária. *Pſ.* 83. 4. 5.

℣. Replébimur in bonis domûs tuæ: ℟. Sanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte. *Pſ.* 64. 5.

AD NONAM, *Ant.* Tu exaúdies de cœlo.

Capitulum. 2. *Par.* 20. 9.

STábimus coram domo hac in conſpéctu tuo, in qua ivocátum eſt nomen tuum; t clamábimus ad te in tribuatiónibus noſtris, & exaúdies, alvóſque fácies.

℞. *breve*, In conſpéctu Angelórum * Pſallam tibi; *Alleluia, allelúia. ℞. In conſpéctu. ℣. Adorábo ad templum ſanctum tuum; & confitébor nomini tuo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℞. In conſpéctu. *Pſ.* 37. 1. 2.

℣. Exaúdi Dómine vocem eprecatiónis meæ, dum oro d te; ℞. Dum extóllo manus neas ad templum ſanctum uum. *Pſ.* 27. 2.

AD VESPERAS.

Antiphona 7. *toni.* a.

UNus de ſeptem Angelis oſténdit mihi civitátem anctam Jerúſalem habéntem laritátem Dei. *Apoc.* 21. 9. o. 11.

Pſalmus, Crédidi, 43.

Ant. 8. G. Erat ſtructúra muri ejus ex lápide jáſpide; t fundaménta muri civitátis, mni lápide pretióſo ornáta. *Apoc.* 21 18. 19.

Pſalmus, Lætátus ſum, 60.

Ant. 1. D. Templum non vidi in ea; Dóminus enim Deus omnípotens templum illíus eſt, & Agnus. *Apoc.* 21. 22.

Pſalmus, *Mémento*, 94.

Ant. 3. *E.* *Cívitas* non eget ſole, neque lunâ, ut lúceant in ea; nam cláritas Dei illuminávit eam, & lucérna ejus eſt Agnus. *Apoc.* 21. 23.

Pſalmus, Confitébor .... quóniam audíſti, 113.

Ant 6. C. Non intrábit in eam áliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens & mendácium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni. *Apoc.* 21. 27.

Pſalmus, Lauda Jerúſalem Dóminum, 135.

Capitulum. Apoc. 21. 24. 25 26.

REges terræ áfferent glóriam ſuam & honórem in illam; & portæ ejus non claudéntur per diem; nox enim non erit illic: & áfferent glóriam & honórem géntium in illam.

℞. Quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?* Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam: quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei. *Pſ.* 41. 3. 5. ℣. Oculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis aſcéndit, quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum. 1. *Cor.* 2. 9. * Hæc recordátus ſum. Glória. *Repetitur* ℞. Quando.

Hymnus, Urbs beáta, *ut in primis Veſperis*, lxxxix.

℣. Dómine, diléxi decórem domûs tuæ, ℞. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. *Pſ.* 25. 8.

Ad Magníf. *Ant.* 5. F. Dupl. Quàm dilécta tabernácula tua

Dómine virtútum! concupíſcit, & déficit ánima mea in átria Dómini. *Pſ.* 83. 2.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Habitábo in médio Jerúſalem; & vocábitur cívitas veritátis, & mons Dómini exercítuum, mons ſanctificátus. *Zach.* 8. 3.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Implébo domum iſtam glóriâ, & in loco iſto dabo pacem. *Agg.* 2. 8. 10.

Orationes, Deus, qui nobis, *&* Véritas, *ſub uno* Per Dóminum; *& ſic per totam Octav.*

De Dominica, ſi qua occurrat intrà Octavam Dedicationis, fit Officium ut in Pſalterio, cum Commemoratione Octavæ in utriſque Veſperis & Laudibus.

DIEBUS

Intrà Octavam Dedicationis Eccleſiæ.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Tres Antiphonæ, ℣. *&* ℟. ℟. ℟. *ex Nocturno Feſti, juxta Feriam.*

Lectio j. *&* ij. *de Scriptura occurrente*; iij. *ut habetur infrà pro qualibet die.*

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. ſola, Dómine Deus Iſraël, *prima de Laudibus diei.*

AD PRIMAM, *duæ Orationes ut in die, etiam in Feſtis intrà Octavam occurrentibus.*

AD VESPERAS.

Ant. ſola, Unus de ſeptem Angelis, *prima Veſperarum diei. Non dicitur* ℟.

COMPLETORIUM, *ut in die, etiamſi occurrat Feſtum.*

SECUNDA DIE.

Sermo ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 336. *in Dedic. Eccleſ.* §. 1. *aliàs Serm.* 8.

Lectio iij.

CElébritas hujus congregatiónis, dedicátio eſt domûs oratiónis. Domus ergo noſtrárum oratiónum, iſta eſt; domus Dei, nos ipſi. Si domus Dei nos ipſi, nos in hoc ſéculo ædificámur, ut in fine ſéculi dedicémur. Ædifícium, imò ædificátio habet labórem, dedicátio exultatiónem. Quod hìc fiébat, quando iſta ſurgébant, hoc fit modò cùm congregántur credéntes in Chriſtum. Credéndo enim quaſi de ſilvis & móntibus ligna & lápides præcidúntur: cùm verò catechizántur, baptizántur, formántur; tanquam inter manus fabrórum & opíficum dolántur, collineántur, complanántur. Verúntamen domum Dómini non fáciunt, niſi quando caritáte compaginántur.

TERTIA DIE.

De ſermóne ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 336. *in Dedic. Eccleſ.* §. 6. *aliàs Serm.* 256.

Lectio iij.

DUm novam conſtructiónem ſanctæ hujus Eccle-

æ libénter atténdimus, quam ivíno nómini hódie dedicámus, invenímus à nobis deéri & Deo noſtro máximam udem, & ſanctitáti veſtræ óngruum de divínæ domûs dificatióne ſermónem. Tunc utem ſermo noſter cóngruus rit, ſi in ſe áliquid ædificaiónis hábeat, quod utilitáti nimárum veſtrárum Deo vos ntériùs ædificánte profíciat. Quod hìc factum corporáliter idémus in pariétibus, ſpiriáliter fiat in méntibus; & quod hìc perféctum cérnimus n lapídibus & lignis, hoc edificánte grátiâ Dei perficiáur in corpóribus veſtris.

QUARTA DIE.

De Sermóne ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 336. *in Dedic. Eccleſ.* §. 6. *aliàs Serm.* 256.

Lectio iij.

GRátias agámus Dómino Deo noſtro, à quo eſt omne datum óptimum, & omne donum perféctum; & ejus bonitátem totâ cordis alacritáte laudémus, quóniam ad conſtruéndam iſtam domum oratiónis, fidélium ſuórum viſitávit ánimum, excitávit afféctum, ſurrogávit auxílium; inſpirávit necdum voléntibus ut vellent, adjúvit bonæ voluntátis conátus ut fácerent; ac per hoc Deus, [qui operátur] in ſuis [& velle & perficere pro bona voluntáte,] *hæc ómnia ipſe cœpit,* ipſe perfécit. Et quia ópera bona in conſpéctu ſuo nunquam eſſe permíttit inánia, fidélibus ſuis, quibus operántibus præbuit virtútis ſuæ favórem, tríbuet condígnam pro tanta operatióne mercédem. Adhuc ámpliùs agéndæ ſunt grátiæ Deo noſtro. Hanc enim Eccléſiam, quam fecit nómini ſuo cónſtrui, fecit étiam ſanctórum Mártyrum relíquiis ámpliùs honorári.

QUINTA DIE.

De Sermóne ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 337. *in Dedic. Eccleſ.* §. 2. *aliàs Serm.* 16.

Lectio iij.

DUm cædúntur de móntibus lápides, & ligna de ſilvis, dum formántur, dolántur, coaptántur; labor & cura eſt: cùm autem perfécti ædifícii dedicátio celebrátur, gaúdium & ſecúritas labóribus curíſque ſuccédunt. Sic étiam ædificátio ſpiritális, cujus habitátor Deus, non ad tempus, ſed in ætérnum erit; dum ex infidéli vita hómines ſegregántur ad fidem, dum quidquid in eis non bonum atque pervérſum eſt, amputátur & cæditur, dum fiunt aptæ, pacíficæ piæque junctúræ; quantæ tentatiónes timéntur, quantæ tribulatiónes ſuſtinéntur? Cùm verò advénerit dies dedicatiónis domûs ætérnæ, cùm dicétur nobis: [Veníte benedícti Patris mei, percípite

regnum, quod vobis parátum eſt ab inítio mundi:] quæ illa exultátio, quæ ſecúritas erit? Cantábit cláritas, nec compungétur infírmitas.

SEXTA DIE.

De Sermone ſancti Joánnis Chryſóſtomi.

Homil. 1. *in* Vidi Dóminum.

Lectio iij.

CUm ánimi divítias consídero in vobis augéſcere, gaúdeo ſemper, ut qui non fruſtra seméntem fécerim, ut qui non incáſsùm labóres pertúlerim, ut qui in frugíferam pinguémque terram, & ad fructificándum idóneam, ſemen jécerim. Unde ígitur hoc lucrum fore conjécto, unde perſpício ſermónes ad opus profícere? Nimírum ex hoc concúrſu; ex eo quòd Eccléſiam ómnium matrem ſtudióſè occupátis; ex hac pernócte perpetuáque ſtatióne, ex eo quòd Angelicórum órdinum ſtatiónem imitántes ſine ceſſatióne, laudes & hymnos offértis Conditóri. O mira Chriſti dona! In ſupérnis exércitus Angelórum canunt glóriam; in terris hómines in Eccléſiis choros agéntes, ad illórum exémplum eándem canunt glóriam. In ſupérnis Séraphim ter ſanctum illum hymnum réſonant; in terris eúndem hóminum promit multitúdo; communitérque tum cœléſtium, tum terréſtrium feſtivus convéntus congregátur.

AD VESPERAS, *Omnia ut in ſecundis Veſperis Feſti, exceptis quæ ſequuntur.*

Pſalmi de Feria. Non dicitur ℟. *& nihil duplicatur.*

OCTAVA DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

Duplex-minus,

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria. Nihil duplicatur.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurr.

IN II. NOCTURNO.

Ex Enarratióne ſancti Auguſtini epíſcopi, in Pſalmum centéſimum vigéſimum primum.

Lectio iv. §. 4.

JErúſalem quæ ædificátur ut civitas.] Fratres, quando dicébat iſta David, perfécta erat illa cívitas, non ædificabátur. Néſcio quam ergo civitátem dicit, quæ modò ædificátur, ad quam currunt in fide lápides vivi, de quibus dicit Petrus: [Et vos tanquam lápides vivi coædificámini in domum ſpiritálem, id eſt, templum ſanctum Dei.] Quid eſt, lápides vivi coædificámini? Vivis, ſi credis. Si autem credis, efficeris templum Dei: quia dicit apóſtolus Paulus: [Templum enim Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos.]

Lectio v.

IPſa ergo modò cívitas ædificátur: præcidúntur de móntibus lápides per manus præ-

m veritátem, conqua-
ut intrent in ſtructú-
pitérnam. Adhuc mul-
:s in mánibus artíficis
on cadant de mánibus
, ut poſſint perfécti
:ári in ſtructúram tem-
ergo iſta [Jerúſalem
ificátur ut cívitas :]
éntum ipſíus Chriſtus
cit apóſtolus Paulus :
méntum enim áliud
oteſt pónere, præter
póſitum eſt, quod eſt
s Jeſus.]

Lectio vj.

laméntum quando pó-
r in terra, déſuper ædi-
: paríetes, & pondus
m ad ima tendit, quia
póſitum eſt fundamén-
autem fundaméntum
n in cœlo eſt, ad cœ-
ificémur. Córpora ædi-
ınt iſtam ſtructúram,
ridétis amplam ſurre-
ıujus Baſílicæ; & quia
ı ædificavérunt, fun-
:um in imo poſuérunt.
erò ſpirituáliter ædificá-
:undaméntum noſtrum
no póſitum eſt. Illuc
urrámus, ubi ædificé-
juia de ipſa Jerúſalem
eſt: [Stantes erant pe-
tri in átriis Jerúſalem.]

.II. Nocturno.

ſancti Evangélii ſecún-
dùm Joánnem.

vij. *c.* 10. 22. *ad* 29.

lo témpore; Facta ſunt
enia in Jeroſólymis; & hiems erat. Et ambulábat Jeſus in templo, in pórticu Salomónis. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ preſbyteri.

Expoſ. in Evang. Joan. c. 10.

Encænia vocabátur ſolémnitas Dedicatiónis Templi, quam pópulus Dei ex antíqua patrum traditióne per annos ſíngulos celebráre conſuéverat. Sed notándum eſt quòd hæc Encænia quæ hic legúntur, non ad primam templi dedicatiónem, ſed ad últimam pértinent: quod ex eo fácile collígitur, quia híeme facta referúntur. Prima ſiquidem ejúſdem templi dedicátio à Salomóne témpore autúmni; ſecúnda autem à Zoróbabel & Jeſu ſacerdóte témpore veris; tértia à Juda Machabæo témpore híemis eſt facta, quando ſpeciáliter conſtitútum eſſe légitur, ut eádem dedicátio per omnes annos in memóriam ſolémnibus renovarétur offíciis: quæ étiam ad tempus uſque Domínicæ Incarnatiónis obſerváta fuit, ſicut modò, cùm legerétur Evangélium, audívimus. Quæ etiam Dedicátio ſalúbri conſuetúdine in Eccléſiis Chriſti ſervári modérno témpore dignóſcitur.

Lectio viij. *Poſt pauca.*

Et ambulábat Jeſus in templo in pórticu Salomónis.] Si ergo Dei Fílius ambuláre vóluit in templo in quo caro & ſanguis brutórum anima-

lium offerebátur; multò magìs noſtram oratiónis domum, ubi carnis ipsíus ac ſánguinis ſacraménta celebrántur, viſitáre gaudébit. Si perambuláre non deſpéxit pórticum in quo rex quondam mortális ac terrénus, quamvis potentíſſimus ac ſapientíſſimus, ad orándum ſtare ſolébat; quantò magìs penetrália córdium noſtrórum inviſere atque illuſtráre desíderat, ſi tamen ea pórticum eſſe Salomónis, hoc eſt, ſi ea timórem ſuum, qui eſt inítium ſapiéntiæ, habére perſpéxerit.

Lectio ix.

NEque enim putándum eſt, quia domus ſolúmmodo in qua ad orándum, vel ad myſtéria celebránda convenímus, templum ſit Dómini; & non ipſi qui in nómine Dómini convenímus, multò ámpliùs templum ejus appellémur & ſimus; cùm maniféſtè dicat Apóſtolus: [Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: Inhabitábo in eis, & inter illos ambulábo.]

[*Si ſit hodie Sabbatum, Veſpera erunt integra de Sabbato ante Dominicam ſequentem, cum Commemoratione diei Octava. Completorium erit totum de Pſalterio cum unica Oratione*, Véritas.]

PSALMI POENITENTIALES.

Dicuntur in Choro flexis genibus Feriâ IV. Cinerum.

Extra Chorum dicuntur ad devotionem cum Litaniis & Precibus qua ſequuntur.

Pſalmus, Dómine, ne in in furóre, 5.

Pſalmus, Beáti quorum remíſſæ ſunt, 46.

Pſalmus, Dómine ne in furóre, 54.

Pſalmus, Miſerére meî Deus, 66.

Pſalmus, Dómine exaúdi oratiónem meam, 118.

Pſalmus, De profúndis, 78.

Pſalmus, Dómine exaúdi oratiónem meam, 103.

Ant. Dómine, memor eſto meî, & ne vindíctam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delícta mea, vel paréntum meórum. *Tob.* 3. 3.

LITANIÆ.

KYrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaúdi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerére nobis.
Fili redémptor mundi Deus, Miſerére nobis.
Spíritus-ſáncte Deus, Miſerére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miſerére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchaël, ora.
Sancte Gábriël, ora.
Sancte Ráphaël, ora.
Omnes ſáncti Angeli & Archángeli, oráte pro nobis.

ies ſancti beatórum ſpi-
uum órdines, oráte.
:e Joánnes-Baptíſta, ora.
ies ſancti Patriárchæ &
·ophétæ, oráte.
te Petre, ora.
te Paule, ora.
te Andréa, ora.
te Jacóbe, (*Zeb.*) ora.
te Joánnes, ora.
te Thoma, ora.
te Jacóbe, ora.
te Philíppe, ora.
te Bartholomæe, ora.
te Matthæe, ora.
te Simon, ora.
te Thadæe, ora.
te Matthía, ora.
te Bárnaba, ora.
te Luca, ora.
te Marce, ora.
nes ſancti Apóſtoli &
vangeliſtæ, oráte.
nes ſancti Diſcípuli Dó-
iini, oráte.
nes ſancti Innocéntes,
:áte pro nobis.
te Stéphane, *bis*. ora.
te Sixte, ora.
te Peregríne, ora.
te Fratérne, ora.
te Románe, ora.
te Vigíli, ora.
te Tétrice, ora.
te Lauréntí, ora.
te Vincénti, ora.
te Joviniáne, ora.
te Juſte, ora.
te Euſébi, ora.
te Symphoriáne, ora.
te Juliáne, ora.
te Sebaſtiáne, ora.

Sancte Priſce cum ſóciis tuis,
ora pro nobis,
Sancte Maurici cum ſóciis
tuis, ora.
Sancte Albáne cum ſóciis tuis,
ora pro nobis.
Sancti Gerváſi & Protáſi, oráte.
Sancti Coſma & Damiáne,
oráte pro nobis.
Sancti Cyrice & Julítta, oráte.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambróſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Athanáſi, ora.
Sancte Basíli, ora.
Sancte Gregóri Nazianzéne,
ora pro nobis.
Sancte Joánnes Chryſóſtome,
ora pro nobis.
Sancte Bernárde, ora.
Omnes ſancti Doctóres, oráte.
Sancte Silvéſter, ora.
Sancte Marcelliáne, ora.
Sancte Valeriáne, ora.
Sancte Eládi, ora.
Sancte Amátor, ora.
Sancte Germáne, *bis*. ora.
Sancte Aunári, ora.
Sancte Deſidéri, ora.
Sancte Palládi, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Lupe, ora.
Sancte Regnobérte, ora.
Sancte Cárole, ora.
Sancte Franciſce Saléſi, ora.
Omnes ſancti Pontífices, oráte.
Sancte Marſe, ora.
Sancte Corcódome, ora.

Sancte Alexánder, ora.
Sancte Mamertíne, ora.
Sancte Mariáne, ora.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bruno, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francíſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancte Joſeph, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes ſancti Juſti, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta Maria Magdaléne, ora.
Sanctæ Perpétua & Felícitas, oráte pro nobis.
Sancta Eugénia, ora.
Sancta Colúmba, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Sancta Hélena, ora.
Sancta Flávia, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines, Mulíeres, & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.
Propítius eſto, Parce nobis Dómine.
Propítius eſto, Exaúdi nos Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.
Ab immúndis cogitatiónibus, líbera nos Dómine.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, líbera.
A fúlgure & tempeſtáte, líbera.
A ſubitánea & improvíſa morte, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Baptíſmum, & ſanctum jejúnium tuum, líbera.
Per Crucem & Paſſiónem tuam, líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera.
Per ſanctam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per advéntum Spíritûs-ſancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, Te rogámus audi nos.
Ut compunctiónem cordis, fontémque lacrymárum nobis dones, Te rogámus audi nos.
Ut remiſſiónem peccatórum noſtrórum nobis dones, Te rogámus audi nos.
Ut fidem, ſpem & caritátem, nobis dones, Te rogámus audi nos.
Ut Ecclèſiam tuam ſanctam régere & conſerváre dignéris, Te rogámus.

Ut domnum Apoſtólicum, & omnes gradus Eccléſiæ in ſancta religióne conſerváre dignéris, Te rogámus.

Ut Antíſtitem noſtrum, & omnes congregatiónes illi commíſſas in tuo ſancto obſéquio conſerváre dignéris, Te rogámus.

Ut Regem noſtrum cuſtodíre dignéris, Te rogámus.

Ut inimícos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignéris, Te rogámus audi nos.

Ut Régibus & Princípibus Chriſtiánis pacem & concórdiam donáre dignéris, Te rogámus audi nos.

Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem & unitátem largíri dignéris, Te rogámus.

Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervítio confortáre & conſerváre dignéris, Te rogámus audi nos.

Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas, Te rogámus audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempitérna bona retríbuas, Te rogámus.

Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquórum, & benefactórum noſtrórum ab ætérna damnatióne erípias, Te rogámus audi nos.

Ut fructus terræ dare & conſerváre dignéris, Te rogámus audi nos.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, Te rogámus.

Ut nos exaudíre dignéris, Te rogámus audi nos.

Fili Dei, Te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaúdi nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miſerére nobis.

Kyrie eléïſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eléiſon.

Secretò Pater, &c. *uſque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum noſtrárum antiquárum, ℟. Citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ; quia paúperes facti ſumus nimis. *Pſ.* 78. 8.

℣. Adjuva nos Deus ſalutáris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, ℟. Et propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. *Pſ.* 78. 9.

℣. Orémus pro Paſtóre noſtro N. ℟. Dóminus conſérvet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40. 3.

℣. Dómine ſalvum fac Regem; ℟. Et exaúdi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

℣. Orémus pro benefactóribus noſtris; ℟. Exaúdi de cœlo Dómine, & dimítte peccáta ſervis tuis. 2. *Par.* 6, 27.

℣. Pro frátribus noſtris abſéntibus; ℟. Rege eos, &

extólle illos uſque in ætérnum. *Pſ.* 27. 9.

℣. Pro infírmis, afflíctis & captívis; ℟. Líbera Deus, Iſraël ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24. 22.

℣. Pro cunctis fidélibus defúnctis; ℟. Convértere Dómine, úſquequo? & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſedíſti ab inítio. *Pſ.* 73. 2.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

OMnium Sanctórum tuórum, quæſumus Dómine, interceſſióne placátus, & véniam nobis tríbue, & remédia ſempitérna concéde; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Præcedens Oratio ſola dicitur in Choro; cetera extra Chorum ad libitum.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos, & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa conſtríngit, miſerátio tuæ pietátis cleménter abſólvat.

EXaúdi, quæſumus Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tribuas benígnus & pacem.

INeffábilem nobis Dómine miſericórdiam tuam cleménter oſténde; ut ſimul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium diſtríctè feriéndo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúſes; ut qui pondus tuæ animadverſiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam ſentiámus.

OMnipotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro N. & dírige eum ſecúndùm tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perfíciat.

QUæſumus omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noſter N. qui tuâ miſeratióne ſuſcépit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat increménta; quibus decénter ornátus, vitiórum monſtra devitáre, hoſtes ſuperáre, & ad te qui via, véritas & vita es, gratióſus váleat perveníre.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consília, & juſta ſunt ópera; da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquílla.

le igne ſancti-Spíritûs
enes noſtros, & cor no-
Dómine; ut tibi caſto
e ſerviámus, & mundo
laceámus.
tiónes noſtras, quæſu-
us Dómine, aſpirándo
ii, & adjuvándo proſé-
ut cuncta noſtra orátio
átio à te ſemper incí-
per te cœpta finiátur.
lium Deus ómnium
ditor & redémptor,
us famulórum famu-
ue tuárum remiſſió-
nctórum tríbue pecca-
; ut indulgéntiam quam
optavérunt, piis ſup-
ónibus conſequántur.
áte tuâ, quæſumus Dó-
ne, noſtrórum ſolve
delictórum; & inter-
e beátâ & glorióſâ ſem-
gine Dei genitríce Ma-
n ómnibus Sanctis nos
s tuos, & omnem pó-
Chriſtiánum in omni
te & religióne cuſtó-
néſque conſanguinitáte
liaritáte, aut p à áli-
ióne nobis conjúnctos
ómnibus purga, vir-
illúſtra; pacem & ſa-
nobis tríbue; hoſtes
s & inviſíbiles rémove;
, cladem, & carnália
a repélle; áërem ſalú-
& fertilitátem indúlge;
& inimícis noſtris ve-
itátem largíre; & óm-
idélibus vivis ac de-
in terra vivéntium, vitam & réquiem ætérnam concéde; Per eúndem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

℣. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon.

Sancta María, Ora pro eo. (*vel* ea.)

Omnes ſancti Angeli & Archángeli, Oráte pro eo. (*vel* ea.)

Sancte Abel, ora.

Omnis chorus Juſtórum, Oráte.

Sancte Abraham, ora.

Sancte Joánnes-Baptíſta, ora.

Omnes ſancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.

Sancte Jacóbe, ora.

Sancte Joánnes, ora.

Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.

Omnes ſancti Innocéntes, oráte.

Sancte Stéphane, *bis.* ora.

Sancte Peregríne, ora.

Sančte Laurénti, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Amátor, ora.
Sancte Germáne, *bis*. ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Omnes ſancti Pontífices, oráte.
Sancte Joſeph, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes ſancti Confeſſóres, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Francíſce, ora.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléne, ora.
Sancta Bárbara, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, oráte.
Propítius eſto, Parce ei Dómine.
Ab ira tua, Líbera eum (*vel* eam) Dómine.
A mala morte, líbera.
A poteſtáte diáboli, líbera.
A pœnis inférni, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Crucem & Paſſiónem tuam, líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs-ſancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Ut ei parcas, Te rogámus audi nos.
Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon.

Deinde, cum in agone ſui exitûs anxiatur anima, dicitur.

PRoficíſcere ánima chriſtiána de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit; in nómine Jeſu Chriſti fílii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt; in nómine Spíritûs-ſancti, qui in te effúſus eſt; in nómine Angelórum & Archangelórum; in nómine Thronórum & Dominatiónum; in nómine Principátuum & Poteſtátum; in nómine Chérubim & Séraphim; in nómine Patriarchárum & Prophetárum; in nómine ſanctórum Apoſtolórum & Evangeliſtárum; in nómine ſanctórum Mártyrum & Pontíficum; in nómine ſanctórum Sacerdótum & Monachórum; in nómine ſanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua in ſancta Sion; Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEus miſéricors, Deus clemens, Deus qui ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum, peccáta pœ-

nitèntium deles, & præteritórum críminum culpas véniâ remiſſiónis evácuas; réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) N. & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum totâ cordis confeſſióne poſcéntem deprecátus exaúdi. Rénova in eo, (*vel* ea,) piiſſime Pater, quidquid terrénâ fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólicâ fraude violátum eſt: & unitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annécte. Miſerére Dómine gemítuum, miſerére lacrymárum ejus; & non habéntem fidúciam, niſi in miſericórdia tua, ad tuæ Sacraméntum reconciliatiónis admítte; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Commèndo te omnipoténti Deo, cariſſime frater, (*vel* cariſſima ſoror,) & ei cujus es creatúra commítto; ut cùm humanitátis débitum, morte interveniénte, perſólveris, ad autórem tuum qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti itaquè ánimæ tuæ de córpore, ſplèndidus Angelórum cœtus occúrrat; judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat; candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet; liliáta rutilántium te Pontíficum turma circúndet; jubilántium te Vírginum chorus excípiat: *beátæ quiétis in ſinu Patriarchárum te compléxus* aſtríngat; mitis atque feſtívus Chriſti Jeſu tibi aſpéctus appáreat, qui te inter aſſiſténtes ſibi júgiter interéſſe decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus ſátanas cum ſatellítibus ſuis; in advéntu tuo te comitántibus Angelis contremíſcat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci ejus; & fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei; & juſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei. Confundántur ígitur & erubéſcant omnes tartáreæ legiónes, & miníſtri ſátanæ iter tuum impedíre non aúdeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Líberet te ab ætérna morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt. Conſtítuat te Chriſtus filius Dei vivi intrà paradíſi ſui ſemper amœna viréntia, & inter oves ſuas te verus ille Paſtor agnóſcat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te abſólvat; atque ad déxteram ſuam in electórum ſuórum te ſorte conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & præſens ſemper aſſíſtens, manifeſtiſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. Conſtitútus (*vel* conſtitúta) ígitur

[illegible]

ı Dei in ſe hábuit, & n qui fecit ómnia, fidé- ıdorávit.

Orémus.

Elícta juventútis, & ignorántiás ejus, quæſumus, ıemíneris Dómine, ſed dùm magnam miſericór- tuam memor eſto illíus ória claritátis tuæ. Ape- ır ei cœli; collæténtur ıngeli. In regnum tuum ine creatúram tuam ſúſ- Suſcípiat eam ſanctus aël archángelus Dei, qui æ cœléſtis méruit prin- um. Véniant illi óbviàm Angeli Dei, & perdú- eam in civitátem cœlé- Jerúſalem. Suſcípiat eam ıs Petrus apóſtolus, cui o claves regni cœléſtis æ ſunt. Adjuvet eam ſan- Paulus apóſtolus, qui di- fuit eſſe vas electiónis. cédat pro ea ſanctus Joán- léctus Dei apóſtolus, cui áta ſunt ſecréta cœléſtia. ıt pro ea omnes ſancti toli, quibus à Dómino eſt potéſtas ligándi atque ndi. Intercédant pro ea ɛs Sancti & elécti Dei, ro Chriſti nómine tor- a in hoc ſéculo ſuſtinué- ut vínculis carnis exúta, ɛníre mereátur ad gló- regni cœléſtis, præſtánte ino noſtro Jeſu Chriſto, ım Patre & Spíritu-ſancto *& regnat in ſécula ſecu-* ℟. Amen.

Hiemalis.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Pſalmus, Confitémini Dómino, 13. *& totus Pſalmus*, Beáti immaculáti, *per Horas Dominicæ diſtributus*, 14.

Egreſſâ autem animâ, aſpergitur corpus aquâ benedictâ & dicitur,

℟. Juſtus es, Dómine; & omnes viæ tuæ, miſericórdia, & véritas, & judícium: * Nunc Dómine memor eſto meî, & ne vindíctam ſumas de peccátis meis. † Nunc Dómine præcipe in pace récipi ſpíritum meum. *Tob.* 3. 2. 3. 6. ℣. In manus tuas commméndo ſpíritum meum. *Luc.* 23. 46. * Nunc Dómine memor. ℣. Dómine Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum. *Act.* 7. 58. † Nunc Dómine præcipe.

Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon.

Pater noſter, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, líbera me. Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, ℟. Dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat. *Pſ.* 7. 2. 3.

℣. In te Dómine ſperávi, ℟. Non confúndar in ætérnum. *Pſ.* 30. 2.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

TIbi Dómine commendámus ánimam fámuli tui

h

(*vel* ſámulæ tuæ) N. ut defúnctus (*vel* defúncta) ſéculo, tibi vivat; & quæ per fragilitátem humánæ converſatiónis peccáta commiſit, tu véniâ miſericordíſſimæ pietátis abſtérge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora ſequentis Officii incipitur abſolutè.

AD VESPERAS.

Ant. 3. *toni.* c. Placébo.

Pſalmus. 114.

DIléxi, quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ;

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circundedérunt me dolóres mortis, * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam; * miséricors Dóminus, & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus, * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine *. & lux perpétua lúceat eis.

Et ſic in fine Pſalmorum & Canticorum hujus Officii.

Ant. Placébo Dómino in regióne vivórum. *v.* 9.

Ant. 2. D. Heu mihi.

Pſalmus 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamávi, * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt; habitávi cum habitántibus Cedar; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Ant. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt. *v.* 5.

Ant. 8. G. Dóminus.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet * qui cuſtódit Iſraël.

Dóminus cuſtódit te; Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo; * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat intróitum tuum, & éxitum tuum * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. Dóminus cuſtódit te ab omni malo; cuſtódiat ánimam tuam Dóminus. *v.* 7.

Ant. 8. G. Si iniquitátes.

Pſalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine; * Dómine exaúdi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris Dómine, * Dómine quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt: * & propter legem tuam *ſuſtínui te Dómine.*

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus; * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio:

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Si iniquitátes obſerváveris Dómine, Dómine quis ſuſtinébit? *v.* 3.

Ant. 2. D. Opera.

Pſalmus 137.

COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo; * quóniam audíſti verba oris mei.

In conſpéctu Angelórum pſallam tibi; * adorábo ad templum ſanctum tuum;

Et confitébor nómini tuo ſuper miſericórdia tua, & veritáte tua; * quóniam magnificáſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacúnque die invocávero te, exaúdi me; * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini;

Quóniam excélſus Dóminus, & humília réſpicit, & alta à longè cognóſcit.

Si ambulávero in medio tribulatiónis, vivificábis me, & ſuper iram inimicórum

rum extendíſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: Dómine miſericórdia tua in ſéculum; * ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne deſpícias. *v.* 8.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. c. Omne, quod dat mihi Pater, ad me véniet; & eum, qui venit ad me, non ejíciam forás. *Joan. 6.* 37.

Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon, Kyrie eléïſon. *ſecretò*, Pater noſter, &c.

Preces & Orationes, ut infrà in Laudibus, cxxvij.

Si ſequantur Vigiliæ, poſt Orationem non dicitur ℣. Requiéſcant in pace.

AD VIGILIAS.

Invitatorium, Deum cui omnes vivunt,* Veníte, adorémus. *Luc.* 20. 38.

Pſalmus, Veníte, 2. *In cujus fine, locò* Glória Patri, *dicitur* Réquiem ætérnam dona eis Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

In Eccleſia Cathedrali dicitur tantùm unum Nocturnum ſecundùm Feriam; id eſt, primum Nocturnum Feriâ ſecundâ & quintâ: ſecundùm Nocturnum Feriâ tertiâ & ſextâ. Tertium denique Nocturnum Feriâ quartâ & Sabbato. *In aliis verò Eccleſiis pro conſuetudine locorum.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Dírige.

Pſalmus 5.

VErba mea áuribus pércipe Dómine,* intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ,* Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo;* Dómine manè exaúdies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus, * neque permanébunt injúſti ante óculos tuos.

Odíſti omnes qui operántur iniquitátem; * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ introíbo in domum tuam; * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in juſtítia tua, propter inimícos meos:* dírige in conſpéctu tuo viam meam.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas; * cor eórum vanum eſt.

Sepúlcrum patens eſt guttur eórum, linguis ſuis dolósè agébant: * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis,* ſecúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle

ſos, quóniam irritavérunt te Dómine.

Et lætentur omnes qui ſperant in te; * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronáſti nos.

Ant. Dírige in conſpéctu tuo viam meam. *v.* 9.

Ant. 8. G. Salvum me fac.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me; * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî Dómine, quóniam infírmus ſum; * ſana me Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: * ſed tu Dómine úſquequo?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo; * lavábo per ſíngulas noctes lectum meum: lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus; * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam *exaudívit Dóminus* vocem *fletûs mei.*

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam; * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubéſcant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur, & erubéſcant valde velóciter.

Ant. Salvum me fac, propter miſericórdiam tuam, quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî. *v.* 5. 6.

Ant. 8. G. Illúmina.

Pſalmus 12.

USquequo Dómine oblivíſcéris me in finem? * úſquequo avértis fáciem tuam à me?

Quándiu ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Uſquequo exaltábitur inimícus meus ſuper me? * réſpice, & exaúdi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos ne unquam obdórmiam in morte: * nequándo dicat inimícus meus: Præválui advérsùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt ſi motus fúero; * ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo; * cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Illúmina óculos meos ne unquam obdórmiam in morte. *v.* 4.

℣. Ne tradas beſtiis ánimas confitentes tibi, ℟. Et ánimas

paúperum tuórum ne oblivíſcáris in finem. *Pſ.* 73. 19.

Pater noſter, &c. *ſecretò: deinde mediocri voce* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur ſine Benedictionibus, & ſine Titulo.

Lectio j. *Job c.* 7. 1. *ad* 8.

MIlítia eſt vita hóminis ſuper terram: & ſicut dies mercenárii, dies ejus. Sicut cervus deſíderat umbram, & ſicut mercenárius præſtolátur finem óperis ſui; ſic & ego hábui menſes vácuos, & noctes laborióſas enumerávi mihi. Si dormíero, dicam: Quando conſúrgam? & rurſum expectábo véſperam, & replébor dolóribus uſque ad ténebras. Indúta eſt caro mea putrédine & ſórdibus púlveris; cutis mea áruit, & contrácta eſt. Dies mei velóciùs tranſiérunt quàm à texénte tela ſuccíditur, & conſúmpti ſunt abſque ulla ſpe. Meménto quia ventus eſt vita mea, & non revertétur óculus meus ut vídeat bona, nec aſpíciet me viſus hóminis.

In fine Lectionum non additur Tu autem, *nec quidquam aliud.*

℟. Scio quòd Redémptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: * Et in carne mea vidébo Deum meum. *Job* 19. 25. 26. ℣. Opórtet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem; & mortále hoc indúere immortalitátem. 1. *Cor.* 15. 53. * Et in carne.

Lectio ij. *v.* 16. *ad fin.*

PArce mihi, nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Víſitas eum dilúculò, & ſúbitò probas illum. Uſquequo non parcis mihi, nec dimíttis me ut glútiam ſalívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, ô cuſtos hóminum; Quare poſuíſti me contrárium tibi, & factus ſum mihimetípſi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce, nunc in púlvere dórmiam: & ſi manè me quæſíeris, non ſubsíſtam.

℟. Qui dórmiunt in terræ púlvere, * Evigilábunt; álii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium ut vídeant ſemper. *Dan.* 12. 2. ℣. Procédent qui bona fecérunt, in reſurrectiónem vitæ; qui verò mala egérunt, in reſurrectiónem judícii. *Joan.* 5. 25. * Evigilábunt.

Lectio iij. *c.* 10. 1. *ad* 7.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsùm me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre; índica mihi cur me ita júdices. Nunquid bonum tibi vidétur, ſi calumniéris me, & ópprimas me opus mánuum tuárum, & conſi-

npiórum ádjuves? Nun-
culi cárnei tibi ſunt: aut
idet homo, & tu vidé-
Nunquid ſicut dies hó-
dies tui, & anni tui
umána ſunt témpora,
ras iniquitátem meam,
átum meum ſcrutéris?
quia nihil ímpium fé-
, cùm ſit nemo qui de
ua poſſit erúere.
Ego ad Dóminum aſpí-
expectábo Deum ſalva-
meum: * Conſúrgam
dero in ténebris. Iram
i portábo, quóniam
i ei, donec cauſam
júdicet. *Mich.* 7.7. 8.9.
e eſt qui conſtitútus eſt
judex vivórum & mor-
. *Act.* 10. 42. * Con-
.

*ndo unicum dicitur No-
n, Reſponſorium præce-
petitur à principio uſ-*
℣.

II. NOCTURNO.

4. E. In médio.

Pſalmus 22.

minus regit me, &
hil mihi déerit; * in
áſcuæ ibi me collo-

er aquam refectiónis
t me; * ánimam meam
it.
xit me ſuper ſémitas
* propter nomen ſuum.
, & ſi ambulávero in
umbræ mortis, non
mala, * *quóniam tu
es.*

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paráſti in conſpéctu meo menſam, * advérsus eos qui tríbulant me.

Impinguáſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Ant. In médio umbræ mortis non timébo mala, quóniam tu mecum es. *v.* 4.

Ant. 8. G. Delícta.

Pſalmus 24.

AD te Dómine levávi ánimam meam: * Deus meus in te confido, non erubéſcam.

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérſi qui ſúſtinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * ſupervácuè.

Vias tuas Dómine demónſtra mihi; * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum Dómine, * & miſericordiárum tuárum, quæ à ſéculo ſunt.

Delícta juventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm miſericórdiam tuam meménto meì tu,* propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus :* propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício : * docébit mites vias ſuas,

Univérſæ viæ Dómini, miſericórdia & véritas, * requiréntibus teſtaméntum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo : * multum eſt enim.

Ant. Delicta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris. *v.* 7.

Ant. 2. D. Vide.

Diviſio Pſalmi 24.

QUis eſt homo qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur; * & ſemen ejus hereditábit terram.

Firmaméntum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtaméntum ipsíus ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum; * quóniam ipſe evéllet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meì; * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt : * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum; * & dimítte univérſa delicta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt; * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me : * non erubéſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocéntes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera Deus, Iſraël * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Ant. Vide humilitátem meam, & labórem meum; & dimítte univérſa delicta mea. *v.* 18.

℣. In memória ætérna erit juſtus, ℟. Ab auditióne mala non timébit. *Pſ.* 111. 7.

Pater noſter, &c. *ſecretè.*

℣. Et ne nos, &c.

Lectio iv. *Job c.* 10. 8. *ad* 12.

MAnus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me totum in circúitu : & ſic repéntè præcípitas me? Meménto quæſo quòd ſicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut cáſeum me coaguláſti? Pelle & cárnibus veſtiſti me; óſſibus & nervis compegíſti me. Vitam & miſericórdiam tribuíſti mihi, & viſitátio tua cuſtodívit ſpíritum meum.

℟. Deus meus, ne síleas à me : * Ne ſimul trahas me cum peccatóribus; & cum operántibus iniquitátem ne perdas me. *Pſ.* 27. 1. 3. ℣. Pars illórum erit in ſtagno ardénti, igne & ſulphure. *Apoc.* 21. 8. * Ne ſimul.

Lectio v. *v.* 14. *ad fin.*

SI peccávi, & ad horam pepercíſti mihi; cur ab iniquitáte mea mundum me eſſe non páteris? Et ſi ímpius fúero, væ mihi eſt: & ſi juſtus, non levábo caput, ſaturátus afflictióne & miſériâ. Et propter ſupérbiam quaſi leænam cápies me, reverſúſque mirabíliter me crúcias. Inſtaúras teſtes tuos contra me, & multíplicas iram tuam advérsùm me, & pœnæ mílitant in me. Quare de vulva eduxíſti me? qui útinam conſúmptus eſſem ne óculus me vidéret. Fuíſſem quaſi non eſſem, de útero tranſlátus ad túmulum. Nunquid non paúcitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam paúlulùm dolórem meum: ántequam vadam, & non revértar, ad terram tenebróſam, & opértam mortis calígine; terram miſériæ & tenebrárum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempitérnus horror inhábitat.

℟. Non intres in judícium cum ſervo tuo, Dómine, * Quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142. 2. ℣. Si juſtus vix ſalvábitur, ímpius & peccátor ubi parébunt? 1. *Petr.* 4. 18. * Quia.

Lectio vj. *c.* 13. 23. *ad fin.*

QUantas hábeo iniquitátes & peccáta, ſcélera mea & delícta oſténde mihi. Cur fáciem tuam abſcóndis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perſéqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuíſti in nervo pedem meum, & obſerváſti omnes ſémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideráſti: qui quaſi putrédo conſuméndus ſum, & quaſi veſtiméntum quod coméditur à tínea.

℟. Manum tuam, Deus, longè fac à me, & * Formído tua non me térreat. Cur fáciem tuam abſcóndis? Contra fólium quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam. *Job* 13. 21. 24. 25. ℣. Horréndum eſt incídere in manus Dei vivéntis. *Hebr.* 10. 31. * Formído.

Quando unicum dicitur Nocturnum, Reſponſorium præcedens repetitur à principio uſque ad ℣.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Unam pétii.

Pſalmus 26.

DOminus illuminátio mea, & ſalus mea: * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ; * à quo trepidábo?

Dum appropíant ſuper me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt & cecidérunt.

Si conſiſtant advérsùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prælium,* in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcóndit me in tabernáculo ſuo: * in die malórum protéxit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me:* & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis:*cantábo, & pſalmum dicam Dómino.

Ant. Unam pétii à Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini. *v.* 4.

Ant. 4. E. Credo.

Diviſio Pſalmi 26.

EXaúdi Dómine vocem meam, quâ clamávi ad te: * miſerére meî, & exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſívit te fácies mea: * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me; * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelínquas me; * neque deſpícias me Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me;* Dóminus autem aſſúmpſit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua; * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age, & confortétur cor tuum,* & ſúſtine Dóminum.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *v.* 13.

Ant. 8. G. Sitívit.

Pſalmus 41.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie: Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam:* quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, & confeſſiónis,* ſonus epulántis.

Quare triſtis es ánima mea?* & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ad meipſum ánima mea conturbáta eſt: * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suſcéptor meus es.

Quare oblítus es meî? * & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei:

Dum dicunt mihi per síngulos dies, * Ubi eſt Deus tuus?

Quare triſtis es ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei? *v.* 3.

℣. Transíbo in locum tabernáculi admirábilis, ℟. Uſque ad domum Dei. *Pſ.* 41. 5.

Pater noſter, &c. ſecretò.

℣. *Et ne nos, &c.*

Lectio vij.

Job c. 16. 23. *& c.* 17. 1. *ad* 3.

ECce breves anni tránſeunt, & ſémitam per quam non revértar, ámbulo. Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, & ſolùm mihi ſúpereſt ſepúlcrum. Non peccávi, & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me juxta te, & cujúſvis manus pugnet contra me.

℟. Operi mánuum tuárum, Deus, pórriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeráſti, ſed * Parce peccátis meis. *Job* 14. 15. 16. ℣. Deus, propítius eſto mihi peccatóri. *Luc.* 18. 13. * Parce.

Lectio viij. *v.* 11. *ad fin.*

DIes mei tranſiérunt, cogitatiónes meæ diſſipátæ ſunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rurſum poſt ténebras ſpero lucem. Si ſuſtinúero, inférnus domus mea eſt, & in ténebris ſtravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es; mater mea, & ſoror mea vérmibus. Ubi eſt ergo nunc præſtolátio mea, & patiéntiam meam quis conſíderat? In profundíſſimum inférnum deſcéndent ómnia mea: putáſne ſaltem ibi erit réquies mihi?

℟. Dómine Deus meus in te ſperávi; ſalvum me fac, & * Líbera me; nequándo rápiat ut leo ánimam meam, dum non eſt qui rédimat. *Pſ.* 7. 2. 3.

℣. Adverſárius tanquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret. 1. *Petr.* 5. 8. * Líbera me.

Lectio ix. *c.* 19. 20. *ad* 27.

PElli meæ, conſúmptis cárnibus, adhæſit os meum, & derelícta ſunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miſerémini meî, miſerémini meî, ſaltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat ut ſcribántur ſermónes mei? Quis mihi det ut exaréntur in libro ſtylo férreo, & plumbi láminâ, vel celte ſculpántur in sílice? Scio enim quòd Redémptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum; & rurſum circúndabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum; quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius. Repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. Líbera me, Dómine, ab iis qui odérunt me. Non abſórbeat me profúndum, neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum. * Exaúdi me quóniam * Benígna eſt miſericórdia tua.* Inténde ánimæ meæ, & líbera eam. *Pſ.* 68. 15. 16. 17. 19. ℣. Miſerére meî Dómine, fili David: Dómine ádjuva me. *Matt.* 15. 22. 25. * Exaúdi me. ℣. Dómine Deus, rex ſeculórum, ſolus pius es. *Apoc.* 15. 3. 4.* Benígna eſt. ℣. Occíſus es, Dómine, & redemíſti nos Deo in ſánguine tuo. *Apoc.* 5. 9. * Inténde. ℟. Líbera me.

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. 1. â. Secúndùm.

Pſalmus 50.

MIſerére meî Deus * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam; Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me:

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci, * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexíſti: * incérta & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

Aſpérges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me

Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua;* & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; * & ſpíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries;* & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrifícium, dedíſſem útique; * holocaúſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus; * cor contrítum & humiliátum Deus non deſpícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes & holocaúſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Ant. Secúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum dele iniquitátem meam. *v.* 3.

Ant. 8. G. Exaúdi.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion; * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaúdi oratiónem meam; * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegíſti, & aſſumpsíſti; * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ: * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtiâ: * qui contúrbas profúndum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis: * éxitus matutíni & véſperè delectábis.

Viſitáſti terram, & inebriáſti eam; * multiplicáſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis: * paráſti cibum illórum, quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéſcent ſpecióſa deſérti, * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti ſunt aríetes óvium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Exaúdi oratiónem

meam; ad te omnis caro véniet. *v.* 3.

Ant. 8. G. Propter nomen tuum.

Pſalmus 142.

DOmine exaúdi oratiónem meam, aúribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua, * exaúdi me in tua juſtítia;

Et non intres in judícium cum ſervo tuo, * quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens;

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam;

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus, in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis, * & in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te; * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaúdi me Dómine, * defécit ſpíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me, * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam; * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam; quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in miſericórdia tua diſpérdes inimícos meos;

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Propter nomen tuum Dómine, vivificábis me. *v.* 11.

Ant. 3. c. Miſerére.

Canticum.

Baruch 3. 1. *ad* 6.

DOmine omnípotens, Deus Iſraël, * ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius, clamat ad te:

Audi Dómine, & miſerére, quia Deus es miſéricors, & miſerére noſtrî; * quia peccávimus ante te.

Quia tu ſedes in ſempitérnum, * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Iſraël, * audi nunc oratiónem mortuórum Iſraël,

Et filiórum ipſórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui, * & agglutináta ſunt nobis mala.

Noli meminíſſe iniquitátum patrum noſtrórum, * ſed meménto manûs tuæ, & nóminis tui in témpore iſto;

tu es Dóminus Deus
; * & laudábimus te
e.

Miſerére noſtrî; quia
mus ante te. *v.* 2.
7. b. Omnis.

Pſalmus 150.

dáte Dóminum in ſan-
ejus; * laudáte eum
ménto virtútis ejus.
láte eum in virtútibus
laudáte eum ſecúndùm
dinem magnitúdinis

ite eum in ſono tubæ;*
eum in pſaltério &

áte eum in tympano &
* laudáte eum in chor-
rgano.
íte eum in cymbalis
ıántibus, laudáte eum
ıbalis jubilatiónis : *
ſpíritus laudet Dómi-

Omnis ſpíritus laudet
ım. *v.* 6.
ienedíctus, *Ant.* 4. E.
n reſurréctio & vita:
it in me, etiámſi mór-
rit, vivet; & omnis
it, & credit in me,
oriétur in ætérnum.
ı. 25. 26.
eléïſon. Chriſte eléï-
rie eléïſon. *ſecretò*,
oſter. *Deinde mediocri*
Et ne nos indúcas in
nem; ℟. Sed líbera
alo.
lamávi ad te Dómi-
: *Tu es ſpes mea*,

℟. Pórtio mea in terra vivéntium. *Pſ.* 141. 6.

℣. Educ de cuſtódia ánimam meam, ad confiténdum nómini tuo; ℟. Me expéctant juſti, donec retríbuas mihi. *Pſ.* 141. 8.

℣. Cuſtódi ánimam meam, & érue me: ℟. Non erubéſcam, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 24. 20.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

In depoſitione Pontificis,
Orémus. *Oratio.*

DEus, qui inter Apoſtólícos Sacerdótes fámulum tuum N. Pontificáli fecíſti dignitáte vigére; præſta quæſumus, ut eórum perpétuo aggregétur conſórtio; Per Dóminum noſtrum.

In depoſitione Sacerdotis,
Oratio.

PRæſta, quæſumus Dómine, ut ánima fámuli tui N. Sacerdótis quem in hoc ſéculo commorántem, ſacris munéribus decoráſti, in cœléſti ſede glorióſa ſemper exultet; Per Dóminum.

In depoſitione Defuncti non Sacerdotis,
Oratio.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur; ut ánimam fámuli tui N. quam de

hoc ſéculo migráre juſsiſti, in pacis ac lucis regióne conſtituas, & Sanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtem; Per.

In depoſitione Defunctæ,
Oratio.

QUæſumus Dómine, pro tua pietáte miſerére ánimæ fámulæ tuæ N. & à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ ſalvatiónis partem reſtitue; Per Dóminum.

In Anniverſariis,
Oratio.

DEus indulgentiárum Dómine, da ánimæ fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) N. cujus anniverſárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem; [Per Dóminum.]

In primo Anniverſario dicitur tantùm prædicta Oratio; in aliis adduntur duæ ſequentes ſub eadem concluſione.

Pro Benefactoribus.

DEus véniæ largitor, & humánæ ſalútis amátor; quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc ſéculo tranſiérunt, beátâ Maríâ ſemper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium pervenire concédas.

Pro omnibus Defunctis.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redémptor, animábus ómnium fidélium defunctórum remiſſiónem cunctórum tribue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Requiéſcant in pace.
℟. Amen.

Pro pluribus Defunctis, Oratio.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper & párcere; propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, & ómnia eórum peccáta dimítte; ut mortalitátis vínculis abſolútæ, tranſire mereántur ad vitam; Per Dóminum.

Privatim pro defunctis Patre & Matre, Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepíſti; miſerére cleménter animábus patris mei ac matris meæ, eorúmque peccáta dimítte; meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére; Per Dóminum.

PSALMI GRADUALES.

Dicuntur quinque primi Pſalmi ſine Glória Patri, *ſed in fine ultimi dicitur,* Réquiem ætérnam, &c.

Inchoantur abſolutè ſine Antiphona Pſalmi, Ad Dóminum cùm tribulárer, 43. Levávi óculos, 44. Lætátus ſum, 60.

Ad

Ad te levávi, 60. Niſi quia Dóminus, 60.

In fine dicitur, Réquiem ætérnam dona eis Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

Deinde dicitur flexis genibus, Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Convértere Dómine, uſquequo? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum, & ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórum; ut in reſurrectiónis glória, inter Sanctos & eléctos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſt Orationem ſtatim dicuntur ſequentes alii quinque Pſalmi abſolutè; & in fine cujuſlibet dicitur, Glória Patri.

Pſalmi, Qui confídunt, 61. In converténdo, 61. Niſi Dóminus, 77. Beáti omnes, 77. Sæpe expugnavérunt, 78.

Deinde dicitur flexis genibus, Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. *ſecretò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab inítio. *Pſ.* 73. 2.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper & párcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa conſtringit, miſerátio tuæ pietátis cleménter abſólvat; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Similiter poſt hanc Orationem dicuntur ſequentes quinque Pſalmi, cum Glória Patri, *in fine cujuſlibet.*

Pſalmi, De profúndis, 78. Dómine non eſt exaltátum, 78. Meménto Dómine, 94. Ecce quàm bonum, 95. Ecce nunc benedícite, 145.

Deinde dicitur flexis genibus, Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. *ſecretò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Deus ómnium, miſerére plebi tuæ, ℟. Super quam invocátum eſt nomen tuum. *Eccli.* 36 14.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor

meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio.

PRæténde, quæſumus Dómine, fámulis & famulábus tuis déxteram cœléſtis auxílii; ut te toto corde perquírant, & quæ dignè poſtulant, cónſequi mereántur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

ITINERARIUM.

VIator, in ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit, dicat quæ ſequuntur in ſingulari; ſi cum ſociis, in plurali, ut ſequitur.

Canticum, Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, 12.

Ant. In viam pacis & proſperitátis dírigat nos omnípotens & miſéricors Dóminus: & ángelus Ráphaël comitétur nobíſcum in via, ut cum pace, ſalúte, & gaúdio revertámur ad própria.

Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. *ſecretò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvos fac ſervos tuos ℟. Deus meus ſperántes in te. *Pſ.* 85. 2.

℣. Mitte nobis Dómine auxílium de ſancto, ℟. Et de Sion tuére nos. *Pſ.* 19. 2.

℣. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60. 4.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis, ℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Pſ.* 88. 23.

℣. Benedíctus Dóminus die quotídie: ℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum. *Pſ.* 67. 20.

℣. Vias tuas Dómine demónſtra nobis; ℟. Et ſémitas tuas édoce nos. *Pſ.* 24. 4.

℣. Utinam dirigántur viæ noſtræ ℟. Ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas! *Pſ.* 118. 5.

℣. Erunt prava in dirécta, ℟. Et áſpera in vias planas. *Iſai.* 40. 4.

℣. Angelis ſuis Deus mandávit de te, ℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis. *Pſ.* 90. 11.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui filios Iſraël per maris médium ſicco veſtígio ire feciſti, quique Magis iter ad te ſtellâ duce pandiſti; tribue nobis, quæſumus, iter próſperum, tempúſque tranquíllum; ut, Angelo tuo ſancto cómite, ad eum quo pérgimus locum, ac demum ad ætérnæ ſalútis portum perveníre felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes

…ſuæ peregrinatiónis vias illæ-ſum cuſtodíſti; quæſumus, ut nos fámulos tuos cuſtodíre di-gnéris: eſto nobis Dómine in procínctu ſuffrágium, in via ſolátium, in æſtu umbráculum, in plúvia & frígore tegumén-tum, in laſſitúdine vehículum, in adverſitáte præſídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò tén-dimus, próſperè perveniámus, & demum incólumes ad pró-pria redeámus.

ADéſto, quæſumus Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes tuo ſemper protegámur auxílio.

PRæſta quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat; & beáti Joánnis præcurſóris hortaménta ſectándo, ad eum quem prædíxit, ſecúra pervéniat, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum. ℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini. ℟. Amen.

LITANIÆ.

In honorem beatæ Mariæ virginis, è ſacris Scripturis deſumptæ.

Kyrie eléïſon.
Chriſte eléïſon.
Kyrie eléïſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaúdi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerére nobis.
Fili redémptor mundi Deus, Miſerére nobis.
Spíritus-ſancte Deus, Miſerére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miſerére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Mater Chriſti, *Matt.* 1. 16. *Ora pro nobis.*
Mater, virgo pérmanens, *Matt.* 1. 18. Ora pro nobis.
Múlier cónterens caput ſerpéntis, *Gen.* 3. 15. ora.
Múlier amícta ſole, *Apoc.* 12. 1. ora.
Terra gérminans Salvatórem, *Iſai.* 45. 8. ora.
Rubus ardens incombúſtus, *Exod.* 3. 2. ora.
Vellus Gedeónis cœléſti rore perfúſum, *Judic.* 6. 38. ora.
Hortus conclúſus, *Cant.* 4. 12. ora.
Fons ſignátus, *Cant.* 4. 12. Ora pro nobis.
Tabernáculum Dei cum homínibus, *Apoc.* 21. 3. ora.

Domus majeſtátis Dómini glorificáta, *Iſai.* 60. 7. ora.

Virgo, Prophetárum orácalis prænuntiáta, *Iſai.* 7. 14. ora.

Virgo auróra conſúrgens, *Cant.* 6. 9. ora.

Virgo pulcra ut luna, *Cant.* 6. 9. ora.

Virgo eléćta ut ſol, *Cant.* 6. 9. ora.

Virgo novi fœderis arca, *Exod.* 25. 21. ora.

Virgo cujus humilitátem reſpéxit Deus, *Luc.* 1. 48. ora.

Virgo grátiâ plena, *Luc.* 1. 28. ora.

Virgo benedícta in muliéribus, *Luc.* 1. 28. ora.

Virgo in quam ſupervénit Spíritus-ſanćtus, *Luc.* 1. 35. Ora pro nobis.

Virgo Altíſſimi virtúte obumbráta, *Luc.* 1. 35. ora.

Virgo concípiens de Spíritu-ſanćto, *Matt.* 1. 18. ora.

Virgo páriens Emmánuël, *Matt.* 1. 23. ora.

Virgo quæ te ancíllam Dómini confeſſa es, *Luc.* 1. 38. ora.

Sanćta María de qua natus eſt Jeſus, *Matt.* 1. 16. ora.

Sanćta María legi Purificatiónis ſponte ſúbdita, *Luc.* 2. 22. ora.

Sanćta María fílium in dolóre tríduò quærens, *Luc.* 2. 46. ora.

Sanćta María fílium in templo cum gaúdio invéniens, *Luc.* 2. 46. ora.

Sanćta María cui ſúbditus eſt Jeſus, *Luc.* 2. 51. ora.

Sanćta María ſtans juxta crucem fílii morientis, *Joan.* 19. 25. ora.

Sanćta María in paſſióne fílii, dolóris gládio transfixa. *Luc.* 2. 35. ora.

Tu glória Jerúſalem, *Judith* 15. 10. ora.

Tu lætítia Iſraël, *Judith* 15. 10. ora.

Tu honorificéntia pópuli noſtri, *Judith* 15. 10. ora.

Te beátam dicent omnes generatiónes, *Luc.* 1. 48. Ora pro nobis.

Tu eris benedícta in ætérnum, *Judith* 15. 11. ora.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaúdi nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miſerére nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaúdi nos.

℣. Vultum tuum deprecabúntur ℟. Omnes dívites plebis. *Pſ.* 44. 13.

Oratio.

Beátæ & glorióſæ ſempérque vírginis Maríæ, quæſumus Dómine, interceſſio glorióſa nos prótegat, & ad vitam perdúcat ætérnam; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Explicit Pars Hiemalis Breviar. S. Eccl. Autiſſiod.

INTONATIONES, MEDIATIONES, ET TERMINATIONES

Pſalmorum & Canticorum, ſecundùm cujuſque Modi ſeu Toni differentias, cum Neumatibus.

INtonatio in Pſalmis adhibetur tantùm ad primum verſum, reliqui verſus à Nota Dominante in directum reſumuntur: in Canticis verò Benedictus *&* Magnificat, *ſinguli verſus inchoantur ut ſecundus* Et erexit, Et exultavit.

Mediatio fit in omnibus verſibus ut in primo, niſi ſit dictio monoſyllaba, vel Hebræa non declinata. In Canticis verò fit ut aſſignatur pro ſecundo verſu.

Terminatio in omnibus verſibus tam Canticorum quàm Pſalmorum ſemper eadem eſt ac in primo verſu.

Terminationes per litteras alphabeticas a, b, c, d, e, f, g, *deſignantur: quæ litteræ Notis cantûs reſpondent hoc modo:*

a	b	c	d	e	f	g
la	ſi	ut	re	mi	fa	ſol

Cùm autem plures ſint Terminationes; ut clarè diſtinguantur, diverſos adhibemus characteres; majuſculos ſcilicet pro deſignandis Terminationibus completis, minuſculos pro incompletis. Completæ dicuntur quæ deſinunt in eadem chorda quâ deſinunt Antiphonæ ejuſdem modi; ſecus, dicuntur Incompletæ.

Cùm etiam plures de Terminationibus tam de completis quàm de incompletis diverſimodè in eadem chorda deſinant, ut diſtinguantur, characteribus Romano & Italico utimur: quibus etiam non ſufficientibus, Aſteriſcos, vel alios characteres addimus, ut videntur in Tabula ſequenti.

Notandum autem, 1°. omnes verſus in hac Tabula poſitos

in exemplum adduci modulationis obſervandæ in variis caſibus Intonationum, Mediationum & Terminationum. Sic in aliquibus, dictiones Sion *&* Jacob *indicantur longæ quantitatis in prima ſyllaba, ut idem judicium de ſimilibus feratur. Sic etiam in quibuſdam, dictiones* Iſraël, David, *quæ ſunt Hebrææ indeclinatæ, & dictiones* ſum, eſt, me, fac, *quæ ſunt monoſyllabæ, habent cantum ſpecialem & incompletum, ut hinc de ſimilibus judicetur. Sic pariter voces* Credidi, Domine *pro initio Intonationis poſitæ ſunt, ut inde liqueat quomodo in ſyllabis brevibus ordinanda ſit Intonatio: & voces* Judica me, Eripe me *pro regula Intonationis in eo caſu quo duæ ſyllabæ pronuntiatione breves monoſyllabam præcedunt. Sic tandem in exemplum Mediationis de tertio & ſeptimo Modo hic affertur Pſ.* Laudate Dominum de cœlis; *& in exemplum Terminationis de quinto & ſeptimo Modo hæ voces* ſecundum verbum tuum in pace.

Notandum 2°. in Officio Defunctorum omnes Pſalmos & Cantica incipi ſine modulatione Intonationis, ſed in directum; & in Canticis mediationem fieri ut in Pſalmis. Ita etiam in Feriis & Feſtis Simplicibus quantum ad Pſalmos, niſi aliter notetur.

DE NEUMATIBUS.

In omnibus Feſtis ac Dominicis cujuſvis gradûs, & diebus Ferialibus, Neuma fit tantum in fine ultimæ Antiphonæ Veſperarum, cujuſque Nocturni, & Laudum; poſt Antiphonas Canticorum Evangelicorum; in fine Antiphonæ Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ & Completorii; & in fine Antiphonæ Cantici Nunc dimittis.

Poſt Antiphonas ex ſupradictis quæ duplicantur, non fit Neuma, niſi cum pro ultima vice cantatæ ſunt.

Fit etiam Neuma in fine Te Deum.

In quacunque Commemoratione non fit Neuma in fine Antiphonæ.


Die Nativitatis Domini, Te Deum, *& Antiphonæ Laudum terminantur ſine Neumate.*

A Feria quinta in Cœna Domini ad Nonam Sabbati Hebdomadæ Paſchæ incluſivè, nullum fit Neuma poſt Antiphonas. Quod & obſervatur in Officio Defunctorum.


I. MODUS ſeu TONUS.




In Canticis Evangelicis primi Modi, intonatio & mediatio fiunt ut in Pſalmis.



Bene- dictus ... I-ſra- ël. * Magni- ficat. *




Et e-xultavit...meus. * *f.**




D*. *D.*


Pſalmodia primi toni per D* *deſignati, etiam pro Canticis Evangelicis.*




In e-xitu Iſra-ël de Ægypto, * do-





mus Jacob de popu-lo bar-baro.




Non nobis, Domine, non nobis. * Be-










Neuma ſeu Jubilum primi Modi.



II. MODUS.









In Canticis Evangelicis.




Neuma ſecundi Modi.





Per Hebdomadam Paſcha, ad Horas minores.




g.

III. MODUS.



Lauda- te Dominum omnes gentes. * Do-
minus regnavit decorem indutus eſt. *
Lauda- te Dominum de cœlis. * E-ri-
pe me. c. a.
g. g.
a. E.




In Canticis Evangelicis.









Neuma tertii Modi.




IV. MODUS.







di.... locu-tus ſum.* a.




E. Æ.




f. d.




Hæc ultima Terminatio adhibetur tantùm in Canticis Evangelicis, cum cantu ſequenti.



Bene-dictus...Deus Iſra-ël.* Et e-rexit




cornu ſa-lu- tis no-bis.* Magni- ficat.*




Et e- xultavit ſpi- ri- tus me-us.*

Neuma quarti Modi.




IV. Modi *ſpecies altera, vulgò dicta*


IV. IRREGULARIS.



Dixit Dominus Domino meo. * Deus




in nomine tu-o ſalvum me fac. *




c. A.


In Canticis Evangelicis.



Bene- dictus ... Iſraël.. * Et e- re-xit




cornu ſalu- tis no- bis. * Magni- ficat. *




Et e- xultavit ſpi- ri-tus me-us. *


Neuma quarti Modi irregularis.




V. MODUS.




Deus, Deus meus; * ad te de luce




vigi-lo. Domine ...cognoviſti me. * Nunc



dimittis ...Domi-ne, * ſecundùm verbum




tuum in pace. a.




F. F.

In Canticis Evangelicis fit ut in Pſalmis.



Benedictus... Iſraël. * Magni-ficat. * Et




e-xultavit ſpi-ri-tus me- us.




F.

Neuma quinti Modi.




VI. MODUS

In utraque ſpecie.




Lauda-te pu-e-ri Dominum.*Credidi




propter quod locutus ſum.* F. *vel* C.

Cantica Evangelica in F *vel* C *cantantur omnino ut Pſalmi.*


Alius cantus pro Canticis Evangelicis in F. vel C.



Magni- ficat * a-nima me- a Domi-




num. Et e- xulta-vit ſpi-ri-tus meus. *




F. vel C.


Neuma ſexti Modi.




VII. MODUS.




Lauda-te Dominum de cœ-lis. *




Credidi... locu-tus ſum. *Nunc di-mittis....




ſecundùm verbum tuum in pa-ce.




d. d.



In Canticis Evangelium.



Neuma ſeptimi Modi.




VIII. MODUS.



In Canticis Evangelicis.







Neuma octavi Modi.

